tamquam menstruum mulieris est superfluum ali-
menti in ipsis quare sperma non fluit in viris
tempore menstruorum sicut menstruum in mulieribus
quia sic arguet sicut se habet menstru-
um in femellis sic se videtur habere sperma
in viris patet quia utrumque est superfluum alimenti utro-
bique sed menstruum fluit in mulieribus tempore
menstruo quare videtur quod similiter debet fluere
No sperma ~~primo nota~~ illud dubium est multum
racionabiliter motum ex dictis racio est quia
sicut dictum est menstrua fluunt in femellis
propter providenciam ipsius nature ne ex eorum reten-
cione femelle incurrant diversas egritudines
sic similiter posset aliquis dicere de reten-
cione spermatis quia secundum galienum in libro
de spermate solum ex contingenti quod sperma descen-
dens de capite poros aurium et narium
obturat ita ut vitalis spiritus inde exire
vel intrare negatur sic quod in venis sub
utrique descendere in sanguine massas massam
Unde nimium generat in mulieribus passionem
propter eius retencionem quod in quam passio latine
dicitur lupus vel strangulata / ~~Nota~~ secundum ga-
No lienum ibidem quod licet in viris non fluunt

tempore menstruorum ut in mulieribus
menstrua nichilominus quandoque accidit
viris nature sed occasionaliter
quando fluxus spermatis in viris
sicut dicit tunc galienus / sic solet
enim cum viro spermate descendere
flecma aquosum quando sperma quod
a viris ~~retinetur~~ interimet et emittit
vel vigilando vel dormiendo quod sperma
liquefacit ex quo liquore acuti
testiculi magnum pruritum et
ardorem suscipiunt sed generat in-
volutas coeundi / ~~Tercio~~ nota quando No
dicitur in litera quod sperma est superfluum
alimenti illud apparet per galienum
in libro de spermate ubi dicit quod
sperma delinquitur ex humoribus tamquam
superfluum ita quod principaliter ex
sanguine secundario et ex aliis humori-
bus efficitur. Iuxta hoc probat tali ra-
cione quia secundum galienum ibidem
in multo coytu sperma deficiente
sanguis emittitur, addit preterea
dicens si non sperma a capite de-
scendens non impeditur in via venit ad
testiculos ita quod ad unum per venam
et arteriam unam ad alterum vero per
venam et arteriam alteram

Sequitur ad hoc dubium

Hic solvit dubium dicens primo
quod mulier est naturaliter frigida
et humide complexionis masculus
vero est complexionis calide et sic
etc. Ex hoc ad propositum de racione
primus humidi est fluere ut apparet
per aristotilem quarto methaphi-
sice et maxime illud intelligitur
de humido / ergo quod reperitur in femel-
lis sed licet in viris est humidum
hoc tamen non est ~~[illegible]~~ sed acreum et
tamen calor naturalis semper agit in hu-
midum iuxta eius possibilitatem
sed quia natura nichil facit fru-
stra ut patet primo celi et mundi

lieribus calor naturalis debilis est respectu
illius qui est in viris quare totum ali-
mentum per talem calorem in femellis non
potest converti in substantiam rei alende
fiat igitur natura quod melius est scilicet provi-
dendo ipsi nature defectus, ita quod
pars alimenti convertit in substantiam ale-
de residuum vero partem mittit in locum in
quo menstrua in femella generantur
de quo scilicet loco superius dictum et tunc
tempore adveniente cogitur ad fluxum
talium menstruorum et quesito tempore
fluere ne corrumperent intentione corpus
femelle nimis agravaretur et debili-
taretur // Circa illud nota primo quod dicitur
in littera quod femella est frigida et hu-
mida etc. Ubi nota secundum duas causas
dicendum sit, cum actor universitatis scilicet
deus in prima mundi constitutione singulas
rerum naturas ipsorum generis
distinxerit naturam humanam supra
ceterorum animalia in dignitate consecravit
volens quod perpetua subsistere generatione
in sexu dispari ordinavit prius future
providentie, ita quod providi dispensavit
deliberatione propagine scilicet masculum
et femellam creavit ut ex eis emer-
geret fecunda plebs bene in complexionibus
eorum generatio quadam mixtione tempera-
ret scilicet nam masculum calida et sic-
cam constituens sed ne nimis in alterutro
natura masculus ~~abhorreret~~ ab
humiditate opposita frigiditate et humi-
ditate femellam ab excessu nimio
voluit cohibere ut qualitates fortio-
res scilicet caliditates et siccitates
fortiori et nobiliori persistentes viros
debiliores vero scilicet frigiditates et humidi-
tates imperfecte femelle tanquam habili-
ori debilitarentur et ut quantitate
officium in femella tanquam in agrum na-
ture a natura concessa spermata effunderet et
ad plures generationem sufficeret cuius
nutrimento per modum universalia pro-
No veret ~~Secundo nota~~ quod dicitur in littera
quod menstruum in mulieribus aqui-
deus racione est fluere huius racio

est quia absconditur ab illo quod est aquatice nature
ut sunt mulieres que absolute loquendo sunt
nature flegmatice secundum quod attestatur ei a quo
descendit ut patet per galienum secundo tegni et
libro de spermate quo tr. // ~~Tertio nota~~ quod dicitur No
in littera quod humiditas spermatis est aerea, racio
huius est tamen dicta quia viri absolute loquen-
do sunt nature aeree et majoris complexionis
femelle racio sperma quod est superfluum in viris et
descendit ab alimento ipsorum videtur participa-
re eadem naturam cum ipsis, ~~Alia~~ racio est quia
sperma est superfluum alimentum ultimum quod est dige-
stum et minus aliquid quam aliud a quo descendit
menstruum quare sperma a viris decisum non
est aqueum sed perfecte digestum et per consequens
aereum // ~~Nota~~ sperma in viris non fluit sin- No
gulis mensibus de corporibus eorum sicut men-
struum mulieribus fluit a viris racio huius
potest trahi ex dictis, quia ut dictum humiditas sper-
matica est aerea, sed humiditas menstrualis
est aquea immo de racione sua naturale aeris tunc
non est fluere sicud est de racione aque etc. / Non No
racio corpus infectum, ut vult albertus in
primo de generatione ~~tangens~~ animalium capitulo quod men-
struum interest tres a femella tangens racione
intemperantiam crescit et quia sic est tunc natura
majore nititur expellere materiam menstrualem
ne corpus inficiatur extra / sed quia sperma
non est infectivum corporis propter digestionem
bonam et perfectam quare natura non laborat
ipsum tempore menstruo expellere // Illa enim causa
prout videtur non valet propter predictas, quia
sperma propter eius retentionem indebitam potest infi-
cere ut corpus contaminando ipsum minor di-
versas egritudines adducat inducendo ut prius
dictum est secundum galienum capitulo quo supra //
Potest igitur sexto assignari causa talis
scilicet quod sperma in viris non est in tanta copia
sicut est menstruum in mulieribus non oportet
ut expellatur omni tempore menstruo talis actor
ut expellatur tempore viros sicut menstruum expellitur tem-
pore a femellis quolibet mense, dicit enim galienus
in libro de spermate quod sufficeret sperma potest
purgari omni quolibet mense quam habundat

Nō per pollucionem dormiendo et vigilando quoque sufficienter emittitur, plus emissionem urine ut patet in multis viris. Nota hic potest moveri aliud dubium cuius solucionem albertus aliqualiter tangit in litera et est illud quo devenit humiditas superflua in mulieribus propter frigiditatem in ipsis regnantem. Ad illud respondetur quia naturam sanguinis sanguinem gracilissimam cuius superfluitatis non est finis secundum galienum in decretis diebus illa .n. natura universalis confert nature particulari in corpore mulieris parte alimenti ita quod illa convertat in substanciam rei alende per calorem naturalem quia talis calor in femellis est debilis ideo parte alia quam non potuit convertere in substanciam rei alende mittit ad loca menstruorum de quibus superius dictum est et propterea tota humiditas illius materie in corpore femelle fuit collecta quod natura non potest eam diutius obtinere propter eius maliciam et habundanciam tunc ceteris paribus tunc talis materia constrictu nature incipit fluere ne mulieres nimis premerentur vel gravarentur talibus superfluitatibus in earum corporibus retentis. Racione secundum totum textum qui dicebat sic sicut est in menstruis et dicendum quod est simile eodem modo quo probabis sed dissimile ex alio quia menstruum in mulieribus est aquee nature sperma non in viris est nature aeree. Secundo eciam ex alio est dissimile quia menstruum in femellis generatur in maiori copia quam sperma in viris i. e. cetera.

Ita ex alio patet dissimilitudo quia menstruum est magis superfluum et venenosum in femellis quam sperma in viris. Sequitur litera

Quarto dubitaret aliquis

Hic est quartum dubium circa principium dictum primo movet ipsum secundo solvit ibi ad quod dicendum primo dicit sic. Ex quo superius dictum est quod quando mulier concipit tunc menstrua in ipsis sunt retenta, ex hoc aliquis posset esse dubium utrum fluunt menstrua in muliere que pregnata in coitu viris quasi argueret in quocumque menstrua sunt retenta in tali ut sic non fluunt ut apparet in talibus ut sic non fluunt ut apparet contrarius sed in muliere pregnata menstrua sunt retenta ut patet ex superius dictis. In contra illam partem nota primo quod illa dubitacio solummodo debet intelligi de mulieribus impregnatis et non de aliis. Racio huius quia superius dictum est quod postquam mulier concepit matrix undique est ita firmiter clausa quod nichil exire possit de semine quare menstrua sunt retenta et si sic tunc est dubium utrum fluunt menstrua in talibus mulieribus que sunt in coitu cum viris. Nota eo quo dicit albertus quod in mulieribus pregnatis menstrua sunt retenta quia per quandam virtutem attractivam naturalem moventur sursum usque mamillas et ibidem mediante caloris cordis et epatis convertuntur in naturam lactis pro ulteriore decoctione quia in qua lac movetur deorsum per quasdam venas a mamillis mulieris ad ventrem sed ad sustentacionem ex tali lacte fetus sic nutritur in utero materno sequitur.

Ad quod dicendum

Hic solvit dubium primo facit hoc secundo ex quibusdam dictis in hac litera adducit quandam aliam dubitacionem quam solvit ibi ex quo. Primo dicit quod sic permittendo causam finalem retencionis menstruorum dicens. Cum mulier concepit tunc menstrua sunt retenta propter hunc finem ut fetus possit nutriri de tali materia sic retenta. Sed postquam mulier impregnata fuit in coitu tunc mittit menstruum gratia delectacionis quam habet cum sociando ex eo quod

nerui et vene consistentes in vulua co
frictantur cum virga virile et talis fluxus
est naturalis respectu coitus, est tamen quasi
violentus respectu materie menstrual
primo ordine a quo abstringitur materia que
est habilis ad expellendum in coitu quare
Addicione feminae ita quocumque
menstrua et concedere eodemmodo addam
non menstrua in mulieribus, unde est
illa que consueuerit ante impregnacionem
fluere tempore menstruo nichilominus adhuc
alia humiditas ipsius consilis ab alimento
dissoluta potest dissolui etiam pregnacionis
tempore coitus. Circa illa parte nota
no. quod dicitur quod huiusmodi fluxus menstruo-
rum quem mulier in pregnata est in coy-
tu cum viro est naturaliter coytus.
huius ratio est quia femella et proprie
mulier impregnata constituta naturae appe-
tit coytum et si tali actu coeundi
emittit menstruum tunc talis fluxus
no. est naturalis quia est opus nature. Nota
secundo quod dicitur quod huiusmodi emissio respectu
virorum est quasi violenta. huius ratio
est, quia ut dictum est, postquam mulier con-
cepit tunc menstrua sunt naturaliter
retenta, si tunc tempore impregnacionis fit
emissio eorum in coytu talis ut sic
no. videtur esse minimum violenta. Tercio nota
quod dicitur quidam violentum quod illa emissio
menstruorum in coytu non est absolute
violenta respectu menstruorum. huius
ratio est quia menstrua in sunt corpus generale
super contendes se fluere de orificio et tum
in coytu fit fluxus menstruorum de
orificio. quia a superioribus membris adhuc
fiorum quare ut sit non videtur totaliter
No. talis censuis esse violentus. Nota
menstruum est duplex quoddam impurum
sicut illud quod fluit in mense in men-
sem et illud est in eptum et in dispo-
situm ad fetus generacionem, unde si conta-
li menstruo fieret generacio fetus talis
redderetur leprosus, vel alio morbo
venenoso infieretur, vel fieret fragi-
lis in bestiis, quare mulieres tempore
illo quo patiuntur menstrua non

debet admittere viros quantum ad actum vene-
rum celebrandum cum ipsis, et pro alio quia talia
menstrua non conpediunt ad generacionem embri-
onis. Etiam pro eo quia membrum vile est delica-
te nature virorum raro meporosum quia faciliter
inficitur a tali menstruo. si tunc coyt cum mu-
liere, unde pro hiis patet quod accessus virorum ad
mulieres gratia plures generande de illicita studio
abutioque sexus debent prouideri. Sed aliud est
menstruum purum et illud est habile et bene dis-
positum ad fetus generacionem, et causatur illud in
mulieribus post pregnacionem menstruorum menstruo
tempore fluentium, quod non dicitur illud menstruum
purum certis partibus occurrit spermati virile in
coytus in ipso loco generacionis scilicet matrice mulie-
ris tunc statim de facili consurgit concepcio
quod ut plurimum fit post fluxum menstruorum per aris-
totilem in nono de generacione animalium unde illud
serie multum confert pro salute corporis et nature
ut patet per supradicta. unde in tuenti se textus

Et ex illo dicto

hic mouet commentator aliud dubitacionem quam sol-
uit et est illa. Quare mulieres impregnate auidius
cupiunt coire quam ante impregnacionem et soluit pro
prius dictis dicens Ex quo appetitus coytus est
propter materiam superfluam ab alimento insolutam in
corpore habentem, quare cum tempore impregnacionis
menstrua sunt retenta non ordine ordinate ad
superfluum resoluitur ab alimento quare talis materia
augetur non consequenter appetitus coeundi
immediate accenditur pro eo quod illa materia huiusmodi
vulua mulieris magis calefit racione cuius
fit maior appetitus coeundi etc. Circa istam
partem primo notandum Albertus vi minime in libro No.
quod mulieres impregnate plus desiderant coytum
quam non impregnate, huius duxerit causa una est habun-
dancia materie menstrualis quam plus habundat
in mulieribus impregnatis quam in ipsis non impregnatis
quare natura mittit pregnanti a tali materia pro coy-
tu, unde appetitus coeundi concedit. Alia
causa est calefactio vulue mulieris racio-
ne materie ipsius retente, sed de racione caliditatis
est generare ipsum appetitum coeundi quare etc.
Secundo nota quod secundum aristotilem octauo de No.

generatione animalium/ nulla animalia incipiunt coytum
post impregnationem preterquam mulier et equa/ Nota huius
causam de muliere/ quia ex quo mulier intendat
est deceptibus ratione incorrigibili quam incorrigibilem
non habent alia animalia bruta/ Secundo ex quo ha-
bent delectationem maiorem in coytu pluribus pacto
quem eam intendat de tali delectatione maiori
iterum appetit coire/ Nota equa multum appe-
tit coire post impregnationem ratio quia est animal
multum comedens et eam hoc secundo dirigens digerens
secundo in ea generatur multum de bono alimento et per
sequens multum de semine vel menstruo et plus
quam in aliis animalibus brutis/ Secundo illa multitu-
do seminis maiore calefacit vulvam in equa et
propter hoc ipsam ostendit libido ad coytum post im-
pregnationem/ Nota huius signum possit assigni
in equo secundo equi multum omnia animalia bruta excel-
lit coyre appetitu huius ratio non est alia nisi quia
in ipsis multum generatur multum de nutrimento quam
multitudo spermatis abusio intingitur/ Secundo fit ex
cellens appetitus ad coytum/ Sexto nota
secundum egidium de virtutibus qui dicit usus ma-
tris sicut venis sopita interiori fluxus/
discolor affectus vomitus compressio ligne/ ma-
me grossities et per ebriato ventus est quod post in preg-
nationem mulieris matrix eius iterum se extendit
ad actus venereos ut suus preparato quod appetitus
coeundi in talibus mulieribus in pregnantibus est sopitus
qui ante preparatum venereis vocari consueverunt
quam venereorum actuum largior delectatio
non in nascitur Secundo tunc tempore conceptionis venus
est sopita/ Nota diceret aliquis sic est contra
albertum hic minorem contra multos subaudientes
qui dicunt quod hoc esse falsum Secundo isti sociis ymmo eum
alberto affirmant quod amplius femellis appe-
titus coeundi est avidior post conceptionem fetus
quam ante et ad illius confirmationem potest adduci
una experientia/ quod videtur preterea bone societa-
de si mulieres quam ante impregnationem suis sociis
abulominibus vulvam claudebant post conceptione
habilitatem minorem circa aperiunt vel inclinant
quem videtur quod vel egidius in libro de virtutibus Vel
albertus peccat in hiis dictis/ Dicendum pro concor-
dia illorum quod talis appetitio coitum vel animae
pudoris post conceptionem longe fortior mulieri-
bus suis sociandis/ porrigentibus ratione
securitatis quam ratione ardoris vel vo-
luptatis ad actum coeundi/ Nota No
diceret aliquis/ quid dicis ad dictum
egidii eorum subaudientium contra dictum
alberti/ hic quidam dicunt quod coy-
tus fortis post impregnationem renes in
mulieribus calefacit propter habundantiam
sanguinis menstrui attenti et ex tali
calore eo agente maiorem appetitum
vel pruritus venereos vulve in
nascitur/ Dicendum ibi quod verum est post
conceptionem innascitur vulve appetitus
stimulativus venereus maior quam ante
conceptionem non tamen adeo voluptuosus
sicut ante conceptionem/ ratio huius quia
ante impregnationem matrix illius mu-
lieris totaliter se aperit tempore co-
ytus et applaudit suo socio/ Vel secun-
dum quod hoc nota preteritum secundum
averroym in secundo colliget capitulo
de iuvamentis testiculorum et longe
contra hoc est non ut semen sociandum et
consequenti semen masculi in monetam
sive matricem intromittat et illud
non fit sic post impregnationem proprie
ad octo dies post quod non potest fieri super
impregnatio quem est sed longe.

Istis visis ad formationem
Capitulum quartum in quo ostendit quomodo
fetus habeat formari in utero
materno et dividitur in duo/ primo conti-
nuat dicenda secundo de in fetu quod se-
quitur dicenda secundo ubi fetus non sic formatur/ primo dicit
quod postquam visum est de generatione eius
omnibus minorem de natibus puerorum
principiorum scilicet spermatis virilis et
menstrui mulieris non in illo me-
recedendum est ad formationem fetus
in utero materno/ primo notandum quod
cognitio alicuius rei habetur sicut a nobis
notis ad nota nature ut habetur
per aristotilem primo phisicorum id est ab
effectibus ad cognitionem causarum/ Secundo
quecumque vult quod cognitio scire verum

opz q primo cognoscat eius accidentia
et hoc cognito a posteriori q sunt effectus
illius rei ut est color qualitas quanti-
tas figura et sic de aliis Sic ei facit
albertus in vestigando generatione fetus
quem primo in hoc capitulo ostendit generatione suorum
accidentium ut per ea tamquam per effectus de
veniamus in generationem causarum ut pa-
tebit in processu // Secundo nota quod
embrio immediate includit potenti-
am ad primum fetum formandum quare
immediate postquam visum est de generatione
embrionis oportet videre etiam de forma-
no tione fetus // Tertio nota q generato fetu
quantum ad eius dispositiones acciden-
tales precedentes formam substantialem
in materia licet successive et propter hoc dicit
commentator 2o physicorum q partes spe-
rmatis non cessat se sequi in
corpore ipsius generationis donec partes ho-
minis compleantur unde formatio hominis
fuit introducta sequitur textus

Fetus vero sic formatur

Hic albertus prosequitur de intento et
dividitur in duo primo ostendit formationem
fetus virtute formativa speciali //
secundo eius formationem que fit virtute ce-
lesti ibi sunt autem quedam // primo in duo
primo ostendit quare fetus formatur
a virtute speciali et hoc capitulo facit secundo
mettre ibi et illud quod autem est primo
in duo primo ostendit fetus formationem
in matrice quo ad eius dispositiones
accidentales secundo facit hoc idem quo
ad eius formam corporalem ibi pos-
tea vero solum est primo in duo // primo ostendit
quomodo formatur in utero materno quo
ad eius dispositiones accidentales que
sunt color et membrorum consolidatio secundo
modum formationis fetus quo ad membro-
rum consolidationem // primo ponit notabile
ibi quinta q notandum secundum philosophum
primo ostendit quomodo fetus formatur in
utero materno successive quo ad aliud
et ad colorem suum successive unde mem-
brorum consolidationem et hoc virtute in
formativa consistente in semine dicens

Vel atque lucratione materie spermatice a viro tran-
smisse per sex dies primos materia fetus disponi-
tur transmutatur in materiam lactis maiorem quo
ad eius colorem et illud fit mediante calore
naturali scilicet in semine viri iniecto in matricem
una cum calore matricis ita q materia fetus
mediantibus illis duobus caloribus infra sex di-
es primo dealbatur tamquam lac deinde per novem di-
es sequentes talis materia lactea per ulteriorem
decoctionem a predictis caloribus transmutatur in materiam
sub colore sanguinis spissi et aliqualiter bene decoc-
ti post massa carnee deinde per duodecim
dies sequentes membra primus fetus incipiunt
consolidari // prima nota quando dicitur q primis no
sex diebus habet colorem album tamquam lac huius
ratio est calor matricis una cum calore semi-
nis qui decoquit et digerit materiam fetus
ut per bonam digestionem fit albus de illo dat
persuasio alia q color spermatis viri est
albus quare et color fetus scilicet totum mixtum
videtur colorari ad colorem spermatis / illud non
valet quia tunc maiore in parte infusionis sperma-
tis virilis in vulva talis materia esset alba
similiter sperma viri non ingreditur formam fetus
ut apparet ex predictis // Secundo nota quando dicitur no
illud q in novem diebus sequentibus predictis sex primis
fetus sibi assumit colorem rubeum huius ratio
est quia tunc transmutatur in substantiam seu ma-
teriam sanguinis spissi et ideo eius colore coloratur
qui est color rubeus / Tertio nota q talis sangu- no
inis non est fluens sed coagulatus ad modum mas-
se carnee et huius signum apparet ex eo quia quando
aliquis homo est flebotomaticus tunc admo-
dicum tempus post immissionem eius in vase compacto re-
perit ibi quasi quedam massa carnea sic si-
milimo licet esse in huiusmodi dispositione fetus in matrice no
// Nota quarto q sanguinis est propinqua dispo-
sitio ad formam carnis et ideo illa massa sangui-
nis in matrice sic collecta coloratur sanguinis colore ru-
bei quia intelligit videtur esse color rubeus // Quar-
to nota q abscissis novem diebus et per duodecim
dies immediate sequentes materia fetus conden-
satur et fit consolidatio in membris ut patet in littera
ratio est quia materia fluxibilis et tenuis non
potest sibi acquirere figuram et eam firmiter retinere ut
apparet per aristotilem in secundo de celo

fluente quia partes eius statim conveniunt secundum quamcumque formam non introducuntur in quacumque materiam sed solum tamen dispositionem ut patet ibidem. Quare si materia fetus debet figurari ita quod unum membrum contingue distinguetur ab alio ut digitus a digito et pes a pede tunc oportet eius materiam disponi a conditione itaque quod ~~fiat habilis~~ efficiatur habilis ad suscipiendum formam membrorum corporis humani nondum eadem forma possit intrare. Sexto nota diceret aliquis hic quod dicitur quod calor est causa albedinis contra calorem est causa nigredinis ut apparet in carbonibus et in corpore ethyopum. Etiam frigiditas est causa albedinis ut apparet in nive. Quare videtur dictum Alberti esse falsum. Dicitur huic uno modo quod calor est duplex scilicet calor celestis calor elementalis et calor naturalis. Alio modo quidam dicunt quod calor celestis et elementalis est causa nigredinis sed calor naturalis est causa albedinis in subiecto disposito sicut calor ... ut apparet in ossibus ... in corpore longo tempore existentibus. Quod de albedine per calorem celestem et elementalem quare et calor naturalis non solum est causa albedinis ymo etiam rubedinis ut apparet in sanguine etiam potest esse causa nigredinis ut apparet in melancolia naturali que est igitur. Dicendum secundum Albertum primo methaphisicorum quod calor habet duplicem actionem scilicet unam principalem et adequatam ut est calefacere. Aliam habet actionem consequentem ut est congregare disgregare rarefacere densare et etiam colorare. Ad propositum dicendum quod calor absolute loquendo quantum ad eius actionem primam tunc semper agit uniformiter adeo quod ut sic semper calefaciat. Sed quantum ad eius actionem secundam diversificatur secundum diversas dispositiones subiectorum in quo agit. Et ideo calor ut sic congregat quedam ut apparet de luto et pallea materie quod condensat ea que disgregat ut patet de metallis quia aurum ab argento et quedam albificat quedam denigrat et sic de aliis. Eodem modo dicit sic ad propositum quod colorare aliquid colore nigro non est actio adequata caloris et ideo non solum calor de albat nigrat aliqua scilicet combustibilia humida ymo etiam dealbat ut apparet in combustibilibus siccis ut ossa combusta et lapides combusti et ideo constat quod secundum aliam et aliam subiectorum dispositionem

calor potest causari in diversos colores et per hoc apparet ad instantiam supradictam. Tamen

Septimo nota contra illud littere secundum textum ... auctoritate Galieni in quinto amphorismorum commento primo quod fetus in eius formatione ligatur in ventrem mulieris sicut fructus in arbore quia si fructus cum procedit a flore tenera existit quibuslibet ex qualibet occasione corruit sed cum adultus fuerit et aliquantulum maturus tunc firmiter adheret arbori quod non faciliter cadit. Sed cum totaliter maturus fuerit tunc per se multum faciliter sed aliqua occasione corruit. Sic similiter est de fetu in utero materno quod primo educitur ex semine concepto quod tunc tenera et non firma sunt eius ligamenta quibus ligatur matri. Quare tunc de facili contingitur per abortum tunc mulier propter tussim vel propter dyarriam dissenteriam lyentariam vel propter motum nimium vel non vel nimiam saltationem vel propter potationem pro medicinam vel per flebotomiam et hoc est in tribus primis mensibus. Sed circa fetum ... in ipso ... tunc firmius adheret neque cito labitur et hoc est in tribus mensibus mediis. Sed quando fetus incipit maturari ad egressum tunc oportet ut cito educatur et hoc est in tribus ultimis mensibus ... Et ideo nota quod Ypocras in quarto amphorismorum primo precipit quod si mulier pregnans ... indigeat purgatione per medicinam vel per flebotomiam non debet purgari vel minui ante quartum mensem in quarto vel in sexto mense potest purgari vel minui cum moderatione aut cautela et partum ... pacientis tollere posset. Sed non debet fieri nisi tempore necessitatis magne. Sed in tribus primis et ultimis mensibus in purgationibus nullo modo debet fieri aliquot ... sequitur.

Iuxta quod notandum

Hic albertus ponendo notabile iuxta for-
macionem ostendit membrorum consolidacionem
fieri in fetu diebus XL ex quo statim dein est
de membrorum consolidacione que fit in fetu per
duodecim dies a principio per decem et quinque quasi
primis diebus iuxta illud notandum secundum
aristotilem in primo et secundo de generacione quod
unumquodque vivencium constituitur ex quatuor
elementis et ideo quod primum fetus est terrestris
nature transit in materiam seu substanciam mem-
brorum terrestrium ut sunt ossa illud vero quod
est vero aerie in materia fetus transit in
suum simile et sic de consimilibus / Nota primo
quod dicitur quod unumquodque vivencium ex racione
est quod secundum aristotilem in primo de genera-
cione et in primo physicorum ex quacumque materia aliquid
componitur in illud idem resolvitur Sed secundum
constantinum in primo sue theorice omnia vivencia
resolvuntur in quatuor elementa quod de-
clarat / Sic in animalibus mortalibus primo
caliditate producitur necesse est ut ad
ignem mutatur spiritus vero ad aerem
humores vero ad aquam / sed caro et ossa ad
terram similiter ut in arboribus / Secundo nota
secundum constantinum ibidem quod si homo fieret
de uno elemento et non de omnibus tunc
sequeretur quod non subderetur diversis passi-
onibus si diversa non pateretur tunc diver-
sis medicinis non inficeretur / sed hoc credere
est absurdum unde constat quatuor esse e-
lementa que sunt sensu simplicia intellectu
vero composita ex quibus omnia vivencia
no in esse constituuntur / Tercio nota quod omnia
elementa includunt diversas naturas
scilicet quod in mundo eorum quoddam est grossum et
durum quemadmodum terra quoddam vero
molle et subtile ut alia elementa
tamen unde ex quo demum passivum fetus
oportet aliquas esse duras et gros-
sas et solidas tamquam sustentamenta cor-
poris et oportet aliquas esse molles
et subtiles aptas membrorum inflexioni
quare oportet quod omnia animalia ex omnibus e-
no lementis componantur / Quarto nota
quod quia ignis est elementum subtilius
et activius ceteris elementis ut apparet

per aristotilem in tercio celi et secundo de generacione / minor per
avicennam primo canonis seu prima doctrina secundo
de elementis quare oportet ut partes subtilissime
corporis ex ipso componatur ut est calor natura-
lis / Nota quinto quod terra est elementum grossissimum
inter cetera ut apparet in locis allegatis statim
quare oportet ut grossissima membra seu partes cor-
poris grossissime ex ipsa generantur / ut sunt ossa
nervi musculi et karthylagines et consimilia // nota
sexto quod quia aqua est elementum subtilius terra et
decuplo ut apparet ex secundo de generacione quare
oportet quod eciam partes corporis in decuplo subtili-
ores partibus terrestribus ex ipsa generantur ut sunt
humidiores partes corporis viventis / Nota sed septimo
quod quia aer est elementum in decuplo grossius quam
ignis / ut patet per aristotilem in primo et in secundo et
in tercio celi et mundi / quare est necesse ut ex ipso
generantur partes corporis in decuplo grossiores
partibus ignis ut sunt spiritus vitales animo et con-
similia in ipsitu corporis naturalis / Nota octavo
diceret aliquis contra illa dicta / quia si esset
ita sequeretur quod mixtum ad minus esset compositum
ex quatuor elementis / falsitas consequentis
patet in primo et secundo de generacione et in tercio celi
et per avicennam in primo canonis seu primi / probacio
consequencie / quia sic esset tamen aliquod mixtum
ex uno elemento / quia secundum prius dicta ossa essent
sed composita tamen composita / humores vero tamen ex
aqua et sic de aliis sed omnia illa sunt mixta
Respondendum quod que dicta supra sunt sic in-
telligenda quod quelibet illarum parcium corporis viventis
est constituta ex uno elemento / tamen predominio
illo tamen non obstante quelibet est composita ex omnibus
elementis et in mixtis et sic ossa sunt ex
terra terra predominio / nichilominus eciam inclu-
dunt alia tria elementa / similiter est intelligen-
dum de aliis corporis partibus suo modo // Nono nota
dictum enim est prius quod embrio generatur ex elemen-
to igneo aereo predominio / diceret aliquis
contra si sic sequeretur quod embrio ex se natura-
liter moveretur sursum / falsitas consequentis
patet ad sensum / probacio consequencie / quia
quodlibet mixtum movetur secundum motum elementi
predominio in ipso predominantis ut patet in primo
celi et mundi et ideo sicut aer ex se movetur

sursum si fuit et tamen moveri deberet. Dicendum
quod illud argumentum bene concludit isto supposito quod
aer ponderaret in tertio secundum eius levitatem
sed si secundum eius qualitates que sunt caliditas
et humiditas tunc non oportet qualitates debeant ita
gi superius dictum est. Et Secundo nota quod dicitur
in textu quod unumquodque convictum consurgit ex quatuor
elementis. Dubium est ibi utrum elementa gra-
via et levia dicuntur in toto corpore humano ratio-
ne quorum fit motus in ipso patet per Aristotelem
in primo celi et mundi quod unumquodque mixtum movetur
ad modum elementi in ipso predominantis. Sed elementa
gravia sunt huius quod si corpus spiritualiter in aliquo
loco sursum fuit et dimittatur propter naturam con-
stat quod movetur deorsum ad tertium motum ele-
mentorum gravium ergo In contrarium est Averroys
canonis seu prima doctrina secunda de elementis
probatur sunt illa elementa dicuntur in corpore hu-
mano per quod differt a non unctibus quantum
ad motum patet omnibus sed hoc est per elementa le-
via patet per Aristotelem in secundo de anima ubi
corpus humanum est calidum et humidum secundum Ysa-
ac in libro suo de febribus et ideo dicuntur in eo
elementa levia scilicet callida et humida ergo etc.
Ad istam dubitationem dicendum ubi nota quod ele-
menta dicuntur in corpore humano potest intelligi u-
nomodo quo ad materiam aliomodo quo ad virtutem
et hoc dicitur vel quo ad virtutem que est principium
operationum activarum in corpore humano ut sunt
digerere attinere assimilare et sic de aliis. Vel
quo ad virtutem que est principium operationum pas-
sivarum ut moveri quiescere pati et sic de aliis
tunc dico primo quod elementa gravia dicuntur in cor-
pore humano quantum ad eius materiam ~~probatur~~
sunt illa elementa dicuntur in corpore humano
quo ad eius materiam que faciunt ad generationem
membrorum et corporis quiete sed elementa gra-
via sunt huiusmodi ergo etc. maior nota quod membra
dicuntur esse materia corporis humani secundum Avi-
cennam prima canonis seu prima ~~minor~~ patet
secundum eundem ibidem secundo dicitur quod elementa
levia dicuntur in corpore humano quo ad vir-
tutem que est principium operationum activarum
~~probatur~~ sunt ista elementa que faciunt ad generationem

spirituum et caloris naturalis dicuntur
in corpore humano quo ad virtutem principi-
orum activarum sed elementa levia sunt
huiusmodi ergo etc. ~~maior~~ nota ~~per avicennam~~
primo canonis seu prima doctrina capitulo
tertio quod talibus virtutibus operatur mediante
spiritu et calore naturali. Idem vult galienus
sexto de morbo et accidente minor
patet per Avicennam primo canonis seu prima
doctrina secunda capitulo ultimo de ele-
mentis tertio dicitur quod elementa gra-
via dicuntur in corpore humano quo
ad virtutem passionis operationum pas-
sivarum ~~probatur~~ sunt ista elementa que
faciunt ad generationem materie in cor-
pore humano dicuntur ~~in ipso~~ in ipso quo
ad virtutem passivarum operationum ut apparet
per Aristotelem secundo de generatione et per
Averroym in substantia orbis quia
de ratione materie est pati cum est princi-
pium passionibus sed elementa gravia
sunt huiusmodi ergo etc. patet quod materia
corporis humani sunt membra secundum Avi-
cennam primo canonis seu prima. Sed
elementa gravia faciunt ad generatio-
nem membrorum corporis ut patet per
Avicennam prima canonis seu prima
quare etc. Ad rationem in contrarium
ista elementa dicuntur in corpore huma-
no in tertio verum est quo ad materiam que
est principium motus idem verum est
quo ad virtutem que est principium opera-
tionum passivarum ut est ipsa materia
quod motum procedit ab ipso a quo pro-
cedit virtus que est principium operatio-
num passivarum quare etc. sequitur

Postea vero solet fa

cies. Hic ostendit formationem fetus
in matrice quantum ad eius figura-
tionem corporalem a virtute forma-
tiva una cum virtute vene dicens
quod postquam in fetu est forma membrorum
consolidata tunc natura incipit
figurari faciem fetus in non

totalem corporis dispositionem secundum
longitudinem latitudinem et profunditatem
et illud fit per octodecim dies a quo tem-
pore natura fetus incipit ultra confor-
tari usque ad tempus partus quod
fetus in utero materno completur ad eius
dispositionem corporalem totalem con-
ficitur in fine quadraginta quinque dierum. Primo
nota quod virtus informativa que inest
in semine viri et natura naturans una
cum natura naturata simul concurrit ad
generationem innon formationem ipsius fetus
et ideo dicitur in libro de iuventute et senec-
tute / innon sexto de animalibus / quod primum
quod disponitur et formatur in fetu animalium
innon virtute informativa ut est
cor / quia ipsum est principium et fons omnis
caloris naturalis / innon cuiusque
vigoris in corpore quod est principium in-
fluendi primordialiter et radicaliter
caloris naturalis omnibus aliis membris
per avicennam prima canonis seu prima co
eo quod cor est membrum calidissimum nec
sed postea fit dispositio fetus quan-
tum ad formationem faciei et etiam secundum
triplicem dimensionem ut apparet hic in littera.
nota Secundo nota quod in formatione fetus
fit primo quedam ampulla in qua generatur
cor in medio corporis situatum et ideo
dicit aristotiles in libro de motu cor-
dis / estimandum est enim animal et maxime
hominem constare quemadmodum civitatem
bene munitam innon legibus bene dis-
positam et regulatam / ita quod sicut
rectores alicuius civitatis debent ha-
bere presidentiam in medio civitatis
innon rex in medio sui regni bene
muniti sic cor debet esse constitutum
in medio corporis / propterea ut omnibus cor-
poris membris equaliter possit influere
quemadmodum rectores civitatis in me-
dio sui regni consistentes equaliter pos-
sit regere suum regnum descendendo
nota singulas partes sui regni. Tertio no-
tandum quod secundum quod habet [illegible]

innon precedenti tunc fetus a principio concepcio-
nis formatur et disponitur in fine quindecim dierum
ita quod illo tempore licet figuratur in singulis suis
membris innon eius corporis solet in debita
quantitate proportionari quantum ad illam sta-
turam que inest ad complexionem sibi infusam. Quar- nota
to nota quod dicitur in littera quod in figuratione fetus
primo formatur facies supple maxime quantum
ad membra extrinseca / ratio est quia facies
ipsius hominis est figura nobilior extrinseca inter
ceteras eius figuras extrinsecas propter hoc
natura primo et principaliter intendit ad illam fi-
guram formandam et consequenter tunc for-
matur alia membra extrinseca ut manus
pedes que sunt instrumenta ipsi corpori quantum
ad bene esse necessaria. Quinto nota quod dicitur nota
in littera quod corpus humanum figuratur quantum ad quan-
titatem diversam huius ratio est quia complexiones
diverse exigunt qualitates diversas et maxime
diversimode dispositas / quod complexio sanguinis
humani vult habere aliam quantitatem quam com-
plexio colerica et sic de aliis / quia natura
una cum virtute informativa generat aliam
et aliam quantitatem in diversis membris corporis
secundum aliam et aliam complexionem cuilibet
membrorum convenientem. Sexto nota quod in nota
informatione fetus quantitas generatur figuratio-
ne est quia subiectum precedit suum accidens
natura tempore et notitia secundum aristotilem in septimo
methaphisice. Sed quantitas est subiectum ipsius
figure quia nihil figuratur nisi quia sint
quantum quid est. Septimo nota secundum galie-
num in libro de spermate sperma est consubtilior
sanguinis natura / constat quo converso in sanguinem
illa substantia recipit suscipere formam hominis
principalem spiritum per calorem
nature et unaquaque die in sui fomentum trahit
sanguinem et in carnem vertit crescit quousque in for-
matione hominis principale spiritum dantibus naturam
singulis membris innon similitudinem scilicet convenien-
tes faciens membra acuta ut sunt digiti
innon res acutas cum acutis componens
ut digitos arctos cum arctis et ut sunt in

ossium et sic intelliges. Octavo notandum secundum Galienum ibidem quod in huiusmodi formatione hominis primus formatur humerus cum quibus latera caput et brachia ulne cum lateribus renes et postea una forma separatur ab alia. Deinde formantur nervi et vene postea natura calor amittit sic ... suam ad nutriendum corpus intus et contra ~~....~~ sed in testa cum ipsum efficitur. Nota secundum Galienum ibidem quod completis xxx diebus apparet masculi forma partus vero diebus quadraginta tunc natura humana est parata et crescit in fine et aperitur ... os et incipiunt ossa in grossari cum naturali calore veniente a matre proprium naturalem ille enim calor habet virtutem confortandi totum corpus. Nota secundum Galienum ibidem quod ... in huiusmodi formatione fetus sunt ... quatuor humoribus principaliter tamen ex grossiori sanguinis natura medulla vero in ossibus fit ex subtiliori natura illius gravitatis. Nota secundum Galienum ibidem quod in formatione fetus ossa conantur in dispositione digitorum manuum et pedum in tribus primis mensibus et illis partibus tunc in masculo vene incipiunt ... in ... constitutione sed illud fit tardius in femella et tunc movetur in fine in utero matris et sanguis menstruus qui cottidie ... et potu quod in corpore matris augetur tale efficitur agitatur in ... volens ... subtilitate sua poros quos aperit venit in mammas ubi ... calore et humiditate mutatur in album et dulce sed maior pars illius descendit in matricem ad nutriendum infantem. Duodecimo nota secundum Galienum ibidem tunc fetus in utero materno ... formatus nutritur ... sanguine descendente in matricem qui ... partum seu conceptionem tempore menstruorum amitti solet hoc testatur Ypocras dicens sic vidi feminam pregnantem ... minuisse sanguinem per brachium et sic tertia die aborsum emisisse. Sequitur

Et illud quod iam longo

hic alias ... formacionem fetus ostendit a virtute seminali et hic incipit dicens quod illa materia ... est pertractata sub sermone prolixo breviter comprehendi potest sub quatuor ... qui tales sunt ~~conceptum semen~~

~~sex primis ... diebus sit quasi lac in sequentibus ... novem fit sanguis et inde consolidatur. Duodecim diebus sub~~
~~nova ... effigiatur tempus quod sequens deducat ad ortum.~~ Primo nota nota
quod secundum Aristotilem in libro sexto de animalibus postquam fetus sit formatus in matrice mulieris ... est in ... tunc primo ... operationes potentie vegetative quia nutritur et augmentatur ex superfluo alimenti mulieris. Deinde ... operationes ... sensitive ex eo quod sentit unde Aristoteles dicit sic embrio in prima ... formatione vivit vita plante deinde vita animalis postea vita hominis. Secundo notandum de formatione fetus nota secundum Averroym in secundo colliget ... de ... matricis et ... mamillarum dicit enim sic. Et si tu ... utrum ... habet virtutem in ... fetus ... et informativa, ... fetus ... hic indiget speculatione, quia non potest dici quod ... facit ... embrionis, sed ... formativa ipsa facit una cum carne ... in spermate ville. Tertio nota nota secundum Trotulam quod in prima mense ... conceptionis et formationis fetus ... purgatio sanguinis secundo fit ... sanguinei corporis tertio ungulas et capillos natura producit quarto motum facit et ideo ... tunc mulieres nauseant. Quinto fetus accipit similitudinem patris ... Sexto nervorum constrictio ... Septimo ossa et nervos con... Octavo natura incipit formare ... movere et in fine ... nono vero ... completur ... secundum ... Quinto nota
notandum secundum Trotulam quod postquam fetus diu in matre nutritur

~~tunc puer movet se vehementius et~~
nititur ad egressum. Unde natura ... propter
temporis completionem facit ut fetus quoniam
ad eius exitum inveniat libertatem
et ita fetus vel de rigore nature ex-
pellitur. Nota quod quando dicitur
nō in litera conceptum semen, quod iste primus
versus sic exponitur: quod semen ad gene-
rationem requisitum in matrice susceptum
sex primis diebus est quasi lac vel co-
lor lactis. Sed per novem dies sequentes
fit sanguis et habet dispositionem sangui-
nis spissi et coagulati. Et post hoc
tempus per duodecim dies consolidatur
suppl. quo ad eius membra. Deinde
per octodecim dies sequentes debite
figuratur quo ad singula corporis membra
et anima educitur de potentia materie sic
disponente, et hoc quantum ad animam cogi-
tativam ut cum aliis potentiis inferio-
ribus, quia secundum Aristotelem in octavo
de animalibus anima intellectiva non educitur
de potentia materie sed simplici crea-
tione inducitur, et tunc fetus manet
usque ad tempus sui exitus ab utero ma-
terno. Sequitur Sunt autem quidam

Sunt autem quidam

Hic Albertus ostendit formationem fe-
tus que fit a virtute celesti ~~et dividitur~~
in duo: primo proponendo intentum ponit quo-
dam notabile ~~secundo~~ demum intentum prosequitur
ibi corpore manifesto ~~prima in duo~~
primo in textu suum proponit ponendo dic-
tum quorundam ~~secundo intentum~~ hic ad-
ducit quoddam notabile ibi ~~nota~~
Sicut dicit ~~Avicenna~~ primo premittendo
intentum suum ponit dictum quorundam
~~dicens~~ quod secundum aliquos figuratio fetus
fit secundum tempus debite assignatum in
quo tempore deus planetarum specialiter
regnat, et illud scire est multum utile quo-
ad illa que in hoc tractatu scribuntur.
Unde nec Albertus quamvis talia vi-
deat ignarus est. Et propter hoc aliquid
nō de talibus adducere proponit. Primo nota
quod causa efficiens primus fetus est

~~duplex~~ scilicet univoca et de tali est supra dictum, scilicet
de virtute informativa existente in semine viri-
li ipsi matrici infuso. Sed alia est causa eius
efficiens equivoca et de illa fit mentio ad presens
que est virtus celestis, scilicet qua fetus formatur
a virtute terrestri, que dicitur causa equivoca fetus.
Secundo notandum ex quo hic fit mentio de pla-
netis quod septem sunt planete et quodlibet corpus
habet suum orbem et cum hoc in celo est orbis stel-
latus qui dicitur firmamentum sive celum stella-
tum, et quodlibet corpus habet orbem unum cum sua
planeta habet suam propriam virtutem influendi
istis inferioribus. Tertio notandum quod inter is- nō
tos orbes planetarum et stellarum fixarum est
ordo talis quod incipiendo a superioribus tunc orbis
stellarum fixarum est primus et vocatur firmamentum
et inmediate eum sequitur Saturnus cum orbe
suo, postea Iupiter, ~~deinde~~ Mars, postea
Sol, deinde Venus ~~deinde~~ Mercurius et ultimo
Luna cum suo orbe. Si ~~celum stellatum saturnus iupiter~~
~~et mars sol venus hos sequitur mercurius~~ ul-
tima luna. Item ~~aliter versus~~ specialiter de plane-
tis ~~post firmamentum sequitur ultima luna~~ subiciet
iste versus ~~intelligitur~~ sic per illam literam S in
hac dictione intelligitur Saturnus primus planeta in
ordine, et per istam literam I intelligitur Iupiter per M
Mars. Sed per istam literam S in secunda dictione
scilicet sol intelligitur sol per V Venus per M Mercurius
et ultimo sequitur Luna. Quarto notandum quod sicut
planete sive orbes eorum ordinantur in situ ita
etiam sunt ordinati quantum ad corpus influentia
in spiritu istorum inferiorum ita quod dominus unus prece-
dit dominum alterius, sic quod omnes sunt in eadem
hora diei vel noctis, non regnant equaliter
nec durant, et propter hoc non est mirum scire quam
ordinem habeant in fluendo circa illa inferiora
ut sciatur quales effectus producunt in aliis et
aliis horis circa materiam fetus. Quinto nota
propter illa notabilia dicta quod in dominico die prima
hora diei regnat Sol, secunda vero Venus, tertio ~~mar~~
Mercurius, quarta Luna, quinta Saturnus, ~~sexta~~
Iupiter, ~~septima~~ Mars, octava Sol ~~et deinceps~~
procedendo per viginti quatuor horas ~~secundum~~ ordi-
nem planetarum ita deinde, et in secunda feria hora
~~prima~~ diei regnat Luna, ~~secunda~~ vero Saturnus, tertia

conceptam ab aliquo artifice illud
rem producat et per consequens bene so-
nat litera Quinto nota dubitatur
utrum illa diffinitio quam allegat albertus
ex sex principiis sit bona seu compe-
tat forme et arguitur quod non quia
si sic sequeretur quod forma esset ad-
veniens composito consequentia tenet
quia dicitur diffinitio composito contingens
sed falsitas probatur quia si sic seq-
retur quod subiectum forme substanti-
alis esset ens in actu consequentia
patet quia est compositum falsitas patet
ex prius dictis Oppositum dicit al-
bertus in litera Ibi dico quod duplex
est forma inherens seu in formas
quedam substantialis et illi non com-
petit illa diffinitio ut probat
ratio Alia est accidentalis et illi
competit illa diffinitio quia illa
inheret toti composito Sed dices tu
ergo sequitur quod forma accidentalis
non esset variabilis consequentia tenet
quia in diffinitione ponitur invariabilis
essentia subsistens falsitas pro-
batur quia forme accidentales in-
tenduntur et remittuntur intentio autem
et remissio est variabilitas Ibi dico
quod forme substantiales acciden-
tales sunt invariabiles tunc ad
probationem quia intenduntur et remittuntur
nego hoc et dico quod qualitates non
intenduntur et remittuntur sed earum subiectum etc.

Forma incipit diuisio

Hic est tria pro principalibus capitulo

in qua albertus ponit divisionem for
marum et dividitur quia primo facit hoc
secundo subdividit alterum membrum ibi et
illarum primo dicit sic forma recipit
divisionem quantum admodum primo in
spiritualem et corporalem Spiritualis est
illa que facit spiritum sicut que est in re spiritu
ali sive etiam in re corporali ita quod
tota sit in toto Corporalis est illa
que facit corpus sicut que est in corporali
ita quod in maiori parte maior et minor
No minor. Nota circa litteram Albertus
dicit quod duplex est forma scilicet spiritua
lis et corporalis Spiritualis est illa
que est in re spirituali que facit rem spiritua
lem et sic intelligentia vel angelus
potest vocari forma spiritualis et ali
qua est forma spiritualis in re corpora
li sed tamen non corporaliter id est coextensi
ve sicut est tota in toto et tota in
qualibet parte et sic anima intellectiva
nostra est forma spiritualis ipsa enim
est in re corporali puta in homine sed
tamen non corporaliter Alia est forma
corporalis que coextenditur ad coextensionem
corporis sicut est totum in toto pars in
No parte Secundo nota dicitur in littera quod aliqua
forma spiritualis est in re spirituali
hoc non debet intelligi quod sit eius forma
substantialis vel pars essentialis sicut
quidam dixerunt de materia spirituali [illegible]
[illegible] spirituale potest intelligi ipsa
met res spiritualis sicut intelligentia potest
esse forma quia est actus purus
consimiliter potest dici de angelo Tercio
nota dubitatur utrum anima intellectiva
sit tota in toto tota in qualibet eius
parte et videtur quod non quia si sic se
queretur quod esset in pede consequentia
tenet quia pes est aliqua pars
corporis falsitas probatur quia sic hec

esset pes esset anima intellectiva Oppositum aliquis
videtur dici in littera per albertum qui dicit
quod aliqua forma spiritualis est in re spirituali
corporali tota in toto et tota in qualibet eius
parte et hoc videtur de anima intellectiva Re
spondeo quod anima intellectiva est tota in qualibet
eius parte corporis de hoc tamen magis videtur
in quinto tractatu huius Et ad racionem in
oppositum ubi dico concedendo quod intellectiva
est in pede et ulterius nego consequentiam id est
pes intelligit quia anima intellectiva non potest in
telligere in pede quia non habet ibi debita or
gana ad illam operacionem requisita et propter
hoc [illegible] pono duas propositiones Anima intellec
tiva est in pede secunda non est in pede anima
intellectiva et racio quia illa potest intelligere
Quarto nota quod omnis forma corporalis est N
coextensa ad extensionem sui tenentis que dicitur
esse tota in toto et pars in parte Sequitur littera

Et istarum quedam formarum

Hic albertus subdividit aliud membrum
iam posito et dividitur quia primo facit hoc secundo utrum
subdividit alterum membrum et illarum primo
dicit sic et illarum formarum racionabilium quedam
est naturalis quedam artificialis et illarum quedam
est in rebus artificialibus sicut hec cuius forma prin
cipium est ars naturalis Naturalis est illa
que est in rebus naturalibus sicut cuius principium est natura
Nota circa litteram Albertus vult dicere quod N
duplex est forma corporalis quedam est naturalis
quedam artificialis Artificialis est illa que
est in rebus artificiatis vel illa cuius principium
est ars Sed naturalis est illa que in rebus
naturalibus et cuius principium est natura id est quod videtur
de potentia materie Secundo nota dubitatur N
utrum sit aliqua forma artificialis dif
ferens a forma naturali et videtur quod non nulla
enim in rebus artificialibus distincta a re naturali in
nulla est forma artificialis distincta a forma
naturali consequentia tenet et antecedens [illegible]
Oppositum dicit albertus in littera Ibi dico
primo quod forma artificialis nichil aliud

e in quod dispositio q disponit artifex materiam naturalem sicut forma statue nichil e nisi dispositio qua artifex disponit eam ad dispositionem statue et illa tamen dispositio non e aliud distinctum a re naturali ut probat ratio
no (Tercio nota q natura sit principium forme naturalis quia natura que e materia e eius principium subiectum eo quod ducis potentia educit Sed natura e forma agentis educentis eam de potentia materie sed eius principium de aliis dicitur effectum sicut de materia accidentali et nichil sequitur littera

Illarum quedam e universalis

Hic albertus subdividit alterum membrum divisionis prioris quia primo facit hic secundo utrumque subdividit alterum membrum ibi Item particularium. quedam est universalis. quedam particularis illarum quedam e universalis quedam particularis universalis e illa que totaliter in suo esse e quod e quod non e impressa alicui materie ut albedo. Particularis e que significata e in hoc subiecto ut hec albedo et subdividit subdivisionem alterius membri dicens Item particularium quedam e corruptibilis ut forma elementorum et elementatorum, quedam incorruptibilis ut forma celi. (Nota primo Albertus vult dicere q naturalium quedam e universalis
nota quedam particularis. Universalis e forma simpliciter secundum suam consideratam et non consideratam prout inheret materie sicut albedo secundum se considerata. Sed forma particularis que e in hac materia vel in hac sicut hec albedo signata in hoc subiecto. (Secundo nota circa illa
no litteram particularium autem vult dicere q formarum particularium quedam e ingenerabilis ut forma celi quedam generabilis et corruptibilis ut forma elementorum et elementatorum. (Ter
no cio nota dum in littera q alia forma sit universalis hoc debet intelligi sicut prius dixi de materia universali sed q sit indifferens ad quamcumque materiam ita q forma considerata nullo habita respectu ad formam dum materia universalis ut prius dixi. (Quarto nota dubitatur no
utrum aliqua forma naturalis possit e separata a materia et videtur q non quia separatio forme a materia est eius corruptio igitur non potest esse separata consequentia tenet antecedens patet quia corruptio e separatio forme a materia. Oppositum dicit Albertus in littera q universalis forma e q non e impressa materie ubi dico sicut dixi prius de materia q dicitur forma nichil aliud e quam forma particularis sed quam considerata non habito respectu ad aliquam materiam sed secundum se tantum vocatur universalis. quam autem consideratur sicut q e in hac materia vel in hoc subiecto ut vocatur particularis et per hoc patet ad rationem quia bene probaret q nulla naturalis realiter possit esse separata a materia et hoc bene est
no (Quinto nota q forma celi vim (?) incorruptibilis sit probatur forma celi non habet contrarium igitur materia quia omnis corruptio e a contrario patet quia celestia non sunt innovabilia quia celestia non sunt receptiva peregrinarum impressionum. (Sexto nota
nota dubitatur utrum forme elementorum et elementatorum sint corruptibiles et arguitur q formis elementorum et elementatorum nichil e contrarium igitur non sunt corruptibiles consequentia tenet ut prius antecedens patet quia forme elementorum et elementatorum sunt substantie substantie autem nichil e contrarium ut patet in predicamentis et in quinto physicorum. Oppositum illius dicit albertus in fine littere qualiter videtur ad hoc dicendum bene prius dixi circa particula de materia q non corrumpitur secundum q

sbe sed condispositione qualitatum contra
rietate consequentium illas formas
et sic patet ad rationes alia dicenda
dicuntur sicut de materia dyspositione particu
lari sequitur textus

Item formarum alia substantia

Hic est quarta pars principalis capituli
in qua albertus ponit quartam divi-
sionem forme ~~et dicit sic~~ Item
formarum alia substantialis alia
accidentalis. Substantialis est illa que
per adunationem sui ad materiam non facit
quid sed quale id est esse essentiale
ut igneitas .i. substantialis ignis
Accidentalis est illa que per adunationem
sui ad materiam non facit quid sed quale
vel quantum ut albedo. Nota circa
no litteram Albertus vult dicere quod ad hoc
~~dupp~~ est forma quedam est substanti-
alis et illa est que quando adiungitur ma
terie facit quid id est totum essentiale
vel per se sicut forma ignis ad
iuncta materie ignis facit hoc totum
essentiale quod est ignis quod est ens per se
Sed forma accidentalis est que quando ad
iungitur materie non facit unum esse
tiale vel per se sed facit ens per acci
dens sicut albedo adiuncta homini
facit ens quale vel per accidens
sicut homo albus vocatur ens per accidens
nota et non per se. Secundo nota dicta est inter
illas formas i. hoc quod forma substanti
alis immediate inficitur in materia for
ma autem accidentalis mediate
.s. mediante forma accidentali
non habet esse in materia sed forma sub
stantiale ut prius dictum est. Tertio
no nota dicit in libro quod forma substan
tialis adiuncta materie facit quid
hoc debet sic intelligi quod facit substantiam
compositam quia illa est quid et cum
facit totum essentiale vel quiddita-
tem quod nichil ponitur cum materia et

forma in substantia composita. Sed forma accide
talis adiuncta subiecto facit unum ens
aggregatum ex substantia et accidente sicut homo
albus est unum aggregatum in hac substantia que
est homo et hoc accidente quod est albedo et non
est ens per se sed per accidens sive quale sequitur

Item formarum alia posita

Hic est quinta pars principalis capituli in qua
albertus ponit quintam divisionem forme
~~et dividit~~ quod primo ponit eam secundo sub
dividit alterum membrorum ibi formarum non
immediate primo dicit sic Item formarum
alia posita est in materia mediate alia
immediate. Immediate posita in materia
est forma substantialis. Mediate posita in
materia est forma accidentalis ~~et ut~~ sub
dividit divisionem alterius membri dicens
formarum non mediate positarum in materia
quedam ponitur in materia ut mediante superficie
que secundum extensionem superficiei extenditur
et habet situm .s. unam partem hic et aliam
ibi ut color est superficies superficies cor-
poris corporis materia prima et ultimus non
resolvitur. Quedam non mediante superficie
ut que non habet situm ut piramis et scientia et
huiusmodi. nota Nota primo circa litteram prima parte hic
vult dicere albertus quod quedam forme sunt
immediate in materia sic quod nichil precedit
eas sicut forme substantiales. Alie autem
sunt in materia mediate sicut forme acci-
dentales que sunt in materia mediante forma
substantiali. Secundo nota circa illam litteram for- n
marum quedam et cetera ibi vult quod formarum me-
diate positarum in materia quedam est in materia
mediante superficie ut sicut ille que habet
extensionem in subiecto ad extensionem super-
ficiei sicut color superficies enim est primum
subiectum coloris et subiectum superficiei
est corpus et subiectum corporis est materia
prima. Alie sunt forme mediate re
cepte in materia que non sunt de materia medi-
ante superficie que non extenditur ad extensionem

superficiei sicut paternitas et filiatio et huiusmodi
no — Tertio nota dubitat utrum forma substantialis
imprimatur in materia immediate et arguitur quod non
quia multa precedunt eam in materia ergo non imprimitur
immediate in materia consequentia tenet antecedens
probatur quia dispositiones precedunt formam
quia actus activorum sunt in patiente disposito
secundo de anima. Oppositum dicitur in littera ibi nota
formam substantialem immediate imprimi in
materia potest intelligi dupliciter uno modo quod nichil penitus
precedit et sic est falsum quia quelibet
forma data aliqua forma precessit eam
in materia quia materia non semper stetit sub illa
forma et dispositiones precedunt eam ut dictum
est. Alio modo potest intelligi quod forma que imprimitur
in materia non precedit eam aliqua forma substantialis
vel accidentalis per quam materia prius
actuetur et hoc vult Albertus. Quarto nota
no — dubitatur utrum color sit in corpore mediante
superficie et arguitur quod non quia si sic tunc superficies
mediaret inter colorem et corpus
consequentia videtur tenere falsitas patet quia superficies
non est aliud distinctum a corpore. Oppositum
dicitur in littera. Ibi nota quod hec de virtute
sermonis est falsa color est in corpore mediante
superficie hoc videtur probare argumentum sed
sic debet intelligi quod corpus est superficietenus
coloratum vel color competit corpori vel aliquo
consimili modo. Quinto nota dubitatur utrum superficies
no — sit primum subiectum coloris et arguitur
quod non quia si sic sequeretur quod esset adequatum
subiectum coloris consequentia tenet quia
primum et adequatum idem valet ut patet
primo posteriorum falsitas probatur quia sic in nullo
esset color nisi in superficie hoc consequens falsum
quia corpus etiam est coloratum et linea
potest esse colorata. Oppositum dicitur in littera.
Ibi dico quod hec de virtute sermonis est falsa superficies
est primum subiectum coloris similiter hec
superficies est adequatum subiectum coloris
ut probat ratio sed ille de actu exercito debent
converti in actus signatos ut sic dicatur de
isto termino superficies primo et adequate esse
subiectum coloris et sic intelligi debet
littera. Sexto nota dubitatur utrum nota
corpus sit subiectum superficiei et
arguitur quod non quia sic sequeretur
quod superficies distingueretur a corpore
consequens est falsum sicut patet prius
consequentia probatur quia idem non
est sui ipsius subiectum inherentie
~~sicut subiectum artificii~~ Oppositum
dicitur in littera ibi dico quod quoddam est subiectum
inherentie sicut subiectum artificii
realis et sic corpus non est subiectum
superficiei quia superficies non
est accidens animale quod cum quodam modo
fuerit dictum. Aliud est subiectum predicationis
de quo aliquid predicatur
et sic corpus est subiectum superficiei
quia de hoc termino corpus predicatur
habere superficiem longum et latum
et sic debet intelligi quod dicitur quod materia
prima sit subiectum corporis id est de
materia prima verificatur esse corpus
et tamen hoc non est ratio et sic debet
intelligi littera. Septimo nota dubitatur nota
utrum paternitas et filiatio sint forme
existentes in materia et videtur quod
non quia si essent forme vel essent
forme substantiales vel accidentales
non substantiales ut patet nec
accidentales quia sic sequeretur quod pater
aliquis desineret esse pater corrumperetur
ipso accidente consequentia tenet
falsitas probatur quia aliquis pater potest
fieri non pater sine aliqua mutatione sui quia
corrupto filio ipse non est pater. Ibi
dico quod littera debet ~~intelligi~~ isto modo quod
paternitas et filiatio sunt quedam
res relative accidentales que inhe-
rent in subiecto et si sic ~~intelligeretur~~
tunc est falsa quia tales res non
intelligunt non ponuntur. Alio modo
quod paternitas secundum illa predicata

pri et silaus fuit qdo pducmeta q
no vifitat. de matia pma i mete
ety no sufficiat alia qualitatem
potesa i subiecto et sic intelligedo
no lra ptt sufficienter. Nota albertus
poit ab illas divisioes forme
ut hic ut pohyb elicent forma
h' intecta q e una pricipalis re-
ru nalia sequitur lra sic d. ab

Sicut dicit Averroys

hic e sexta ps pricipalis cuius
i qua alle albertus poit diversas
opioes i pductioe forme et sedm
hic pt lra i tres ptes
q ipse recitat tres opiones hoc
pz et legat lra pt sic dicit g
no 3o sic. Et nota sicut d. Averoys
supple in tcio physicorum triplex fuit
opio de formis nalibz quidem
eni opinabat formas esse ab
extrinseco. sz ab datore formarum
id e ad aut dato intelligentiam extra
materiam ee separatis i corporalis
stellis ut platonici. Tunc recitat
sedm opiom dices alij autem
opinati sut formas esse in ma
tiem actu sz late et ee insensibles
i nobis ut anaxagoras vnd dicebat
oe i od mistu. Tunc poit tercium
opiom dices tcia no opio est
aristotelis qui poit formas esse
i potentia no i actu ab extrinseco
uo agete educes de potentia ad
actu et cofirmat hic pauctoritates
aristotelis dices vnd dicit aristo
teles i libro sedo de gnatoe et cor
ruptoe lato solis i obliquo cir-
culo facit gnationem et i sedo phy
no sicorum dicit q ho gnat homiem
et sol ex materia. Nota pmo con
metator recitat i tcio physicorum
tres opiones antiquorum phylo

sophorum de mo pducedi forma. Et pa
e illa platonis qui dixit q forme
no educeret de potentia matie sz ex
trinsecus effunderet a datore formarum
i. deo et aut i fusiom esset create et po
site a datore formarum incorporalibz sitibus
et qn tuc matia esset suffi disposita tuc
dator formarum i funderet formam illa
opiom cp bat aristoteles et
i septio methaphysice et i pluribz alijs locis
q no e opio nalis sz tn theologice lo-
quendo sz aliqs veritatis de aia intellectiva
hois q non educat sz a creatore i funditur.
Nota sedo opio fuit Anaxagore et
qui dixit forme esset actu i matia
sz tn lateret nos q esset insensibiles nob
et mechil esset gnato nisi manifestatio for
me i manifeste et dixit q qlibz forma esset
i qlibz matia et motum eius fuit q
videt quolz ex quolz gnari illa opiom
iprobat aristoteles i pmo phisicorum q ex ea
sequitur qlz ee i quolz q ipse pbat e
falsum. Tercia et vltima opio e aristotelis q
poit q forma no adueniat ab extrinsecus
poit q forma no sit actu in matia sz potentia
in eam sit actu in matia sz potentia
qua deducitur ab agete extrinseco de ma
ad actum et hanc albertus cofirmat p
aristotile ut pz i lra et illa opio est
susmedia et tenet mediu iter alias
opiones in eam poit formam ab extrinseco
euenire sicut pma in eam poit formam
actu esse i matia sz q ma sit de potentia
fieri ad formam et illa potentia i ducitur
ad actum p agens extrinsecum. Quarto no
no cira auctoritatem aristotelis q ponitur
i lra. sz q lato solis et dz sic intelligi
q motus solis in zodyaco e causa ge
neratois illorum inferiorum vnde p obliquum
circulum aplees intelliget zodyacum
q terra d. circulus obliquus q declinat ab
equinoctiali et intersecat ea ad angulos
obliquos una eius eius medietatis de

fiat ūsus septētrione alia medietas d̄ fiat ūsus meridiem q̄ ē approxio
nis eius usq; ad finē ignis tūc motus eius disponit minus materias illorum inferiorum
& educit formas de potentia earum
hoc q̄ radij eius tūc sint fortiores
quia hoc q̄ diuturniores sunt super orizonte nostrum
ut videmus q̄ tūc crescunt segetes &
flores arbores & gignunt animalia hoc totum
ē virtute solis secundum q̄ mouet secundum
accessum & appropinquat emisperio nostro & hoc ut
aristoteles auctoritate predicta. Quarto nota
circa illam auctoritatem . sz homo generat hominem
& sol quod sic intellige q̄ homo & motus ce-
lestis sic concurrunt ad generationem hominis quod
homo semen infundit. motus uero celestis
hoc semen disponit & ornat ad dispositionem
humanam secundum q̄ dicunt astronomi q̄ in
primo mense ducitur fetus saturnus i secundo
iupiter & sic consequenter septem mensibus
& septem planete ~~& octauo mense iterum~~
saturnus & ideo puer natus in octauo mē-
se non diu viuit quia saturnus ē signum
mortis sic patet quomodo motus celestis q̄
agit per solem tanquam per instrumentum
ē agens potissimum ~~de ducens po~~ & edu-
cens formam de potentia materia q̄ im-
mediatum sicut principale generans ad
mediatum ut cortices sicut motus celestis
sequitur lira Item nota q̄ forma

Item nota q̄ forma d̄ forma

hic ē septimum ps principalis capitulo in quo
albertus ponit diuersa nomina forme &
~~diuidit~~ quia primo facit hoc ~~secundo~~ ponit
proprietates materie & forme ibi Item
nota d̄ ~~sed~~ Item nota q̄ forma dicitur
forma & ratio & species & endelechia sicut
actus forma d̄ in quantum dat esse ma-
terie sicut in comparatione ad materiam speciem
uero dicitur in quantum ē principium cogni-
tionis Sed prout consideratur in se ipsa ratio
uero dicitur in quantum ē finis materie Sed
in quantum ē proportionabilis materie en-
delechia sicut actus d̄ comparatur prout
comitur Nota circa literam Albertus
ut dicit q̄ illa noua forma speciem
ratio endelechia actus sunt syno-
nima quia significant eadem rem sz
forma diuersis nominibus sicut rationibus
dicitur eadem forma secundum q̄ conside-
ratur in ordine ad materiam ut dat
esse materie secundo d̄ species in quantum
ē principium cognitionis ut in quantum
consideratur secundum se sz d̄ ratio
secundum q̄ ē ratio materie ut propor-
tionabilis materie sz d̄ actus ut
endelechia q̄ ē idem in greco appo-
nitur predicto Dicit tamen albertus
d̄ q̄ forma dat esse materie
si forma non esset adhuc materia esset
hoc uidetur q̄ sit contra ubi dico for-
ma non dat esse materie simpliciter
sz bene esse actuale . si enim per potentiam
tam d̄ aliqua forma separaretur
a materia adhuc posset esse sub
non autem esse aliquid aliud sub
actu ut aliorum determinatione
specie Tertio nota circa hoc q̄ dicitur
forma ē principium cognitionis
hoc patet primo physicorum quia materia
non ē cognoscibilis nisi in analogia
ad formam / unde quelibet enim res
cognoscitur per suam formam Quar-
to nota dubitatur utrum forma sit
proportionabilis materie & uidetur
q̄ non quia proportio ē inter quantita-
tes sed materia sed & forma
non sunt quantitates & ideo maior
non de septe euclidis / minor
patet quia sunt spiritus Oppositum uidetur
velle litera q̄ d̄ q̄ ratio ut in quan-
titate sit materie Sed quanto propor-
tionabilis materie & Ubi nota q̄
duplex proportio quedam proprie dicta et

no

illa e inter solas qualitates et
talis no e inter materiam et forma
in composito materia et forma. Alia est
proporcio large sumpta et hec nichil e
nisi quedam comparacio .s. diversorum in ali-
quo in quo conveniunt quodque sit il-
lud et sit forma ut esse propor-
cionabilis materie. Quinto nota
[nota] quo forma opponitur proporcioni
hec probus dictum e sequitur Iste no q dicit aris

Iste nota quod dicit aristo

Hic albertus ponit proprietatem ma-
terie et forme dicens Iste nota dicit
aristoteles in secundo de generacione et
corrupcione ~~materie~~ e pati et move-
ri movere autem et facere alterius e
pati .s. forme. Ex hoc tunc infert
correlarium dicens Unde quod omnino
caret materia passibilitate sicut
primum in aliis autem secundum diversitatem
materie diversificatur et passiones et
tunc ~~epylogat dicens~~ et sic de prin-
cipiis naturalis phylosophie dicta
sufficiant. Nota primo quod aristo-
teles in libro de generacione et corrup-
cione ponit illam auctoritatem quam albertus
ponit in littera quod materie e pati et mo-
veri movere autem et facere e alterius
potencie .s. forme. Secundo nota
[no] quod per istam litteram infert correlarium quod
illa que omnino caret materiam ista
eciam omnino caret passibilitate sicut
primum ens hoc e esse actus purissimus
nullam habens materiam nec spiritualem
nec corporalem in aliis autem entibus
creatis primum sicut variatur materia
sic eciam variatur passibilitas ita quod
illa que habet materiam corporalem
quod ita paciuntur passionibus corpora-
libus sicut illa in fiora ista que

habet materiam spiritualem sicut intellige-
cie movetur a primo tamquam ab appetibili
primo eodem modo tamquam amatum et deside-
ratum prout secundo methaphisice. Tercio nota [no]
circa epylogum illorum materia forma pri-
vacio sunt principia naturalis phisice et videtur
quod non quia sunt principia rerum naturalium
sed non sunt principia naturalis phisice conse-
quencia tenet ut patet per contrarias. Ubi di-
co quod hec complexum materia et forma
et privacio sunt principia rerum naturalium in
hoc e principium sciencie naturalis et tamen hoc
non est inconveniens Sequitur capitulum Consequenter conside-

Consequenter considerandum e

Hic e capitulum sextum et e tercia pars principalis
illius tractatus ~~et continuat~~ sic primus albertus
determinavit de principiis rerum naturalium quod e
materia primi physicorum hic determinat de cau-
sis rerum naturalium et hoc e materia ~~secundi phy-~~
sicorum ~~et dividitur~~ quia primo permittit intencio-
nem suam et ponit ~~differenciam~~ inter principium et
causam secundo consequenter ~~tercio~~ ponit condicio-
nes causarum ~~quarto~~ ponit modos causarum
~~secunda~~ ibi Uno ergo modo ~~tercia~~ ibi tunc causas
~~quarta~~ ibi Item no primo dicit sic Con-
siderandum autem siquidem e de causis que
et quo modo sint prenotando differenciam inter princi-
pium et causam principium ergo e causa in-
trinseca et essencialis rei. Causa vero communiter
dicitur ad causam extrinsecam et intrinsecam
sicut postea patebit. Nota primo circa litteram
ut primo dicit postquam dictum est de princi-
piis naturalibus consequenter dicendum e de causis
et hec e conclusio 16 secundi ~~physicorum~~ quod
ad philosophum naturalem spectat considerare de causis
Secundo nota quod ponit differenciam inter principium
et causam et hoc e quod principium dicitur de causis
intrinsecis solum sicut e materia et forma
sed causa dicitur indifferenter de principiis intrin-
secis et extrinsecis et illam distinccionem osten-
dit albertus ab opposicione allexandri

nota sup scdo physicorum Tercio nota q aliter dis
tinguit cometator sup primo physicorum inter
principium et causam et dicit q principium vo
catur causa efficiens Sz causa vocatur cau-
sa finalis elementa autem vocatur principia
intrinseca sicut materia et forma Quarto
nota q Albertus incipit materiam scdi physicorum
cum tercio tractatu qz ibi aristoteles in
cipit primo materiam de causis et in scdo
tractatu scdi physicorum illa sunt incidencia
dicta et de istis nichil albertus tangit Sz in
cipit consideracionem suam principali proposito
sequitur lrã

Uno ergo modo hic albertus
consequenter in
tentum suum de causis et dividit in quatuor
secundum numerum quatuor causarum de quibus de
terminat quarum primo determinat de causa ma
teriali scdo formali tercio efficiente quar
to finali scdo ibi alio modo dicitur causa tercio
ibi tercio dicitur causa quarto ibi quarto
dicitur causa prima adhuc dividitur qz primo
primo facit hoc scdo ponit unam distinccionem
materie ibi nota tamen primo modo sic uno igitur
modo secundum aristotelem scdo physicorum causa
est exquo fit aliquid cum insit sicut es
statue cum insit dicit ad differenciam privacionis et
hec est causa materialis Tunc subdit dis
tinccionem materie dicens Aliqua est materia
exqua ut es statue Aliqua est materia
in qua ut subiectum accidencium Aliqua est
materia circa quam ut obiectum potencie Nota
no primo circa literam q in primo vocatur causa
illud exquo fit aliquid cum insit et hec
est materialis causa sicut es statue dicitur
causa materialis et illam diffinicionem materie
ponit aristoteles in scdo physicorum et dicit
cum insit propter privacionem qz privacio licet
sit principium in fieri tamen non est de composito
materiali qz non materiam in facto esse Scdo
no nota circa illam literam Item nota q ponit
illam distinccionem materie dicens q quedam
est materia exqua et quedam materia in qua
et quedam circa quam materia exqua est quia
est diffinita exqua res essencialiter
componitur et hec est materia proprie dicta
Sz materia in qua est subiectum accidencia
sicut paries est materia albedinis et sic
recipitur in ipso materia autem potest sus
cipere qz accidencia habent materiam
Sz materia circa quam hec est obiectum ali
cuius potencie passive circa q principia
constituit in terco suo illa potencia et
sic color dicitur materia visus quia
est obiectum illius potencie visive
nota Tercio nota dicit aliquis quare
albertus primo determinat de materia
cum tamen materia sit quiddam occultum vel
de et in prefin et processu sciencie dz
procedere a bignoritatibus ad notoria
Ibi potest dici q albertus facit hoc
sequendo processum aristotelis scdi
physicorum Sz dicens quare tunc a-
ristoteles facit Ibi dico q unam
ordinis et viam generacionis materia pre
dit alias causas qz cuius generacionem
naturali necesse est subici materiam ut
prius patuit Quarto no circa illam nota
illam distinccionem materie q aliam dis
tinccionem ponit cometator in scdo phy materia duplex
sicorum circa locum istum et est hec q alteracionis et
quedam est materia alteracionis tamen alia composicionis
est materia alteracionis et composicionis
sed primi sicut frumentum est materia
alteracionis panis qz alteratur et dis-
ponitur ad materiam panis non tamen est
materia composicionis qz non manet
in pane scdo sicut lapides et
ligna sunt materia composicionis domus
qz exillis domus componitur non tamen
sunt materia alteracionis qz non oportet
eas alterari cum ingreduntur in compo
sicionem domus tercium sicut materie
materie elementorum ille sunt materie
composicionis ut patet et eciam sunt materie
alteracionis qz elementa in naturam mi
xtorum sumptum alterantur Quinto nota

nota q obitu alicuius potencie pas-
sive vocatur aquo talis potencia pa-
titur vel illud aquo abstrahitur speciem
impresse illi potencie sicut obitu po-
tencie visive dicitur lux vel color et
obitu intellectus dicitur illud quod in-
telligitur Sequitur litera

Alio modo d(icitu)r causa

Hic albertus determinat de causa
formali et dividitur quia primo facit
hoc secundo ponit unum notabile de cau-
sa formali ibi et nota quod in simpli-
cibus/ ~~primo dicitur sic~~ Alio modo dicitur causa
racio illius quod quid erat esse ut ig-
neitas ignis et hoc est causa for-
malis et subdit et nota quod in sim-
plicibus ut in angelo et in anima ea-
dem est forma que est actus materie
et que est actus compositi in composi-
no est eadem quia in homine anima enim est
actus materie humanitas vero est in com-
no — positus Nota primo circa literam
quod dicit Aliqua est causa quia q
est passio eius quod quid erat esse id
est quiditatis ut igneitas est racio
quiditatis ignis et illa causa vocatur
no — causa ~~ignis~~ formalis Secundo no
circa literam ibi et nota/ ibi ponit quod
notabile ~~compositum~~ quod ~~duplex~~ est forma quedam
est actus materie/ ~~et quedam~~ est actus
compositi et in simplicibus sicut est
anima et angelus ibi est una forma
in compositis autem non est una sed sunt
diverse sicut in homine ibi forma que
est actus materie est anima/ sed actus
compositi est humanitas Certo no
Utrum forma … [illegible] no — dubitatur utrum forma sit racio qui-
ditatis et arguitur quod non quia
quiditas est diffinicio quiditatis
sed forma non est diffinicio vel causa
diffinicionis ergo non est racio quiditatis
consequencia tenet et ante patet Oppositum
illius dicitur in prima parte litere quia illo

dubio dico quod ~~litera~~ debet sic intelligi quod a forma
sumitur dicta specificativa que est comprehensiva
diffinicionis quiditative et certa ipsum in-
tellectum non procedit [ultra?] Quarto no — no
circa secundam partem litere utrum forma que est actus
materie et forma que est actus compositionis
differunt in compositis et ~~arguitur~~ quod non
quia si sic sequeretur quod in eodem supposito
essent plures forme substanciales realiter
distincte consequens est contra illis formis sal-
vatis patet per commentatorem in de substancia
orbis Oppositum dicit Albertus in litera ibi
in compositis et actus materie sunt distincte
forme realiter differentes ~~sic litera~~ est
falsa sicut probat racio et hoc notum est
de se/ sed ad bonum intellectum potest sic in-
telligi quod a forma compositorum sumuntur duo
predicata quedam quod significat de toto com-
posito et hoc potest vocari actus compositionis
sicut homo vel humanitas hoc enim significat totum
subiectum et compositum [hominis?] Aliud potest
sumi per [?] ab eadem forma quod significat partem
illius compositi sicut anima [?] sola [animam?]
et hoc potest vocari predicatum actus materie
quando ergo dicit albertus quod in compositis actus
compositionis et actus materie differunt ~~sic~~
~~sic intelligitur~~ quod diversa significant/ in simpli-
cibus autem pro ibi eadem predicata idem sig-
nificant quia simplex est una essencia simplex
non composita et sic in simplicibus idem est actus
compositionis et materie quia eadem idem significant

Tercio modo dicitur causa

Hic albertus ponit terciam acceptionem cause
quia ~~primo~~ facit hoc secundo ponit notabile ibi
et nota ~~primo~~ dicitur sic Tercio modo dicitur causa
in mutacionis principium principium autem quietis
ut deliberans propositi et pater filii et est causa
efficiens Nota primo circa literam Albertus — n
quod dicit quod tercio modo dicitur hoc nomen causa de
illo quod est primum principium motus et quietus
sicut deliberans et deliberacio et primum prin-
cipium motus alicuius propositi et sic eciam pater
est causa efficiens filii et causaliter loquendo

do quolibet principale faciens dicitur causa efficiens
sicut et hoc vult aristoteles ~~secundo~~ physicorum cum dicit
quod causa efficiens est unde motus. Secundo
nota quod ex exemplis hic potest elici quod multi-
plex est causa efficiens quedam est principale
intendens sicut carpentarius dicitur principale
efficiens domus. Secundum dicitur causa dispo-
nens et sic disponens ligna dicitur efficiens domus.
Tercio modo dicitur causa efficiens qui consiliatur
ad talem disposicionem et hoc tangit cum dicit
et deliberans operatur. Quarto dicitur causa
efficiens aliquis quo adiuvans quod aliquis
portat ligna vel lapides dicitur causa efficiens
quo adiuvans domus principale tamen in-
tendens dicitur principaliter alia autem per se. Terci-
o nota dubitatur utrum illa diffinicio cause
efficientis sit bona et arguitur quod non quia
non competit omni subdiffinito et tamen deo non
competit illa diffinicio igitur consequencia tenet
cum probatur ~~quia deus est causa efficiens~~
~~prima pars quia deus non est principium mo~~
tus quia deus est causa efficiens et tamen deo non
competit igitur consequencia tenet cum ~~probatur~~ quod prima
~~secunda~~ probatur quia deus non est principium mo-
tus effectum quia nichil agit contra se ibi
dico quod ~~duplex est~~ efficiens quoddam est efficiens
proprie dictum et illi competit illa diffinicio ~~natu-~~
~~ralis~~ aliud est efficiens methaforicum et sic a-
liquid agens in racione cause finalis
potest dici efficiens et sic deus dicitur esse
efficiens causa sequitur

Et nota quod duplex est efficiens

hic albertus ponit unum notabile ~~et dividitur~~
secundum quod ponit duo notabilia secundum ibi et nota
primo dicit sic. Et nota quod duplex est effi-
ciens circa materiam scilicet extrinsecum et intrin-
secum intrinsecum est virtus activa in materia
quam alchimiste vocant racionem seminalis, extrinse-
cum est virtus celi ~~secundum quod dicit aristote~~
~~les~~ quod allacio id est motus solis in obliquo
circulo facit generacionem et subdit secundum no-
tabile dicens. Et nota quod media que sunt
ad fieri reducuntur ad causam effi-
cientem sicut ad sanitatem sunt ma-
nes purgacio et urina omnia enim
hec gracia finis sunt. Circa primum parte
hic nota ibi albertus vult dicere
quod duplex sit efficiens circa materiam
quoddam intrinsecum sicut racio seminalis
quod est virtus activa seminalis de qua prius
dictum est aliud est efficiens extrinse-
cum sicut virtus celestis secundum quod
prius dictum est quod allacio solis in
obliquo circulo etc. Secundo nota circa
secundum notabile ibi vult dicere quod sunt
plura media ad aliquem finem et ta-
men omnia reducuntur ad causam efficientem
scilicet macies et purgacio et similia talia
sunt media quibus pervenitur ad sani-
tatem tanquam ad fieri illa omnia di-
cuntur causa efficientes respectu sani-
tatis. Tercio nota dubitatur utrum
racio seminalis sit principium intrinsecum
et arguitur quod non quia si sic sequeretur
quod esset naturalis forma consequencia tenet
in principio illius capituli falsitas con-
sequentis patet de se. Oppositum illius
dicitur hic ibi dico quod aliquid esse effi-
ciens intrinsecum ~~intelligitur~~ dupliciter uno modo
quia sit efficiens per se sed secundo modo per
accidens quia in se sunt quedam spiritus
disponentes una cum virtute celesti
ad formam generandam et postea conti-
nentur. Quarto nota quod virtus cele-
stis sit causa extrinseca generacionis
hoc supra dictum est in precedenti capitulo. Et
Quinto nota dubitatur circa secundum
notabile utrum intermedia ad finem
sit causa efficiens ~~et arguitur~~ quod
non quia unum medium est causa effi-
ciens finalis respectu alterius igitur non
est causa efficiens ~~consequencia~~ tenet quia
que sunt distincte cause non possunt
quia macies fit propter purgacionem illud

cause gratia cuius aliquid fit dicitur causa
finalis id est purgatio est finis macrei Op-
positum dicit littera Ubi dico quod verum
medium est bene finis propinquus alia tamen
omnia sunt efficientes in spiritu finis vacuari
interi et hoc non est inconveniens quod idem
sit causa in pluribus generibus causandi
in spiritu diversorum ut postea patebit
et est in proposito quod tota purgatio est finis
propinquus macrei et tamen macrees quam
purgatio sunt cause efficientes sanitatis
sequitur littera

Quarto modo causa

Hic albertus ponit quartam acceptionem cause et dicit Quarto dicitur
causa cuius causa fit aliquid ut
intelligis gratia incedendi id est et hec est
causa finalis de qua dicit aristoteles
in libro causarum Nota contra litteram Albertus
no vult dicere quod quarto dicitur causa cuius
gratia aliquid fit ut cultellus fit
gratia incidendi id est incisio vel possemus
dicere est causa finalis gratia cuius fit
cultellus et de illa causa dicit aristoteles
totiles in secundo physicorum quod est potissima
no causarum Secundo nota quod commentator
secundo physicorum ponit diffinitionem finis
et dicit quod duplex est finis quidem est fi-
nis quo et quidam est finis gratia cuius
finis quo verum corporis propria et naturalis
operatio sicut finis quo celi naturalis est
videre Sed finis gratia cuius est ad hoc duplex
quidam est finis generationis quidam est finis
rei generate finis generationis est forma
rei Sed finis rei generate quod aliquid
nobilius et perfectius in quo tamen res
ordinatur et sic hoc est finis quodammodo
omnium aliorum esse ut dicit aristoteles
in secundo physicorum nos sumus
finis quodammodo omnium et sic est primus ens
puta deus est finis omnium quia ultimate
no ordinatur in ipsum Tercio nota
quod illa diffinitio finis convenit
utrobique non accepto quia ens

naturale corrumpitur propter suam operationem etiam
producitur propter suum finem et ideo dicitur finis
causa causarum quia omnia agentia agunt propter
finem ultimum entis eius producitur sua naturali
operatione et natura semper agit propter finem ut patet
secundo physicorum Quarto nota dubitatur no
utrum sint tamen quatuor esse et non plures neque
pauciores et videtur quod sint plures esse quam
quatuor quia infinite sunt cause ergo plures
quam quatuor consequentia tenet antecedens probatur
quia infinita sunt causata et quodlibet ab aliis
causatum habet suas causas igitur etc. Opposita
secundo arguitur quod sint pauciores finis non
est causa distincta ergo tantum tres sunt cause
consequentia tenet antecedens patet quia finis coin-
cidit cum forma ut patet secundo physicorum Op-
positum patet per albertum in littera in precedentibus
quod ponit quatuor in littera et non plures
neque pauciores Ubi nota quod duplices
sunt cause ut patet secundo physicorum quedam
sunt cause essentiales quedam accidentales
essentiales sunt ille quatuor accidentales
tales sunt alie concause etc. Secundo nota
quod quatuor cause intelliguntur uno modo
uno alio modo in specie secundum hoc propositiones ali-
quas pono Prima infinite sunt cause
accidentales eiusdem illa est nota per aristotelem
secundo physicorum ubi dicit infinita
accidunt eidem ergo infinite sunt cause
essentiales secundum speciem illarum sunt tamen
quatuor termini specifici significantes has
causas essentiales in proposito illa consequentia
tenet antecedens patet quia illa quatuor materia
forma efficiens finalis significant has causas
essentiales Quantum ad rationes prima est
propositio prima Ad secundam quando arguitur finis
non est causa distincta ab aliis etc.
quod ille terminus forma et ille terminus finis
aliquid significant unum et eandem rem sed
tamen hoc est diversis rationibus Secundo nota no
dubitatur utrum omnia entia naturalia habeant
quatuor causas et arguitur quod non quia

Vtrum omnia naturalia habeant 4 causas

circa mathematicalia, sunt circa naturalia
et tamen non habent quatuor causas. Et consequentia
tenet cum antecedens prima parte patet secundo physi-
corum et secunda parte patet, quia circa mathematica
non habent causam materialem, quia mathe-
maticus abstrahit a materia. Circa substantie
separate sunt naturalia quia considerantur a philo-
sopho naturali et tamen non habent quatuor
causas, quia nec habent materialem nec forma-
lem nec etiam efficientem secundum iterum
philosophi sed solum finalem. Oppositum videtur
velle albertus qui assignat entibus
naturalibus quatuor causas. Ubi breviter dico
unam propositionem quod omnia circa naturalia dicta generabilia est
naturale et corruptibile habent quatuor causas illa
patet quia talia habent materialem causam
quia omnis generatio est ex materia et habent cau-
sam formalem quia generatio est deductio
forme de potentia materie et habet cau-
sam efficientem quia potentia materie non
reducitur ad actum nisi per agens existens in actu
etiam habent causam finalem cause agens
naturale agit propter finem. Ad rationem in oppo-
situm quod dicitur circa mathematicalia et propter
rationem pono duas propositiones. Prima
circa naturalia habent quatuor causas patet quia
circa mathematicalia sunt circa naturalia. Secunda
circa mathematicalia non inquantum mathematicalia
habent quatuor causas illa patet quia non
subest ratione qua considerantur a mathematico
quia mathematicus non considerat ea inquantum
sunt circa naturalia ex hoc patet ad rationem. Circa
quod arguitur de intelligentiis, dico quod licet
non sunt circa generabilia et corruptibilia

no Sexto nota dubitatur an finis utrum sit
sit causa et arguitur quod non. Illud non est
causa ad cuius esse non sequitur aliquid sed
finis est huiusmodi. Consequentia tenet, ~~maior nota~~ per diffinitionem
cause, quia causa est ad cuius esse sequitur
aliquid, ~~minor patet~~ ex primo de generatione quia
quando finis adest tunc cessat agens
agere quia habitis partibus cessat omnis actio
ut dicitur ibidem. Secundo illud quod non est
effectus hic non est causa sed finis est ef-
fectus. Consequentia tenet, ~~maior nota~~, quia causa
et effectus ex opposito distinguuntur. ~~Minor~~
patet quia finis efficitur ab opposito
quia agens efficit finem. Oppositum
illius dico quod una conclusio quod finis
est causa ~~secundo~~ physicorum et probatur
illud quod potest videri ad cognitionem
finem per quid hic est causa finis est
huiusmodi. Consequentia tenet, maior nota, minor probatur
quia quod querit propter quid est hic sed
respondetur propter finem. Ad rationes
in oppositum respondeo ad primam quando
dicitur concessa maiore nego minorem
ad probationem ~~dico~~ quod licet nichil
sit esse finem via generationis tamen
sit sequitur aliquod via perfectio-
nis. Ad secundam quando dicitur illud quod
est effectus etc. dico quod non est non
est effectus in eodem genere cause tamen bene
efficitur in eodem genere sit finis licet sit effec-
tus agentis tamen est causa in suo genere

no Septimo nota quod finis sit potissima
et nobilissima causarum hic sic probatur
propter quod cum alie cause causant est
nobilissima causarum finis est huiusmodi
consequentia tenet, ~~maior nota, minor patet~~ quia agens
agit propter finem et disponit materiam
propter finem et educit formam de po-
tentia materie et omnes alie cause
sunt cause propter finem. Sequitur liber

Circa causas nota

Hec est tria prius principales capitulo et
~~formatur~~ sic primus albertus oste-
dit quod sit causa primo et que sunt
et quo distinguuntur. Hic non ponit
conditiones causarum ~~et dividit~~ in 3
primo quod ponit 3 conditiones quarto ibi
Item nota ~~3 ibi~~ ... ~~dicitur~~ Circa causas nota quod causa
finalis movet efficientem efficiens
movet materiam materia movet introducit

V finis sit causa

forma sicut patet in artifice artifex enim primo mouetur a fine et postea disponit materiam introducendo dispositionem artificialem sicut patet in carpentario primo enim mouetur ab indigentia domus vel ab aliquo alio fine ad edificandum domum post disponit lapides et ligna ut sit apta ad constitutionem domus postea ordinat dispositionem domus et ex hoc dicit albertus patet quod finis sit potissima causarum quia sit alie cause sunt cause propter finem.

no. Secundo nota Albertus ponit exemplum in rebus artificialibus quia in illis magis apparet sed tamen suum exemplum poterit in rebus naturalibus, quia generare sibi simile, vel saltem conseruare se per corporationem in esse specifico est causa finalis mouens ad generandum, quia ut dicit commentator secundo de anima entia naturalia non possunt esse perpetua eadem numero et ideo natura dedit eis appetitum generandi ut sit per propagationem conseruentur in esse eadem in specie. quod Secundo est finis mouens patrem ad generandum sibi simile et per consequens propagationem se perpetuare saltem idem in specie et sic pater mouens una cum virtute celesti mouet materiam et materia mota et disposita educitur

no. Nota tertio quia secundam conditionem causarum non ponit aristoteles in secundo physicorum sed tamen bene sequitur quod dicas sub ubi dicit quod eiusdem sunt plures cause.

no. Quarto nota dubitatur utrum causa finalis moueat efficientem et arguitur quod non, quia si sic sequeretur quod causa finalis esset causa efficiens consequens probatur ex prius dictis, quia efficiens est unum principium motus, si igitur causa finalis mouet efficientem igitur causa finalis est principium motus igitur causa finalis est causa efficiens. Oppositum patet in littera ubi dicit ut prius quia finis bene est efficiens metaphorice licet non sit efficiens principale. Ad hoc patet ad rationem, quia ratio probat quod sit efficiens principale sed ad rationem dicitur quod non est unde est principium motus effectiue sed unde est causa efficiens principalis, finis autem non mouet efficientem in genere cause efficientis sed bene in genere cause finalis sequitur.

Item nota quod quedam adinuicem sunt

Hic ponit secundam conditionem causarum et dicit sic. Hic nota quod quedam adinuicem sunt sibi esse et non eodem ut labor est causa efficiens sanitatis et sanitas est causa finalis laborandi.

no. Nota primo albertus ut sic dicit quod quedam adinuicem sic se habent quod unum est causa alterius et econuerso sed tamen hoc non est eodem modo in eodem genere cause sed sicut sanitas est causa finalis laborandi sic labor autem est causa efficiens sanitatis quia aliquis in fine ex defectu caloris digestiue stomachi laborando calefit, quia motus calefacit, quia motus facit ignem sicut ex lapides ut patet secundo celi ipso autem calefacto per calorem iterum ut calefactio et sic infirmatur sanatur. Tertio nota dubitatur utrum aliqua possent sibi inuicem esse cause et uidetur quod non, quia si sic sequeretur quod idem possit esse causa sui ipsius hoc quod uidetur esse falsum probatur consequentia, quia quod quod est causa cause hoc est causa causati sed aliquid est causa sue cause igitur est causa causati sue cause igitur est causa sui ipsius maior non oppositum libri de causis maior patet in exemplo littere quia sanitas est causa laborandi sed labor est causa sanitatis igitur laborare est causa laborandi idem sui ipsius quod est oppositum. Oppositum patet in littera ubi dicit sicut dicit littera quod non est in eodem genere cause sicut est, in eodem genere cause tunc bene sequeretur

sequitur

Item contingit causa opposito

Hic albertus ponit aliud corollarium causatum
~~et dividitur primo~~ facit hoc ~~secundo~~ ponit diversas
acceptiones cause ibi Item nota primo dicit quod
Item contingit esse causa oppositorum ut nauta
in presentia contingit esse causa salutis navis
cuius vero absentia causa periculi Nota alber-
no tus vult tamen quod idem aliquando contingit esse causa
oppositorum ut nauta per suam presentiam est causa
salutis et per suam absentiam est causa periculi
navis quia absente nauta navis non regi-
tur periclitatur Secundo nota dubitatur utrum
no idem possit esse causa oppositorum et videtur
quod non idem in quantum idem aptum natum est
facere semper idem ut patet 2o de generatione
ergo idem non potest esse causa oppositorum
Probatur secundo sequeretur quod diversitas effectuum
non argueret diversitatem causarum consequen-
tia tenet quia idem potest oppositos effectus pro-
ducere falsitas patet quia actus distinguuntur
per potentias potentie autem per obiecta
Opposita dicitur in libro ibi nota quod unum
esse causa oppositorum intelligitur ~~dupliciter~~
in uno genere cause alio modo in diversis generibus
causarum primo modo nichil est causa oppo-
sitorum secundo bene potest idem esse causa oppo-
sitorum cuius propositione et albertus procedens
modo dico quod nauta est causa efficiens per se
salutis sed est causa periclitationis per acci-
dens quia absente nauta accidit navem
periclitari Ad rationes idem igitur idem
et per illa auctoritate intelligendum pono
unam distinctionem quod duplices sunt actus
quidam primarii ut actus primarius ut
frigidi est frigefacere Alii sunt actus se-
cundarii vel consequentes sicut aliquod fri-
gidum calefacit antiperistasim quod idem
in quantum idem semper non est aptum natum facere
idem primario potest tamen facere opposita unum
poris et videtur quod non quilibet motus an-
geli est proportionabilis motu corporis na-
turalis ergo non est infinitum velocior consequentia
tenet antecedens probatur omnes motus locales sunt
velocitate adinvicem comparabiles motus
angeli et motus corporis sunt motus
locales igitur et cetera maior nota consequentia phy-
sicorum / minor patet in littera quia angelus
transit de loco ad locum Oppositum dicitur in
littera Ad illud respondetur negando
antecedens scilicet quod motus angeli sit proportio-
nabilis motu corporis / ad probationem quando
dicitur omnes motus locales et cetera concesso ma-
iore nego minorem ad probationem quia
motus angeli non est motus localis
sed quedam subita mutatio De nunc autem
quo motus angeli mensuratur nunc
hic supra videbitur Sequitur littera

Sed si obicitur motus me

Hic albertus movet unam instantiam et
solvit eam dicens / si obicitur motus an-
gelus mensuratur nunc et nunc mensuratur
tempore / dicendum quod quoddam est nunc fluens et in-
ter duo talia nunc est tempus medium et quoddam
est nunc vicissitudinatum et inter duo talia
nunc non est tempus medium et tali nunc men-
suratur motus angeli / Secundo nota contra lit-
teram quod albertus dicit quod motus angeli
non mensuratur tempore sed nunc / contra hic posset
obici motus angeli mensuratur nunc et inter
quelibet duo nunc cadit tempus ergo mensuratur
tempore hic solvit ibi dicendum quod duplex est
nunc / quoddam nunc fluens et inter quelibet ta-
lia duo nunc cadit tempus medium et tali
nunc non mensuratur motus angeli Aliud
est nunc vicissitudinatum et inter illud
nunc non cadit tempus medium et tali nunc

Margin notes (left): No͂ contra litteram — 2o No͂ (Angelus potest moveri de loco ad locum) — Ibi no͂
Margin notes (right): N[ota] no͂ — 2o n[ota]

Primus e admodum facilis et mo duo[?] / gras [?] ... [?]

mesurat motus angeli/ Scdo nota q pmut / fluens nichil aliud intelligit nisi instans q / e cotinuatiu prior tpis et iter illa duo / talia nunc signata i tpe sp cadit tpe me- / diu vere sicut qlibz it duo puncta signata / i linea cadit sive amedia nra q alia seq- / q tunc coponeretur ex instantibus q e fal- / su/ (3o no) Tercio nota q pmut vicissitudinis nichil / aliud dz intelligi nisi ut sup patebit sub / certo separato sicut deus et intelligencie no / sunt i tpe sic q eor duraco mesuretur / sut i tpe sic q eor duraco mesuretur / sed sut i nunc eternitatis hc e sut in / tpe/ sed sut i nunc eternitatis hc e sut in / eternitate cotinue eodemo se habentes / recte sicut aliquid i nunc tpis no pt alit / se habe sicut qn angelus cosiderat / esse nunc i alio loco qua prius fuit tale / mutacom no mesurat tunc sz e subita / fit et i nunc et hc e et d nunc vicissitudinis / qr vicissitudinalit nunc tpis de hc tn plus / videbitur i sequentibus et no oportet q / mediat tpus inter nunc quo vere e dicere / nunc angelus e i isto loco et it nunc i quo / vere e dicere nunc angelus e i alio loco / quia hc tpus subito fit et eius mutaco / no mesurat tpe sequit

Sed dicit aristotiles qui

hic Albertus ponit opinionem aristotilis / veram et dt breviter sic Sz qui dt motu fi / p pleno actu vacuu i potencia sicut vide- / qn aliquid movet p aere vel p aqua / (Vo po) Nota pmo recitat opiniones erroneas nunc / albertus recitat opinionem aristotilis ve- / ra et dicit q aristotiles dt q motus fiat / p pleno i actu sz tn vacuo i potencia / sicut apparet sensibiliter qn aliquid mo- / vet p lapidem/ vel p aliquem q movet p ple- / nu et corpus plenu puta aer vel aqua / cedit corpori venienti seu dividenti Scdo / nota q ista opinio pz falsitas omnia / ... opinionu recitatarum/ falsitas pma / ... pz/ qr aristotiles ponit mo- / tu falsitas tercia pz/ quia aristotiles / ponit motu p pleno et no p vacuu

(3o No) Tercio nota dubitat utrum aliquid / sit vacuu i potencia et videt q no / qr aristotiles pbat quarto phy- / sicorum q no pt esse vacuu nec / nichil e i potencia vacuu Oppo- / situ tn dt albertus exponendo / aristotilem/ qr dt sic aristotiles / dt motu esse actu p pleno / vacuu i potencia/ Ubi nota va- / cuu nichil aliud est ut pz quar- / to physicorum ut locus carens / corpore nisi aliquis locus / pt esse vacuus isto illius / corpus q nunc cotinet sicut i loco / i quo nunc e aqua possz esse / aliud corpus et sic intelligit al- / bertus qn dt q aliquid e va- / cuu i potencia/ qr corpus pre- / existens i loco cedit sequenti / no tn ... dicere q aliquis locus / possit esse simpliciter vacuus / absoluto corpore qa hc e falsu sicut / pz quarto physicorum Sequitur textus

De motu igitur dicendum

hic e scda ps principalis capituli / et cotinuat sic/ prius albertus / posuit opiniones de motu ... pone- / tiu motu quia negatam hic oste- / dit q sit motus et dividit i qua- / tuor ptes pmo ponit diffinico- / nes motus/ scdo ostendit motu / cotinuu esse/ tercio ostendit quid / requirit ad veritatem motus/ quar- / to ostendit quid sit motus pse / et quid motus precedens/ scda ibi / et nota q motus/ tercia ibi Iterum / nota q ad unu motu/ quarta / ibi Iterum nota q aliquis move- / ... adhuc dividit i duas / qua pmo ponit aliquas diffi / niciones motus/ scdo aliquas / eorum declarat/ scda ibi diffini- / ciones/ pmo potest sic legi

vacuu ... in ... / ... ...

sil et d sit de motu dictu est
quid sit et de eius diuisione dif
finitur uo sic ab aristotile 3o phy
sicorum motus e endelechia ex
istentis i potencia secundum q huiusmodi e
ut alterabile i qntum altabile et
pot secundam diffinicionem dicens
3te i eodem motus e i ꝑfectus ac-
tus sic pot tercia dicens auicen
cena diffinit sic motu motus
e exitus de potencia ad actu co
tinue et no subito sic pot
quartam diffinicionem dicens sic
3te diffinit motus e prima ꝑ
fectio eius q e i potencia // Nota
primo circa literam postquam recita
te sunt opiniones de motu dice
dum e quid sit motus et quo di
uidetur et pot sic una diffi(nici)o
motus et est aristotilis 3o phy
sicorum motus e actus entis ul
endelechia q idem e in potencia
secundum q huiusmodi idem e secundum q e
i potencia et ista dz sic itelligi q
motus e ipsum mobile cotinue
transiens ul tendens ad illud
ad q e i potencia sicut alteracio
e actus alterabilis secundum q e
altabile q sic e altabile e mo
bile q cotinue mouetur ad ali-
quam qualitatem ꝑ quam e alta
bile ul ad quam e i potencia
Secundo nota circa secundam diffinicionem
q dicit motus e actus iꝑfectus
q etiam ponitur 3o physicorum
dz sic intelligi q motus e ipsum
mobile q actu mouetur ad
aliquem locum quam no dum habz
Circa q nota q duplex e actus
quidem e actus ꝑfectus quidem
e actus iꝑfectus / ꝑfectus e a
liqua forma totaliter acquisita
sicut albedo que e totaliter acquisita sicut
i subiecto dicitur esse actus ꝑfectus quia ſb
iectum e ꝑfecte ul prima i actu Sz ac-
tus iꝑfectus est quando aliquid e ꝑtim
acquisitum et ꝑtim no sicut subiectum ha-
bens ꝑte albedinis acquisite et no tota
dicitur esse i actu iꝑfecto et quamdiu mouetur
sz albedinis acquirende acquirit et sic qu
cumqz mouetur e actus iꝑfectus et ergo qu dicitur
motus e actus iꝑfectus pt sic itelligi
q motus e ipsum mobile q ꝑte e i termino
a quo et ꝑte i termino ad quem ul q ꝑtim
e actu acquirendum et ꝑtim non et ergo vo-
catur actus iꝑfectus // Tercio nota terciam
diffinicionem q e auicene qui dicit q motus
e exitus de potencia ad actum cotinue
id e successiue et no subito ita pt in
telligi q motus e ipsum mobile cotinue
appropinquans isti actui ad quem e in potencia
sicut ubi generatur quando aliquid dz de albo
ri sic e i potencia ad albedinem et ergo
nichil e de albato nisi successiuus
transitus subiecti ul ipsum subiectum suc
cessiue transcendens de no albedine
ad albedinem acquirendam Quarto nota
circa quartam diffinicionem q motus est
prima ꝑfectio eius q e in potencia ista
pt sic intelligi q quando mobile mouetur
tunc aliquid hz de illa ꝑfectione acquire
da et aliquid non sicut quando aliquid
dz de albari sic albedo acquirenda e
ultima ꝑfectio ipsius dealbandi quam
pt acquirere ꝑ dealbacionem / sed quando habz
aliquid illius albedinis tunc hz primam
ꝑfectionem id e aliquid ꝑfectionis ulti-
mate et ergo quandoqz mouetur sz sibi ac
quirit aliquid ultimate ꝑfectionis
acquirende et sic dicitur esse i prima ꝑfectione
quando mouetur et sic motus pt dici prima
ꝑfectio illius q mouetur Quinto nota
quandoqz aliquid mouetur necesse est ipsum
se aliter habere quam prius se habuit

et quia hic fuerunt tres opiniones antiquorum de motu quidam dixerunt quod motus esset quedam alteritas Alii dixerunt quod esset quedam inequalitas et alii dixerunt quod esset simpliciter non ens Sed illas opiniones improbat aristoteles tertio physicorum Sexto nota dicens tunc quid ergo est motus Ibi dicit quod de hoc sunt plures opiniones quedam dicunt quod motus sit quedam fluxus et sit quoddam accidens ipsius mobilis et ista est opinio aliquorum que sufficienter a modernis improbata Alia est opinio quorundam modernorum qui dicunt quod motus sit quidam modus rei sicut ponentes significabile complexe Alii dicunt quod motus nichil sit nisi ipsum mobile secundum quod movetur illa opinio est satis probabilis et habet iste opiniones motiones pro et contra de quibus super secundo causa brevitatis Septimo nota dubitatur circa quartam diffinitionem motus quod dicitur motus est actus entis in potentia Contra si esset vera sequeretur quod anima esset motus quia anima est actus entis in potentia puta materie prime sicud patet secundo de anima Ad illud dico sicud dicit commentator in quadam digressione super isto verbo quod motum esse actum potest intelligi dupliciter uno modo ipsum forme habende et sic motus non est actus entis in potentia et sic anima est actus quia actu informat materiam Alio ipsum illius forme ad quam est in potentia et sic motus est actus et actus entis in potentia Sequitur littera

Que diffinitiones ut iam

Hic albertus declarat quandam diffinitionem prius positam scilicet quartam et tertiam et dividitur in duo secundum quod ponit duas opiniones secundo ibi hoc autem quod sit in possibilis potentia et prima dividitur adhuc in duo quia primo facit hoc secundo declarat quandam diffinitionem ibi et sic patet primo dicit sic Iste diffinitiones ut manifeste fiat est notandum dum quod quedam tertia sit in potentia ut educatur actus non subito et talium est motus subdit subdivisionem dicens hoc autem quod sit est in potentia duplicem habet potentiam unam ipsum motus aliam ipsum entis quod acquiritur per motum et subdit declarationem quarte diffinitionis dicens et sic patet quarta motus sit prima perfectio ipsius tunc sequentes est enim motus actus quo consistere aliquid ad hoc remanet entis forma autem quod acquiritur per motum est perfectio qua consistente nichil remanet ipsius Nota primo circa litteram pot talem divisionem quod aliquid esse in potentia est dupliciter quedam sunt in potentia sic quod possunt subito transire de potentia ad actum et talis entis in potentia actus non est motus sicut materie prime disposite ad formam asini est in potentia ad formam asini et tamen subito potest transire de potentia ad actum quia materia prime disposita subito generatur et talis generatio non est motus quedam alia autem sunt in potentia sic quod non possunt transire de potentia ad actum subito sed successive sic contingit de potentia ad actum sicut de albo albabile est in potentia ad in potentia ad albedinem et tamen non potest subito acquirere aliquam albedinem et ergo tale in eo quod sit successive acquirit ad albedinem dicitur moveri 2o no
Secundo nota ex illa divisione patet intellectus tertie divisionis quod dicit quod motus esset exitus de potentia ad actum conformem non subito quia ipsum illarum formarum quod non possunt subito fieri est

motus et sic mobile sit successive exiens de potentia ad actum dicitur moveri. Tertio nota circa illam litteram hic ostendit quod sit esse in potentia

3o no

ubi subdividit alterum membrum conclusionis sub distinctionibus et vult quod illud quod id quod est in potentia secundo modo, adhuc duplex est in potentia uno modo est in potentia ad moveri et talis potentia vocatur prima perfectio. Alio modo est in potentia ad illud quod acquiritur per motum et hoc vocatur perfectio ultima vel secunda. Quarto nota circa istam litteram et sic patet.

4to no

Exposito declarat quantam diffinitionem quam dixit quod motus est prima perfectio et vult dicere quod motus quod dicitur perfectio prima in respectu perfectionis sequentis quia quamdiu est motus quamdiu mobile movetur semper aliquid super est illius quod acquiritur per motum sed ipsa forma per motum est acquisita tunc nil super est in respectu illius motus sed mobile desinit moveri quia habitis partibus cessat actio et ergo forma acquisita per motum dicitur ultima perfectio motus autem dicitur prima perfectio. Quinto nota circa istam litteram.

5to no

Est enim actus motus, quo existens adhuc eius imanet, potest intelligi dupliciter. Primo modo quamquam est dicere primum est dicere mobile immediate ante hoc movebatur, tunc enim verum est mobile prius hoc movebatur. Vel potest sic intelligi quod quamdiu mobile movetur semper aliquid imanet istius forme que acquiritur per motum. Sequitur littera

Et nota quod motus

Hic est secunda pars principalis illius particule in qua albertus ponit quod motus sit continuus et dividitur. Primo facit hoc secundo incidentaliter ponit differentiam inter continua et contigua et consequenter se habentia primo dicit sic et nota quod motus proprie non mensuratur nisi tempore tamquam propria passione unde cum tunc sit continuum et motus erit continuus. Tunc diffinit continuum dicens. Continuum est cuius partes copulantur ad unum communem terminum. Motus habet partem et partem et medium et ideo patet quodcumque movetur prius movebitur et movebatur. Est enim pars a quo termino a quo et pars circa ad quem et pars in medio, talis enim motus non est nisi corporis quod partem habet et partem et medium.

Nota primo circa litteram vult dicere quod motus mensurabitur tempore et quia tempus continuum motus est continuus sed continuum est cuius partes copulantur ad communem terminum ergo sequitur quod motus habet partes et medium et ideo ultimus sequitur quod quidquid movetur hoc movebatur et pars est circa a quo et pars est circa ad quem et pars de medio et ideo ultimus sequitur quod nichil movetur proprie nisi corpus, quia tale habet partes secundum quas est termino pars in termino a quo et pars in termino ad quem et pars in medio. Secundo nota quod littera elicitur conclusio quartadecima et est illa. Cuius partes copulantur ad terminum communem hoc est continuum partes motus sunt huiusmodi igitur [illegible] maior nota ex predicamentis et explicatur minor probatur in littera, quia motus habet partem et partem et medium ergo eius partes copulantur ad communem terminum scilicet ad medium. Tertio nota dicitur in littera quod motus mensuretur tempore tamquam propria passione hoc de virtute sermonis est falsa, sed debet sic intelligi quod de hoc termino motus personaliter capto verificatur [illegible] mensurari tempore sicut propria passio verificatur de subiecto, quia omnis motus mensuratur tempore et omnis transmutatio que mensuratur tempore est motus. Quarto nota dubitatur hic utrum motus habeat continuitatem a tempore et arguitur quod non

p aristotilem in quarto physicorum qui dicit
quod motus habet continuitatem a magnitudine su-
per quam est motus et tempus habet continuitatem a
motu ergo videtur quod motus continuitatem
a tempore sed potius econverso Oppositum tamen vi-
detur in ista littera albertus in littera Cum dicit
Unde tamen tempus sit tempus continuum et motus est
continuus et si velles dicere quod oportet hic quod tempus
est continuum motus est continuus Ibi dico
quod motum habere continuitatem a tempore potest in-
telligi dupliciter uno modo causative ita quod
continuitas temporis sit causa continuitatis
motus et sic est falsum ut probat ratio Alio
modo consecutive et ita est verum quia aliquis motus
est contiguus tunc tempus mensurationis vel men-
surans ipsum consequenter est continuum Et
nota in littera dicit quod motus habet partem
et partem et medium hic debet sic intelligi illud
quod movetur aliqua parte pertransibit et aliqua
parte pertransibit de spacio pertranseundo et in
consideret in medio illorum duorum Sexto
nota illud quod dicitur in littera illud quod movetur
partem in tertio aquo et partem addit in ad quod et
hic debet sic intelligi quod ipsum partem acquisivit et
sic adhuc est in tertio aquo sicut quando aliquis
de albatur tunc habet partem albedinis ac-
quisitam et sic partem est in tertio ad quod et adhuc
partem non habet quia si totam haberet tunc
desineret dealbari et si partem est in tertio aquo
et aliquam consideratur in aliquo instanti super
aliquo gradu indivisibilis esse et sic in
medio quia ille gradus continuat lati-
tudinem albedinis acquisitam et latitudinem
acquirendam Septimo nota dubitatur utrum
solum corpus sit mobile et arguitur quod non
solum corpus quia punctus est mobilis ergo non solum cor-
pus consequentia tenet et antecedens patet quia
penes motum puncti causatur velocitas
in mobilibus circularibus ut patet per auctorem
proportionum etiam si punctus movetur linea
potest moveri quia aliqua scilicet dyametri circuli
potest circuiri et illa est linea igitur etc. Oppositum
dicit albertus in littera quando dicit quod talis
motus est nisi corporum Ibi nota
quod aliquid moveri intelligitur
dupliciter uno modo per se et per accidens et sic
non movetur nisi corpus vel divi-
sibile ut patet sexto physicorum et
hic intendit albertus aliquo alio
movetur partes et in esse et
forte sic bene movetur punctus
et linea ut probat ratio ad motum
corporis Sequitur littera

Et nota differentiam

hic albertus ponit differentiam in-
ter continua et contigua et consequen-
tia continua sunt quorum quorumque copulantur
ad unum communem terminum sicut linea
ad punctum et partes superficiei ad
lineam et partes corporis ad super-
ficiem Contigua sunt autem quorum
termini sunt simul et non distant ut
pena a papiro quorum termini conti-
nue non distant sed simul sunt Sed con-
sequentia sunt quod non habent inter
se medium ipsorum eiusdem generis
illud autem prohibet esse medium
et sunt genus largum ut duo
et sunt genus large ut duo
asini et due domus et consilio et
Nota primo quod in littera quinquo al-
bertus facit mentionem de conti-
nuo contiguo ponit differentiam inter
ergo precedenti ponit dictum inter
continua et contigua et consequentia
se habentia et est supra quinto
et quinto sexto physicorum et vult quod
illa dicuntur continua quorum partes
copulantur ad communem terminum sicut
partes linee ad punctum et partes
superficiei ad lineam et partes cor-
poris ad superficiem Sed contigua
dicuntur quorum extrema simul ultra sunt
simul sic quod non distant sicut penna
sic dicitur esse contigua papiro
quia est sibi in distantia coniuncta

Sz consequitur se haberent est illud q inter quod medeat aliquid quod sunt generis eiusdem racionis cum ipsis sz tamen pt mediare aliquid aliud sicut due domus dicuntur consequenter inter se quamvis non mediat alia domus licet possit bene aliud aliquid mediare Secundo notandum in litera q partes linee copulantur ad communem terminum ad punctum hoc dz sic intelligi q secundum ymaginacionem mathematicorum quelibet linea tamen terminatur duobus punctis quo signatur aliquis punctus in linea ille est terminus partis linee precedentis et est eciam est terminus partis sequentis et sic est terminus communis et ad illum copulantur iste due partes linee ergo ipse sunt continue / similiter est ymaginandum de linea in respectu superficiei et superficies in respectu corporis Tercio notandum dicitur q ob partes linee copulantur ad punctum non dz intelligi q copulantur ad unum terminum punctum sz ob partes due partes linee copulantur ad unum punctum et aliorum ad unum punctum copulantur ob partes linee Quarto notandum dubitatur utrum diffinicio contiguorum sit bona que dicit q contigua sunt quorum termini sunt simul et arguitur q non quia illa presupponit unum falsum / presupponit enim q entia naturalia habeant terminos sz hoc sit falsum quod probo et capio aliquem terminum rei naturalis et quero utrum sit divisibilis vel indivisibilis non pt dici q sit divisibilis quia hoc est contra racionem termini ut eciam pt dici q sit indivisibilis ponens illa divisio

sterit Ibi notandum de illis terminis q mathematici ymaginantur terminos distinctos ab illis illis q terminantur sicut punctum dicunt esse terminum superficiei et superficiem corporis et quia hoc facilius intelligitur ista diffinicio / quia illa sunt contigua mathematice quorum termini sunt simul et non distant sicut duo corpora sunt contigua quorum superficies indistant conuicte sunt sz philosophus naturalis non habet ponere terminos indivisibiles tales distinctos ab istis q terminantur sz dicit q corpora naturalia sunt de ipsis tacta et prius eis condistincta et secundum hoc hz illa diffinicio glosari que dicit q contigua sunt quorum termini sunt simul id est illa sunt contigua q superficierum / ut extremitates sunt conuicta Quinto notandum q genus quamvis capitur sorte sic capitur loycus / ita q illa sunt eiusdem generis de quibus verificatur unus terminus qui dicitur genus ad illa Alio modo capitur genus large et sic omnia q sunt eiusdem racionis vel eiusdem speciei dicuntur dicuntur eiusdem generis sicut duo asini et due domus et hoc intelligit albertus cum dicit et similiter genus large sequitur

Item nota quod ad unum

hic est tercia pars principalis capituli in qua Albertus ostendit quibus sit unus motus et quibus non et dividitur quia primo facit hoc secundo infert unum correlarium theologicum ibi et hoc valet primo dicit sic Jste nota q ad unum motum numero sicut dicit aristoteles quinto physicorum / tamen concurrunt sz illud q movetur sit unum numero et forma ad quam movetur sit unum numero et tempus mensurans motum sit unum numero et continuum ita q non intercidat quies et subdit et confirmatur hoc per literam aristotelis in quinto physicorum Unde dicit aristoteles in eadem porcione multi et non unus est motus quorum quies est media quare si motus

ī aliquo statu id ē quiete ~~occupat~~ neq3 vnꝰ ē neq3 cōtinuꝰ ꝛ subdit ī fercb cor relarium theologicū ꝛ hᶜ vz ad cognoscēdū
nō q̄ sit vnū pctm vl q̄ plura Nota
ca līam vᵗ dic̄ q̄ ad hᶜ q̄ aliquis sit motus vnꝰ nūo r̄quirunt̄ tria p̄ᵒ q̄ mobile sit vnū nūo/ scdo q̄ forma ad quā ē motus sit eadem nūo ꝛ t̄cio q̄ tp̄c mēsurās sit etiā vnū cōtinuū ꝛ hᶜ ipse cōfirmat p līam aristotilis in quīto physicorꝫ vt p3 in līa Scdo nota
ca illam līam Et hᶜ valet ꝛᶠ ibi vᵗ dic̄ q̄ ꝯ hᶜ p3 ꝛ p̄t sciē qn̄ aliquis p̄cat vno pc̄o ꝛ qn̄ plurib3 Si aūte cōtinuat̄ p aliq̄ tp̄c cōtinue sic est vnū pctm/ ~~Tercio nota~~ p forma ad
nō quā mouetur ītelligit̄ tm̄ꝰ ad quā sicut ad vnitatem motus localis nūa lem r̄qrit̄ vnitas nūalis spacij sup q̄ ē motus vl aliq̄ qualitᵗ ad vnitatem alteracōis r̄qrit̄ vnitas nūalis qua litatis q̄ acq̄rit̄ p alteracōe3 ꝛ ad vnita tem augmētacōis r̄quirit̄ vnitas nūalis qualitatis q̄ acq̄rit̄ p alteracōe3 ꝛ ad vnitatē augmētacōis r̄qritur vnitas quātitatis de nouo Quarto nota dices tu nōne etiā r̄q̄rit̄ vni tas mouentis/ dico q̄ non quia vnū ꝛ idem p̄t a plurib3 motoribus mo ueri Quinto nota dubitat̄ vtrū
nō sit plura pc̄a īter q̄ cadit tp̄c mediū vl non ꝛ videtur q̄ non q̄a sic esset grauiꝰ p̄cāe bis ī die quā cōtinuāe pctm p toto diem hᶜ videt̄ eē esse falsū ī ꝯ quo seq̄ p bo cōsequēcia3 ꝛ pono q̄ sortes p̄cat vno pc̄o demane ꝛ vno de vespe/ ꝛ plato p toto diem ꝛ tunc sortes p līnea cōmittit duo pc̄a ꝛ g° sortes grauiꝰ p̄cat quā plo q̄ solū vnū cōmittit // Oppositū p3

ī līa ꝛ ī fīe vbi nota q̄ dupˣ ē pctm/ q̄dā ē pctm obmis sionis ꝛ hᶜ sit tūc qn̄ aliq̄s obmittit q̄dā ē face de tali nō loquit̄ līa sicut ē pctm cōmissiōis/ qn̄ sc3 aliquis facᵗ q̄ nō deberet face ꝛ de illo ītelligit̄ līa q̄ si aliquis cō tinuat actū malū p aliq̄ tp̄c cōtinue ē vnꝰ actus/ si aūte pausat ꝛ incipit ite rum tūc sūt plures actꝰ Ad racōes respōdeo qn̄ arguit̄ sequit̄ q̄ eēt grauiꝰ p̄cāe ꝛ negō cōseq̄n̄cia3 ad p̄bacōe3 dico q̄ q̄uis sortes plura pc̄a cōmittat tn̄ illud vnū platonis cōtinuatū p toto diem ē peius ceteris paribus Sequit̄ līa

Nūc de diuisione
itē nō q̄ aliq̄ moue

tur ē līa p̄s illiꝰ capitli Ju qua albertus ostēdit quis sit motus p se ꝛ quis p acci dens ꝛ dᵗ sic ꝯtē nota q̄ ali quid mouetur p se aliquid p accidens/ p se mouet̄ p̄s iectū p accidens mouet̄ ali quid dupᶫ vno mō sic q̄ mo¬ uet subiecto ut albedo mouē subiecti scdm q̄ dᵗ motus vd no mouit̄ sed q̄ ī nobis sit Alio mō mouē aliquid p accidens sicut p̄s in toto ut clauis p accidens mouetur ad motu nauis ~~Scdo~~ nota q̄ Nō p se ꝛ p accidens ut hic capit̄ ī līa sicut sensū cōpositū et sit sensus q̄ aliq̄ p̄rōes ī qb3

vi[s]ificat de aliquo moveri sunt
p[er] se q[ue]da[m] p[er] accidens ista sunt p[er] se
i[n] quib[us] moveri d[icitu]r de toto com
posito sicut hec ho[mo] move[tur]. Alique
sunt p[er] accidens sicut iste q[ui]b[us] mo
veri p[re]dicat[ur] de p[ar]te totius
vel de accidente ei[us] sicut qu[ando] ho[mo]
move[tur] tunc p[er] accidens p[ar]tes
move[ntur] et q[ua]n[do] navis movetur
p[er] accidens tunc clavus in eo move[tur]
et situ p[er] accidens move[tur] albe
do. Tercio nota aliam distinccionem No
qua[m] ponit aristoteles in quinto
physicorum q[uod] q[ue]da[m] movent[ur] p[er]
se et primo sicut totum q[ue]da[m] aute[m]
p[er] se non primo sicut p[ar]tes totius
et etiam q[ue]da[m] p[er] accidens sicut ac
cidencia et illa distinctio co[n]cordat
cum ista. Sequitur l[itte]ra

Nunc dicendum est de

hic est secundum p[ar]s p[r]incipalis capituli
octavi et continuat[ur] sic p[ri]mus al
bertus posuit opiniones de mo
tu et cum h[oc] diffinitiones motus
hic ponit divisiones motus et
dividit[ur] in tres p[ar]tes primo ponit
unam divisionem secundo aliam tertio
movet dubium circa secundam divi
sionem secunda ibi Alio modo aristo
teles in predicamentis tertia ibi S[ed]
ipse corrigit se prima dividit[ur]
quia ponit divisionem motus
secundo alterum membrum subdividit
ibi motum violentum prima adhuc
dividit[ur] primo facit q[uod] dictum est
secundo ponit differentiam inter membra
divisionis secundo ibi Contrarie nota // No
primo d[icit] sic Nunc dicendum est
de motu scilicet de divisione motus
Motus uno modo sic dividit[ur] Mo
tuum alius naturalis alius innaturalis
alius violentus Naturalis
est ille cuius principium est in[tra] Innaturalis est
cuius principium intellectum est extra violentus
est cuius principium extra est non conferens
vim passo et hec divisio sumit[ur] ex eo
q[uod] dicit aristoteles quinto physicorum
q[uod] omne q[uod] movetur vel a se ipso move[tur] //
vel ab alio Nota primo circa litteram post
qua[m] dictum est de diffinitione motus super
est ut dicat[ur] de eius divisione et est
una divisio motus q[uod] quidam est motus
naturalis quidam innaturalis quidam violentus
Motus naturalis est qui fit ab aliqua
natura intrinseca sicut forma et talis
motus est motus ascensus et descensus
gravium et levium q[ui] fit a natura intrinseca
s[cilicet] forma gravis et levis S[ed] motus
innaturalis motus qui fit effective ab anima
sicut motus progressivus animalium Sed
motus violentus est qui fit a motore
extrinseco qui non confert vim passo vel
mobili et talis est motus proiectionis
lapidis vel consimilis et d[icit] albertus q[uod]
illa divisio est accepta ex quinto physi
corum ubi d[icitu]r q[uod] cause q[ue] movent[ur] mo
vent[ur] a se vel ab alio Secundo nota q[uod] No
illa divisio potest reduci ad hanc bimem
brem sic omne q[uod] movet[ur] movet[ur] ab ex
trinseco motore vel intrinseco Si ab intrinse
co h[oc] est dupliciter vel talis motor est natura
intrinseca et quicumque sic talis sic est motus
naturalis vel est anima et sic est motus animalis
Si aute[m] est a motore extrinseco sic est
motus violentus Quarto nota du Fi
bitat[ur] utrum illa divisio motus sit bona
et arguit[ur] q[uod] non quia est dare aliquem
motum qui sub neutro illarum specierum
comprehendit[ur] i[gitur] illa divisio non est sufficiens
consequentia tenet ant[ecedens] probo et capio mo
tum quo aliquis ho[mo] descendit a sursum
usque deorsum talis non est naturalis p[ro]p[ter]
quia est ab anima nec est naturalis p[ro]pter q[uod]
grave naturaliter appetit sic moveri nec

etiam est violentus ut patet de se. Secundo quantum ad motum proiectionis alicuius lapidis deorsum talis non est naturalis ut patet de se nec est naturalis ut patet quia est a motore extrinseco nec est violentus quia grave appetit sic descendere. Probatur secundo motus plante est aliquis motus et tamen non comprehenditur sub ista divisione igitur consequentia tenet antecedens probo non enim est violentus ut patet nec etiam est naturalis quia arbor non naturam habet nec etiam est naturalis ut patet quia est a motore extrinseco nec etiam est violentus quia talis motus plante est ad omnem differentiam positionis omnis et sic motus naturalis sed est tantum ad unam differentiam positionis. Oppositum illius patet per albertum ~~de motibus simplicibus~~ qui innuit quod illa divisio sit sufficiens et debet illa divisio intelligi de motibus simplicibus et non in compositis. Ad rationes in oppositum ad primam quando dicitur de motu descensu hominis dico quod hic non est motus simplex sed est compositus ex voluntario et naturali et ideo non continetur per se sub aliquo illorum membrorum. Similiter dico de motu proiectionis lapidis quod est compositus a motu violento et motu naturali. Ad aliud de motu plante dico quod est motus naturalis ad probationem dico ymmo planta habet naturam scilicet est natura anima vegetativa. Quinto nota dubitatur utrum diffinitio motus violenti quod dicit motus violentus est qui fit a principio extrinseco utrum sit bona et arguit quod non quia si sic tunc motus celi esset violentus consequens falsum quia sic non esset perpetuus quia nullum violentum perpetuum consequentia probatur quia motus celi sit a motore extrinseco puta ab intelligentia ad illam rationem dico negando consequentiam quod motus celi io sit violentus et ad probationem dico quod licet celum sit movetur extrinseco secundum esse tamen est in Quinto nota dubitatur de ista propositione assumpta scilicet quod omne quod movetur movetur ab aliquo utrum sit vera et arguitur quod non quia grave simpliciter movetur a se ipso contrarium ergo aliquid movetur a se ipso consequentia tenet antecedens probatur quia secundo aliquid potest se ipsum alterare ergo se ipsum movere consequentia tenet quia alteratio est motus antecedens probat commentator de aqua calefacta que ponatur in medio frigido se ipsum frigescit quia non frigefit a frigiditate medio quia hic ponitur ponitur esse temperatum ergo a se ipso fit frigefactio et sic est alteratio quare sequitur ad propositum oppositum dicit Aristoteles quinto physicorum et ad rationes in oppositum dico ad primam quando arguitur aliquod grave simpliciter movet se ipsum medio nego antecedens et dico quod movetur a forma per se et gravitate precedens forma est distincta a toto composito igitur et cetera. Ad secundam quando dicitur aliquod se ipsum alterat negetur antecedens ad probationem Commentator dicit quod illa aqua non fuit calefacta sed quidem vapores in aqua et tamen isti evaporaverunt ideo aqua erat frigida et sic se ipsam non frigescit quia non fuit calida. Sequitur textus No

Ite nota quod motus naturalis sic albertus ponit differentiam inter membra divisionis et dicit primo sic Thiemo (?) nota quod motus

naturalis est in principio remissus et in fine
intensus naturalis in principio et in fi-
ne remissus et in medio intensus
violentus est in principio intensus
Nō et in fine remissus Nota autem licet
albertus videatur dicere quod ille motus
scilicet naturalis naturalis violentus dif-
ferunt ab invicem quia motus natura-
lis in principio remissus id est tar-
dior et in fine intensus id est velo-
cior propter hoc differt a naturali quia
ille in fine est remissior etiam propter hoc
differt de violento quia ille in
fine est remissior Sed motus natura-
lis in fine et in principio est remissus
et in medio est intenso et propter hoc dif-
fert ab aliis ut patet Sed motus
violentus est in principio fortis et
in fine debilis et propter hoc differt
Nō ab aliis Secundo nota quod motus
naturalis est in principio debilis et in
fine fortis huius causa est quia in principio
resistentia est fortior et maior quam
in fine et continue agens corre-
spondet resistentie sed quamquam mo-
ueatur resistentia aliqua fortiter po-
tentia motiva tunc velocitatem mo-
tus retinet ~~motus et~~ perturbat
ut patet septimo physicorum ergo mo-
tus naturalis intensior in fine
Nō Tertio nota quod motus naturalis
est in principio et in fine debilis
illius causa est quia in principio
organa naturalis sunt indisposita
motum propter inclinationem quam habet
ad motum naturalem et sic mouetur
tarde sed in medio tunc ista or-
gana sunt assuefacta et applica-
ta ad mouendum et sic tunc motus
est velocior in fine et sic tunc natura
patitur propter remissionem organorum

corpulum quod habet relationem ad aliud mo-
tum et sic propter lassitudinem contingit remi-
ssio motus et hoc verum patet in homine ambu-
lante Quarto nota quod motus violentus N
est in principio fortis et in fine huius est causa
quia quanto diu durat violentia mouentis
et impellentis vehementer mouet ista at
cessante remittitur motus sicut patet de
lapide proiecto sursum violenter quam diu
durat vis impellentis valde impetuose
mouetur quia cessante remissus na-
ture valde leniter descendit Sequitur

Motu violēto aristoti

Hic albertus subdividit alterum mem-
brum divisionis prius posite et primo fa-
cit hoc secundo subdividit iterum alterum membrum
ibi pulsionis quomodo dicitur sic Motum vio-
lentum Aristoteles in septimo physicorum
dividit in quatuor species scilicet pulsionem tractionem
vectionem vertiginem et subdit sub
divisionem alterius membri dicens In
pulsio est quando motus agit quod mouetur
et non deficit Expulsio est quando expel-
lens deficit Nota primo autem licet Nō
aristoteles in septimo physicorum di-
uidit motum violentum in quatuor species
scilicet in pulsionem et tractionem et vectionem et
vertiginem Et albertus dividit pulsionem
in duas species scilicet in pulsionem et expul-
sionem Secundo nota quod in pulsio est quando N
motus non deficit motu id est non se-
parat a motu sicut ille est motus quo
pueri impellunt trocum quia est continue
pellens Aliud est ipso impulso Sed expul-
sio quando expellens deficit ab expul-
so id est separatur sicut est motus teli
a balista et motus proiectionis lapidis
quia ibi expellens non manet continue
coniunctus ipso mobili Tertio nota Con

mentator septimo physicorum vocat species pulsionis eductionem et evectionem licet sint idem. Quarto nota albertus dicit super septimo physicorum quod omnis motus qui est a motore extrinseco reducitur ad aliquam illarum specierum quatuor motuum localium. Sed qui est a principio movente ille est motus natura- lis. Sequitur littera

Tractio est aut adipsum vel

hic albertus diffinit alia membra divi- sionis prius posite et primo tractionem di- cens Tractio est tunc ad ipsum vel ad alterius velocior est motus trahentis non se- paratus ab eo quod trahitur. Et adhuc re- ducitur expiratio et inspiratio et spe- culatio et radiatio que sunt similes tracti- oni et subdit diffinitionem vectationis. Vectatio est quando aliquid non secundum se sed secundum accidens esse movetur. Et hic colligitur ex hiis motibus scilicet impulsione tractione et vertigine. Subdit diffinitionem vertiginis. Vertigo est motus compositus ex pulsi- one et tractione. Nota circa litteram dicit quod tractio est quando aliquid movetur per accidens ad motum alicuius trahentis ad se vel ad aliud sicut quando trahit aliquis aliud ad se tunc ille movetur velocius quam trahentem quando ipse movetur et trahens non separatur a trac- to et talis est etiam motus rote quando ab aliquo ad se trahitur. Secundo nota circa illam partem et addit quando ab aliquo ad se trahitur. Et hec ad hoc reducitur quod ubi vult dicere quod ad istum motum tractio- nis reducitur inspiratio et respiratio quia in aere inspirato et inspiratus velo- cius movetur quam sit ipse possit etiam radiari illuminato reduci ad motum trac- tionis quia radii multiplicantur secundum

motum linealem et secuntur lineas tamquam tractum sequitur trahens etiam ad eundem reducitur spe- culatio et visio quia species visi- biles multiplicantur in medio secuntur motum spiritus visibilis quia sine ipso non possunt in medio sub- sistere et conservari. Patet quod tractio non solum est motus violentus ymmo etiam in naturalibus mobilibus materialibus quia inspiratio inspiratus et illuminatio sunt motus naturales et illi reducuntur ad tractionem ut patet. Tercio nota circa illam litteram vectatio est ubi diffinit vectationem et dicit quod vectatio est quando aliquid movetur per accidens sicut quando aliquis vehitur in curru vel quando equitat ille motus voca- tur vectatio quia movetur per acci- dens ad motum currus vel equi et dicit albertus quod ille motus vectationis est communis aliis tribus speciebus scilicet pulsioni impulsione ubi impulsum movetur per accidens ab impellente etiam invenitur in tractione quia in tractum movetur per accidens ad motum trahentis etiam invenitur in vertigine. Nota circa litteram secunde ubi dicit quod vertigo est motus compositus ex tractione et pulsione quando aliquid movetur sic quod nunc trahitur nunc pellitur sicut est motus puerorum qui ludunt sic quod unus ponit se ad fune suspensum ad trabem et unus eum pellit et alter trahit ille motus dicitur motus verti- ginis. Etiam vertigo est quando

lo̅ (left margin, beside "one et tractione")
lo̅ (left margin, beside "ab aliquo ad se trahitur")
No̅ (right margin, beside "patet. Tercio nota")
No̅ (right margin, beside "etiam invenitur in vertigine")

~~in fine intellectus capitis quod hoc appareat~~
quod etiam sic moveat Sequitur littera

Alio modo aristotiles

hic est secunda pars illius capituli in qua
albertus ponit aliam divisionem mo
tus dicens sic Alio modo aristotiles
in predicamentis diffinit motum per
sex species scilicet generationem et corruptionem
augmentationem diminutionem alterationem
et loci ~~divisionem~~ mutationem cuius
loci mutationis sex sunt differentie
scilicet ante retro sursum deorsum dex
trorsum et sinistrorsum Circa litteram
nota Albertus vult dicere quod in pre aristotiles
~~dicamentis~~ quod aristotiles in predica
mentis dividit motum aliter sic quod
sex sunt species/ motus generatio et
corruptio augmentatio diminutio
mutatio loci alteratio et subdit
quod sex sunt differentie positionis ad quas
est motus localis sicut sunt sur
sum deorsum etc. ~~Secundo~~ nota quod ari
Nō stotiles ibidem diffinit illas species
taliter sic quod generatio est exitus a non
esse ad esse idem generatio est muta
tio substantialis qua mutatur ens
quod desinit esse Sed augmentatio
est motus a minore quantitate in
maiorem Sed alteratio est motus in
quantitate quo aliquid movetur
de una quantitate in aliam Sed mo
tus localis est quo aliquid mo
vetur super aliquo spatio sicut
quo aliquid movetur super ali
quo spatio sicut quo aliquid mo
vetur sursum et deorsum de istis speciebus
motuum magis videbitur postea in quar
Nō to in tertio tractatu ~~Tertio nota~~
ille sex differentie positionis possunt ac
cipi penes situm partium celi ita quod
quo aliquid movetur a retro

ante ad ~~anteriorem~~ dicitur tunc moveri [illegible]
Sed quod movetur econverso ab anteriori celi
ad retro dicitur moveri deorsum Sed quod
movetur ab occidente in oriens dicitur move
ri dextrorsum quia oriens est pars celi
dextra ut patet secundo celi Sed quod aliquid
movetur econverso ab oriente in occidens
dicitur moveri sinistrorsum quia occidens
dicitur sinistra pars celi Sed quod aliquid
movetur a septentrione in meridiem dicitur
moveri antrorsum quia meridionalis
pars est nobilior Sed quod econverso movetur
a meridie in septentrionem dicitur moveri
retrorsum ~~Tertio movetur a meridie in~~
~~septentrionem~~ Tertio nota quod iste Nr
differentie positionis que considerantur
in istis inferioribus tunc sunt variabiles
per solum motum localem sicut aliqua
columpna que est michi iam sinistra potest
michi fieri dextra per solum motum loca
lem et sic de aliis Sequitur littera

Sed ipse corrigit se in phy

hic est tertia pars illius particule in qua Al
bertus removet quod possit hic fieri
et dicit sic Sed supple ipse aristotiles
corrigit se in physicis id est in quinto
physicorum dicens quod generatio et corrup
tio non sunt motus sed mutationes et hoc
dicit in quinto physicorum motus est de sub
iecto in subiectum de ente ad ens generatio
~~generatio~~ vero de non ente ad ens Cor
ruptio vero est de ente ad non ens Et
subdit item motus non est nisi inter
contraria et ipse scilicet in isto genere generatio
et corruptio non sunt motus sed mutatio
nes omnis enim motus est mutatio sed
non convertitur/ tunc epylogat dicens de
hiis plenius pertractabo in tractatu de
elementis ~~Nota~~ primo circa litteram dubium Nr
quod albertus removet incidit sic dicet
aliquis tu dixisti quod generatio et corruptio

non sunt motus sed mutationes et probat hoc
duabus rationibus ut patet in littera Secundo
nota quod ponitur correlarium conclusio quod tertia dicta
generatio et corruptio non sunt motus sed mu-
tationes illa ~~...~~ probatur per rationem in illa
littera motus enim est et formaliter ratio sic
omnis motus est de subiecto in subiectum et
de ente in ens igitur et maior nota per primam
partem quia omnis motus habet ens in actu et
per se finitum et completum intelligitur ens in
actu et opposito sed omnis motus fit in tempore
hoc patet ex prius dictis quia motus mensu-
ratur tempore tanquam propria passione minor
patet quia generatio est ex materia que est ens in
potentia et corruptio est in materia ut patet
primo de generatione / Sed quod generatio non fit
in tempore hoc satis patet quia est instantanea
Quarto nota quod aliter potest solui hoc per
unam distinctionem que talis est quod motus
ille terminus motus potest capi dupliciter Uno modo
large et sic quelibet mutatio potest vocari
motus Alio modo stricte et sic solum
mutationes successive dicuntur motus
Primo modo accipit eum aristoteles in
post predicamentis Secundo modo accipit eum
in quinto physicorum et sic illa dicta stant
sed omnis ~~mutatio~~ motus est mutatio et
non econverso Nota quod albertus continu-
at se de ulteriori continuatione de istis
speciebus motus et dicit quod magis
dicere uellet de illis in capitulo de ele-
mentis et hoc erit in tertio tractatu Sequitur

Dicto de motu dicendum est de quiete et cõtrariis

hic est capitulum nonum et continuatur sic quia
Albertus determinauit de motu hic de-
terminat de quiete et diuiditur quia primo
facit hoc secundo ponit diffinitionem quie-
tis ibi Sicut motus primo ad hoc ut
diuiditur primo proponit intentum suum et
rationem intenti Secundo diffinit quietem
ibi quies sic diuiditur diffinitur
et illa diuiditur quia primo ponit unam
diffinitionem secundo aliam / tertio in-
fert correlarium / secundo ibi secundum
Avicennam tertio ibi ex hoc patet Primo
dicit sic dicto de motu dicendum
est de quiete quia opposita iuxta
se posita magis elucescunt
et subdit diffinitionem quietis
Quies sic diffinitur Quies
est illud quod est in re de cuius ap-
titudine est quod moueatur non
tamen est mota / et subdit illam
diuisionem dicens secundum Avicen-
nam diffinitur sic quies Qui-
es est priuatio motus in illo de-
cuius aptitudine est ut moueatur
non tamen est mota et subdit in-
ferendo correlarium Ex hoc
patet quod sicut motus est in tempore
ita et quies est in tempore Et sub-
dit immouendo dubium dicens
non autem intendimus hic de quiete
secundum quod in deo uel in angelis
Nota primo circa litteram ubi dicit No
quod postquam dictum est de motu
statim dicendum est de quiete
quia motus et quies sunt
opposita ~~...~~ Opposita primo mut. de
autem iuxta se etc. secundo capitulo
de quiete posito circa capitulum
de motu magis magis in ordine
ad aliquid cognoscatur Secundo nota
circa litteram Quies sic diffi-
nitur ibi ponit diffinitionem quietis
et dicit quod quies est aliquid quod
est in re que apta est ad mouendum
et non mouetur et illud debet sic
intelligi quod quies est aliquod cor-
pus quod aptum natum est moue-
ri et tamen non mouetur Et nota
circa illam litteram secundum Avicenna

~~ibi ponit aliam diffinitionem quietis~~
abicene qui dicit quod quies est privatio
motus et hoc debet sic intelligi quod
quies est terminus privativus et signi-
ficans aliquid quod aptum natum est
moveri non tamen movetur Qui-
nto nota commentator hic ponit ibi infert cor-
relarium et vult dicere quod sicut mo-
tus est in tempore sic etiam quies //
Quinto nota ibi nunc intendimus
hic ibi imovet quandam dubium quia
aliquis dubitaret deus et intelli-
gentie non movent et possunt move-
re tamen non quiescunt Ad hoc ipse respon-
det quod non intendit hic de quiete
dei vel angeli sed quia illa semper non
quiescunt sed intendit de quiete cor-
poralium inferiorum Sexto nota quod
terra non quiescit — illa diffinitione quietis patet quod terra
non quiescit in centro ratio est quia
non est apta nata moveri localiter
de centro si enim omnes dii omnes demo-
nes vellent non possent terram movere
de loco suo ut dicit commentator
Septimo nota dubitatur quies sit
aliquid quod est in re et arguitur quod
non quia ex quies est privatio ergo
non est in aliquo consequentia pro-
batur quia de quod est in aliquo est res
predicamentis antecedens patet in littera Oppo-
situm ~~pp~~ in littera dicit albertus in
littera quies est illud quod est in re
ibi dico quod quiete esse in aliquo
potest dupliciter intelligi uno modo quod
sit realiter in aliquo et sic est falsum
ut probat ratio quia privatio non
significat aliquem rem positive
Alio modo potest intelligi logicaliter
ita quod quiescere ita est quiescere
quod actualiter significatur de termino
significante rem quod potest moveri

non tamen actu movetur et sic est verum et sic debet
intelligi Octavo nota dubitatur utrum omnis
quies sit in tempore et videtur quod non quia
quaedam quies est in instanti igitur non omnis quies
est in tempore consequentia tenet antecedens probatur
quia in aliquo instanti aliquid est aptum
natum moveri et tamen non movetur ergo
quiescit ergo in instanti est quies Oppositum
dicit Albertus in littera commentator hic patet quod sicut mo-
tus est in tempore ita quies est in tempore pro illa
ratione pono duas propositiones Prima est in
instanti est quies illam aliqualiter probat
ratio Secunda non est quies in instanti illam
vult Albertus in littera Sequitur littera

Sicud motus dividitur

Ipsius Albertus diffinivit quietem hic
modo dividit quietem et dicit sic Sicut
motus dividitur in motum naturalem et natura-
lem et violentum et sic et quies Et subdit
quies naturalis est qua corpus est in suo
proprio loco et determinato sibi a natura sicut
terra in centro et ignis Quies naturalis est
qua naturale cessat a motu sive contingat ap-
petibile sive non Quies violenta est
ista qua corpus est in loco sibi accidentali
si sic situata esset in alto et ignis in centro
Nota primo albertus vult dicere quod sicut
motus dividitur in motum naturalem naturalem
et violentum sic etiam dividitur quies in ge-
nerem naturalem etc. quia quot motus dicuntur
oppositorum tot motus dicuntur Et in aliqua secundo
nota circa illam litteram Quies naturalis est
ibi diffinit quietem naturalem que est opposita
motui naturali et dicit quod quies naturalis est
qua aliquid quiescit in loco sibi depu-
tato a natura ut in quarto physicorum dicitur
quod quodlibet corpus naturale habet locum sibi de-
putatum a natura ad quem cum contingit quiescit
naturaliter ergo aliquid quod movetur ad istum
locum naturalem naturaliter movetur sic etiam
postquam attingit istum locum naturaliter quiescit

sicut terra postquam contra centrum naturaliter mo-
ta ad ipsum sit etiam adepto ipso naturaliter quiescit et silet sicut ignis naturaliter movetur
ad concavum orbis lune dum autem ipsum
sit naturaliter quiescit quod pervenit ad ipsum
Tertio nota circa illam literam quies natura-
lis ubi diffinit quietem naturalem que est
opposita motui naturali et dicit quod quies
est naturalis quod naturale desinit movere
vel cessat a motu suo consequuto appeti-
bili suo non unde omnis motus naturalis est
propter aliquid appetibile quod autem appe-
tibile aliquid adipiscitur per motum naturalem
aliquando autem non propter difficultatem quia
quod ergo cessat moveri sive sit assecutum
appetibili suo non super dicitur quies naturalis
No[ta] Quarto nota circa illam literam Quies
violenta ubi diffinit quietem violen-
tam et dicit quod quies violenta est
quando aliquod corpus detinetur in loco sibi
accidentali id est non naturali sicut si terra
detineretur deorsum Quinto nota in
No[ta] primo celi dicitur quod a quocumque loco aliquod
corpus movetur violenter in illo quiescit
naturaliter sicut terra violenter moveretur
a centro quiesceret ibi naturaliter et a quocumque
movetur aliquid naturaliter quiescit in
isto violente sicut ignis naturaliter movetur
a deorsum sursum ergo deorsum quiescit
No[ta] violenter Sexto nota quod non solum motus
localis habet sibi quietem oppositam verum
etiam augmentatio et alteratio quia cum ali-
quid desinit alterari tunc dicitur quiescere
quiete opposita alterationis sequitur

Sequitur de loco

Hic est capitulum decimum et continuatur sic
postquam Albertus determinavit de illis pas-
sionibus entis mobilis que sunt motus [illegible]
quies hic determinat de [illegible] que etiam
consequuntur entibus naturalibus et correspo-
det illud capitulum primo tractatui quarti

physicorum et dividitur in quatuor
partes primo diffinit locum secundo
dividit locum tertio ponit distinctionem
de modis essendi in loco Quar-
to ponit unam aliam distinctionem
loci secunda ibi est autem divisio
tertia ibi nota quod triplicatur quarto
ibi quarte nota primo dicit sic sequitur
de loco locus sic diffinitur
locus est corporalis finis eius
quod continet corpus aut continetur
Nota primo ut dicit quod philosophus No[ta]
Damascenus ille philosophus diffinit
sic locum locus est corporalis
finis eius quod continet in quantum
nunc eternitatis ~~consequenter~~ probat quia
nunc eternitatis infinitum est simplicius
quam nunc temporis sz quicquid q deus sit hic
sciat et nunquam duo opposita et nunc eternitatis
~~g~~ no potest scire duo contradictoria sunt
cessive sz arguit principale sz q in eode
nunc temporis nullus potest scire duo contra
dictoria hic ~~pz~~ q duo contradictoria no possunt
verificari sine motu sz motus no potest
esse in instanti ~~rursus~~ Sz q ultimum consequens
sit falsum scilz hic deus no potest scire
duo contradictoria successive hic ~~pz~~ quia
deus sciat me esse dum sum et sciat me
non esse dum no sum Sz me esse
et no esse sunt contradictoria ~~rursus~~
Ad hoc dicit albertus q potest solvi
pro prius dictis q nunc eternitatis
sit simplicius nunc temporis cum corres
pondeat cuilibet parti temporis ut prius dic
tum e et sic in eo possunt sciri duo con
tradictoria successive q in tempore
potest hoc fieri Tertio nota q deus nō
sciat me esse dum sum et me no
esse dum no sum hic e verum theo
logice loquendo ~~naturaliter~~ ~~philo~~
~~sophice~~ loquendo esset hic fal
sum q deus nichil intelligit extra
se ut pz in tertio de anima et xii duode
cimo ~~metaphysice~~ q in separatis idem
e materia vel e intelligens et intellec
tum et intellectus Sequitur capitulum ultimum

Sequitur de evo q sic dicitur

Hic e capitulum duodecimum et ul
timum illius tractatus ~~et continua~~
sic primus Albertus determinavit
de tempore q e mensura eternorum
~~hic determinat~~ de evo q e mensura
sura eternorum et ~~dividitur~~ in tres
partes primo diffinit evum ~~secundo~~
ponit opiniones de evo Tertio
ponit unum notabile ~~secundo~~ ibi Et
nota tertio ibi pro superioribus primo
~~dicit~~ sic Sequitur de evo q sic
~~diffinitur~~ potest Evum e mensura
habentium principium et no finem nō
Nota primo circa litteram q diffi
nitio e hec evum e mensura ha
bentium principium et no finem
Secundo nota q illa diffinitio dz sic
intelligi q evum e una substan
tia q hz principium et non finem
sicut angelus vel anima intellec
tiva considerata sub ea ratione

sz no habes principiu et finem
no Tercio nota eviu solu ponit scdm
theologos phylozophyce supflue
ponit qz phylozophyce nichil e
q hz principiu et non finem oibz
enim rebz phylozophyce loquedo
e gnablibz et corruptiblibz et sic
mesurat tpe vel e etna et sic
mesurat etnitate et sic supfluet
eviu Sequit lra

Et nota quot isde

Hic e scda ps principalis capli
i qua albertus ponit opiones
de evo et dividit i duo scdm q
ponit duas opiones ibi scda ibi
alij dicut Primo dicit sic et nota
q quidem dicut q sicut tpe e
i uno motu sz primi moblis quo
motu mesurat ob motus i ferio=
res tamqua sui gnis primo et sim=
plicissio et p cosequens mesura
motus primi moblis sit eviu et in
uno eviternorz simplicissio quo et
oia eviterna mesurantur Et sub=
dit ponens scdam opione Alij aut
dicut q no scdm q qlibz eviter
nu hz suu eviu nllm enim eviter
nu e causa aliorz sicut motus
primi e causa aliorz motuu
no Nota albertus vt dicit q qdam
opinat q sicut e unu tps q
primo mesurat motu primi mobi
lis et p cosequens alios motus
q etia sit unu eviu q sit me
sura primi eviterni tamqua simpli
cissi9 illius gnis et postea sit
mesura omni aliorz eviternorz
no Scdo nota ibi alij aute dicut
ibi ponit scdam opionem et dicit q
alij dicut q no sit ita sz ql q
libet eviternu mesurat pprio
evo et no sit unu eviu q sit causa aliorz
sicut e uni9 motus moblis causa aliorz
motuu Tercio nota illa opio scda phy
lozophyce loquedo videt esse pbacior
et etia theoloyce loquedo qz eviu nichil
est nisi ipm eviternu sicut aliqua sut
plura eviterna sic etia erut plura evi
Quarto nota q quo motus celi mesu=
rat tpe et quo sit causa aliorz motuu
dictum est supra Sequit lra

Ex supradictis colligitur

Hic e tcia ps principalis capli i qua al
bertus ponit unu notable dicens Ex su=
pradictis pt colligi q angeli quatu
ad subiecta sut i evo et quatu ad agere
simplicit sicut e cognitio vespertina cog
noscunt in tpe quatu pt aute ad agere
sicut i cotemplaut sut i etnitate tuc epi
logat dicens q h dca i prima pte suffi=
ciat Nota primo circa lram notable q
ponit e tale q ex dictis q sut dca de
evo et de etnitate pt colligi tale nota=
ble q ipsi angeli quo ad substantiam
sut evi sz acto eorz q e cognitio eorz
vespertina e tpalis sz acto eorz q est
cognitio matutina vl cotemplaco e etna
Scdo nota ex illo notabli pt colligi the
oloyce loquedo q felicitas humana in
tbus cosistit sz in fruitoe dei et i du
ratoe illius fruitonis et i gaudeo illi9
fruitonis Tercio nota videt q alber=
tus hic cotradicit i eo q prius dixit
q i possible est q alicuj acto sit pri9
qua sit substantia eius hic modo dicit
q acto angelorz sit etna et no habz
principiu neqz finem et substantia eorz
sit etna et sic hz principiu etnu aut
est prius habenti principiu i acto e
prior sba ibi dico p negado q cotra
dicat sibi ad pbacom dico q no est

dicere quod cognitio angelorum matutina sit eterna quia solum proportionem concedo quod est in creatura sicut illius et inmutabilis quia obiectum illius cognitionis est invariabile scilicet deus / sed cognitio vespertina est temporalis quia obiecta illius sunt variabilia sicut sunt alia entia creata et dictum est theologice et tunc epylogat ut patet in libro Et sic completus est tractatus primus Anno domini mº ccccº xviii in vigilia sancti francisci confessoris Incipit alius tractatus

Quid corpus humanum sensui agitur sic et anima

Istam propositionem scribit seneca in epistolis suis ad lucillum primus introductione Nota quod corpus humanum et statura hominis sensui eligitur exigitur dispositione materie ut vel hoc appetit quod eciam mens ad superiorum contemplationem est contollenda et ergo bene dicit seneca Et sicut corpus humanum sensui exigitur sic et mens ubi superius Imperius ergo ubi breviter duo exigitur primo corpus et anime conformitas / secundum ultimate finis anime necessitas / Primo dico quod in istis libris exigitur corpus et anime conformitas et illa exigitur ibi cum dicitur sicut philosophus animalis adubium similitudinis / Secundo dixi quod exigitur ultimati finis anime necessitas et hoc cum dicitur sic et anima sensui exigitur Primum scilicet quod anima sit conformis corpori illud probatur sic Et est perfecto et finis corporis hoc est conforme corpori scilicet anima est huiusmodi ~~ergo etc maior nota~~ de se ~~minor patet~~ scilicet quod anima sit perfecto corporis secundo de anima et quod sit finis corporis patet quod forma est finis materie / Secundo probatur hoc idem quorum sunt conformis que sunt ultima proportionis naturalis anima et corpus sunt ~~huiusmodi igitur maior~~ nota de se ~~minor patet~~ per coniunctionem suarum secundo de anima sic quod patet primum corporis et anime conformitas / Secundo dixi principaliter quod exigitur ultimatus finis anime humane scilicet quod sensui exigitur hoc probatur sic quod speculatio superiorum sit ultimatus finis anime humane Illud est ultimatus finis anime humane per quod ultimate perficitur scilicet per contemplationem superiorum anima ultimate perficitur ~~ergo etc maior probatur~~ quantumcumque nobiliores et perfectiores obiecta anima ~~specu~~latur humana speculatur eo plus perficitur scilicet speculanda entia superiora speculatur nobiliora in toto genere entis ergo sic speculando plus perficitur maior nota quia nobilitas accionibus vel passionibus attenditur penes nobilitate agentis vel obiecti / ~~minor~~ patet de se quod entia superiora omnibus inferioribus sunt perfectiora / Secundo probatur hoc idem quod humana anima sit finaliter ordinata ad superiora contemplanda et hoc sit idem est finis anime humane ad quod anima humana est ordinata et data corpori humano scilicet propter contemplationem corporum superiorum humana anima est data et coniuncta corpori humano ~~ergo etc maior nota minor~~ probatur per senecam dicentem datus est nobis intellectus ut animus se retrahat in celum ubi aliud divinum consistat quod solum ipse est capax Tercio probatur hoc idem sic illud est finis anime humane quod si anima non consequitur non dicitur talis / sed si perspeculationem in superna non exigitur non dicitur talis ~~ergo etc maior~~ nota quia quilibet res secundum finem in quo non potest dicere tale et in quo dum potest dicitur tale scilicet dum non potest non dicitur

tale nisi equivoce sz consequentia p
bat q ho derelinques hac spe
culaciõ supiorum ad heres desideio
desiderys carnalibus assilatur
bestys ut pz p eustachiũ sup
primo ethicorum qui dicit de bobis
hoibz qui demio bestiarum mitati
estis delinquentes h. diuinũ q
i bobis e z de illis loquitur dere
lictia felicitate q consistit i ista
speculacoe huana desiderys
carnalibus h. idem pz p aristo
telem i libro de pomo dicentem
Ille dic q no habet posse re
dire ad locũ q sursũ est pz
g° q aĩa illa contemplacõ dere
linques apostata z demat z
p consequens illa speculacõ e finis
om̃ a⁹ illa speculacõ hortat
nos i libro suo de pomo ubi d.
philozophus p finis dz abire
passioes z oĩa desideria no
aĩa i comessacionibz potibz et
carnalibus acquiret felicitas q
illa corrupcionẽ i ducit sz i illa
speculacoe q e felicitas huana
i hac vita sit g° pz q speculacõ
suprema e ultimatus finis vite
huane z g° bñ dicit Generali
Et sicut corpus huanũ su
sũ cuitet sit z aĩa illa pfec
tõm no pt aĩa attinge huana
nisi p doctrinã z opacitũ g° ne
cesse e aiam talibz doctrinis
imbui qui ad cogicõm supiorum
eleuet z g° iste tractatus
illius sume naturũ sit de natũ
corporum supcelestiũ su supiorum
utile e vite huane huius trac
tatus documentis i struit z ad
supiorum cognicõm erigi z g°
ad eius exposicõm accedamus

de causis autẽ z alys accidentibus i primis
dictũ est quedã breviter primo supse
deo sequitur Quia dictũ

Quia dictum est de corpore mobili

Iste tractatus correspondens libro de celo
et mũ⁹ subiectũ est mobile contrahitur
ad ubi tm z cõtinuat. sic ꝑꝫus Alber
tus determinant de ente mobili secundum
se z absolute sumpto z eius passionibz
hic determinat de ente mobili put h
eius mobile contrahitur ad differentiam
sz ad ubi sz de ente mobile ad ubi
Et dividitur ille tractatus i septem ca
pitula Primo capitulo albertus probat
q tm un⁹ sit mundus z no plures
In secundo probat q celũ sit finitũ In tercio
probat q oĩa corpora sint i celo z nullum co
rpus In quarto probat q celũ nec e ele
mentũ nec compositum ex elementis In quinto
determinat de nobilitate celi In sexto
de motu celi In septimo declarat corpora
celestia z speras celestes Secundum capi
tulum incipit ibi antequam probemus Tercium
ibi nunc probare debemus Quartum ibi
nunc debemus ostendere Quintum ibi nobilitas
celi Sextum ibi z quia celũ Septimum
ibi z nota q octaua spera Primum capi
tulum adhuc dividitur i duas partes p°
premittit iterorum suũ loco probemus Secundo
probat q sit tm un⁹ mundus Secunda ibi
q mund⁹ corporalis Prima adhuc dividi
i tres primo premittit continuacõm ad pre
cedentes tractatus Secundo dat causam
continuacionis In tercio dicit ordinem dicendorum
secundo ibi Et eius dicit Aristoteles i tercio
ibi primo g° ostendendum est Primo dicit
sic Quia dictum e de corpore mobili
secundum se dicendum e consequenter de corpore

mobili continuato et de ingenerabili et incorruptibili quod est celum Nota primo circa litteram volens dicere ex quo dictum est in primo tractatu de corpore mobili secundum se et eius passionibus id est de hoc communi corpus mobile quod est dicendum de corpore mobili continuato id est prout contrahitur ad aliquas differentias sicut sunt ille corpus mobile ad ubi et ad formam et primo in isto tractatu est determinandum de ente mobili ingenerabili et incorruptibili scilicet de celo et sic patet continuatio illius tractatus ad precedentem Secundo nota quod ens mobile et corpus mobile sumuntur pro eodem et quia primo determinatum est de ente mobili quod determinatur de corpore mobili ad ubi Tercio nota ipse dicit in littera quod nunc est dicendum de corpore ingenerabili et incorruptibili dicens tamen cum hoc etiam de aliis corporibus generabilibus et corruptibilibus dico quod principaliter et specialiter agitur hic de corpore celesti Sed si dicitur aliquid de aliis hoc non est ita principaliter et specialiter Sequitur

Ut enim dicit Aristoteles in primo

Hic Albertus distinguit rationem istius continuationis et dicit sic Ut enim dicit ~~ari~~ aristoteles in primo physicorum de universalibus in signa devenire Unde principio primo omnes viros patres et postea ~~determinat~~ determinant unumquemque Nota primo circa litteram dicit enim in precedenti libro quod postquam ~~tractatum~~ vel determinatum est in precedenti tractatu de ente mobili in communi quod postea dicendum est de ente mobili prout contrahitur et ratio illius est quia dicit ~~aristoteles~~ in primo physicorum quod oportet procedere ab universalibus id est communibus ad singularia id est ad minus communia quia aristoteles ponit ibi exemplum quod in principio pueri appellant omnes viros patres et omnes mulieres matres postea determinant id est determinate sciunt unumquemque scilicet quod ille vir est suus pater et illa mulier sua mater et quia scientia precedentis tractatus est communior quam scientia illius tractatus ergo post tractatum precedentem debet sequi iste Nota illud est conclusio una primi physicorum quod investigando principia naturalia investigando et procedendo est a communibus ad minus communia et probatur quia ab isto est incipiendum in processu scientie quod est nobis notius sed universalia sunt notiora quam singularia naturaliter in [illegible] maior nota quia debet fieri processus a notioribus ad ignorantiora minor patet in libro ibidem Tercio nota dubitatur utrum sit procedendum in processu scientie ab universalibus ad particularia et videtur quod non particularia sunt nobis magis nota quam universalia vel particularibus debemus procedere ad universalia consequentia tenet quia procedendum est a notioribus sive notioribus ad ignotiora patet prima pars quia magis nota sunt singularia nature quam sunt nota si sunt universalia Oppositum dicitur in libro ibi dico quod duplex est processus quidam est a causa ad effectum et talis processu proceditur ab universalibus ad particularia id est a communibus ad minus communia et sic intendit albertus Alius est ab effectibus ad causas et ibi procedendum est a particularibus id est a minus communibus ad magis communia Sequitur

Ergo ostendendum est quod unus

Hic Albertus ostendit ordinem dicendorum in hoc tractatu et dicit sic Ergo ostendendum est quod unus mundus et non plures Secundo quod celum est finitum Tercio quod omnia corpora sunt in celo et nullum extra celum Quarto quod celum neque est elementum neque elementatum

no[ta]

probat ratione physice esse bona etc. ratione sit

no[ta]

argumentum [illegible]

Quinto dicendum est de nobilitate
celi. Sexto de motu celi. Nota
primo albertus vult dicere quod qui sunt
determinando in hoc tractatu et primo
scilicet quod tantum sit unus mundus et non
plures. Secundo procedendum est quod celum
est infinitum. Tertio procedendum est
quod omnia corpora sunt in celo et infra
concavum celi. Quarto probatur quod
celum non est elementum neque ele-
mentum compositum ex elementis. Quinto
determinat de motu celi sexto de
nobilitate et sic patet ordo dicendorum.
nō Nota dices tu tu dixisti quod
iste tractatus dividitur quod in sep-
tem capitula, tamen albertus dividit
eum hic in sex. Ibi dico quod sextum
capitulum includit in se duo et sic ad
huc sunt septem ut prius patuit.
Sequitur litera

Mundus corporalis est

hic est secundum pars principalis illius
capituli primi et continuat sic. Plus
albertus continuavit istum tracta-
tum ad precedentem et tum premisit or-
dinem dicendorum. Hic modo probat pro-
positum scilicet quod tantum sit unus mundus
et non plures et illa pars manet
indivisa et dicit sic. Quod mundus
corporalis est tantum unus et non plures
aristoteles sic probat supple in primo
celi dicens ponimus si sit duo mun-
di et ille alius similis illi mundo
in rebus aut in nomine tantum. Si in rebus
ergo illa terra similis est illi terre et eo-
dem modo et illa aqua similis erit illi
et sic de aliis. Sed quod sunt eiusdem
nature ad eundem locum tendunt
ergo illa terra et illa terra ad eundem locum ten-
dunt et illa aqua cum alia et sic de aliis
sed quod tamen tendunt ad eundem locum sunt res
eiusdem mundi ergo omnes ille sunt eiusdem
mundi ergo tantum est unus mundus corporalis et
non alius. Et si dicatur quod sit ille similis
in nomine tantum ergo cum non sit alie res quam
res illius mundi nomine iste mundus in realis
sed tantum intellectualis scilicet architectus de
quo non est dubium quid sit. Nota primo
circa literam vult dicere quod non sit plures
mundi corporales quam unus quod probat aris-
toteles in primo celi et mundi sic si est pos-
sibile quod sunt plures mundi ergo illi duo
mundi vel plures sunt eiusdem speciei vel
conveniunt in rebus vel in nomine tantum vel in rebus
tantum. Si dicatur primum quod conveniunt in rebus ergo res
illius mundi essent similes rebus illius
mundi ergo terra illius mundi esset similis vel e-
iusdem rationis cum terra illius mundi et si-
militer aqua illius mundi esset eiusdem ratio-
nis cum aqua illius mundi et sic de aliis.
Sed quecumque sunt eiusdem rationis moventur
ad eundem locum ergo terra illius mundi move-
bitur ad centrum illius mundi et aqua illius mun-
di movebitur ad locum aque illius mundi
et sic de aliis. Sed quecumque moventur ad eundem
locum sunt res eiusdem mundi ergo stat ad
hoc quod non sit nisi unus mundus. Si autem
dicatur quod illi duo mundi non conveniunt in rebus
sed tantum in nomine ergo ille alius non est rea-
lis sed tantum intellectualis ergo sequitur ad
huc quod non sit nisi unus mundus corpora-
lis. Secundo nota quod ex litera elicitur conclusio
prima illius tractatus et est hec tantum est
unus mundus corporalis et non plures.
Unde mundus capitur hic pro toto universo.
Illa conclusio probatur per rationem illam dic-

tam et sic informa sic si sunt plures mundi cor-
porales sunt ergo duo iste et alius mundus vel ergo
illi duo conveniunt in nomine vel in rebus vel in nomine
tantum sed siue sic siue sic sic sequitur quod sit nisi unus
mundus. Item 2a maior nota pro sufficienti di
visione maior probatur quia si conveniunt in rebus
ergo res illius mundi sunt eiusdem rationis
cum rebus illius mundi ergo mouentur ad eundem
locum cum ipsis consequentia tenet quia que sunt
eiusdem rationis mouentur ad eundem locum sed
quecumque mouentur ad eundem locum sunt res
eiusdem mundi ergo sequitur quod non sit nisi unus
mundus. Si autem dicatur quod non conveniunt in
rebus sed in nomine tunc ille alius mundus
non est realis sed intellectualis et sic sequitur
adhuc quod non sit nisi unus mundus. ¶ Ter-
tio nota illa ratio secundum quod patet clericaliter
videtur esse defectuosa quia dato quod essent
duo mundi et quod elementa alterius mundi
mouerentur ad loca elementorum illius mundi
adhuc illa possunt esse elementa alterius
mundi si non sequitur aliud inconveniens sed
si adducta aristotiles addit in primo celi
addatur ista tunc est ratio sufficiens unde
aristoteles adducto ratio primo celi ut
dominus albertus / sed hec consequens sequitur
quod terra alterius mundi moueretur ad motum
terre illius mundi adducit alia duo incon
venientia primum est hoc quod sequitur quod grauia
ne potest ascendere sursum et leue secundum
est quod patet si scissio sperarum celestium ista
sunt impossibilia ¶ Impossibilitas prime
patet in primo celi quia graue naturaliter descen-
dit et tertium celum non est passibile nec
transmutabile ergo non potest dividi probatur
consequentia quia si terra alterius mundi
deberet moueri ad terram illius mundi
oporteret quod penetraret circumferentiam alterius
mundi et sic moueretur ad circumferentiam
et sic mouetur sursum et similiter ignis
si deberet moueri ad locum ignis illius
mundi oporteret quod penetraret ad circum-
ferentiam illius mundi sui mundi
et descenderet a concauitate
ultime spere ad concauum orbis
lune et sic mouetur deorsum contra
et sic descenderet / sed consequentia
pro alia parte patet quia terra et ignis
non possunt penetrare mundum illum nisi
inciderent circumferentiam illius mundi
et scinderentur spere celestes ¶
Quarto nota quod dicitur in libro quod illa
que sunt eiusdem rationis mouentur ad eun-
dem locum patet hoc per aristotilem
tertio physicorum ubi dicit quod ad
eundem locum mouentur terra et partes
eius ¶ Quinto nota quod mundus
archetypus secundum theologos est
exemplar illius mundi realis in
mente diuina secundum quod exemplar
formauit deus istum mundum et
dicit alius albertus quod nulli
dubium sit quin ille sit quia theo-
logi ponunt eum et dicitur archetypus
ab archos quod est principium et typus
figura quasi principalis figura
philosophice tamen loquendo non
est sufficiens forsan ponere istum
modum. Sequitur in libro

Antequam plenius celum

hic est capitulum secundum illius tracta-
tus et continuatur sic quia sicut
Albertus probauit quod tantum sit
unus mundus corporalis et non
plures sic modo probat quod ce-
lum sit finitum et dividitur illud
capitulum in duas partes principales
quia primo facit unam digressionem
de infinito secundo probat quod celum
non est actu infinitum illa ibi restat
probare primum adhuc dividitur

mittes primo ponit modum acceptiones
infiniti secundo comparat adinvicem accep
tiones infiniti / tertio diffinit infinitum
secunda ubi et hys ... ultimis modis
tertia ubi et secundum hec / prima adhuc
potest dividi in tot partes secundum quod quot
acceptiones infiniti partes patebunt
Primo dicit sic Antequam probemus
utrum esse infinitum ¶ Nota primo quod
sicut dicit aristoteles in tertio physicorum
infinitum multis modis dicitur Uno
simpliciter dicitur infinitum quod impossibile est
pertransiri ut est vox invisibilis et sic
dicitur infinitum negative quasi non finitum
seu non terminatum et sic deus est infinitus.
Subdit secundum modum dicens Alio
modo dicitur infinitum habens transitum
perfectum quamvis non aptum natum
sit habere transitum non tamen licet sit
pertransit aliquis spatium et non pervenit
ad finem et sic dicitur infinitum privati=
ve Quibus duobus modis aliquid
dicitur infinitum actu Subdit tertium mo=
dum dicens Tertio modo dicitur infinitum
secundum aptitudinem et appositionem si=
cut in quantitate discreta id est
in numero / et subdit quartum modum di=
cens ¶ Quarto modo dicitur infinitum
secundum divisionem sicut in quantitate
continua Et Subdit quintum modum
dicens Quinto modo dicitur infinitum
utroque modo ut tempus ¶ Nota secundo
no circa litteram ubi dicit Antequam pro=
bemus quod utrum sit finitum et non
infinitum vult premittere distinctionem
infiniti quam ponit aristoteles in
tertio physicorum et tunc ponit primum
membrum illius distinctionis et dicit
quod primo modo dicitur aliud infinitum quod
impossibile est pertransiri / sicut est
vox quia illa non potest pertransiri
et sic dicitur infinitum negative

quasi non finitum et sic deus etiam potest dici
infinitum quasi non finitus quia deus non
est finitus quia non est quantus / sed finitum
et infinitum quam et congruunt Secundo nota
ibi Alio modo ubi ponit secundum modum accep
tionis infiniti dicens quod alio modo dicitur
infinitum quod habet licet aptitudinem ut pertran
seatur sed tamen non pertransitur propter aliquod im
pedimentum / sicut aliqua via vel aliquod
spatium quod habet licet terminum / sed tamen ille terminus non
potest attingi propter obstacula sicut profundum
maris licet sit tale tamen difficulter
possit intelligi attingi propter impedimentum
obstacula et sic dicitur infinitum privative hoc
enim secundum rei veritatem non est infinitum
sed habet comparatione ad nos quia numquam pos
sumus finem attingere Subdit quod hys duobus
modis aliquod habet potest esse actu infinitum
Tertio nota circa litteram tertio modo ubi ponit
tertiam acceptionem infiniti et dicit quod tertio
modo dicitur infinitum secundum appositionem et
hoc est tale cui non finitum potest fieri ad
dico sicut est quantitas discreta id est
numerus quia quocumque numero dato infinitum
plures unitates possunt sibi addi per
appositionem ¶ Quarto nota ibi Quarto
modo ubi ponit quartam acceptionem infini
ti et vult dicere quod quarto modo aliquid dicitur
infinitum per divisionem et est tale quod infinitum
potest dividi sicut est quantitas conti
nua quecumque enim partes proportionales ad
continuum dividat in infinitum in plures
potest dividi ¶ Quinto nota circa illam litteram
quinto modo ubi ponit quintam acceptionem
infiniti et vult dicere quod quinto modo dicitur
tempus infinitum utroque modo id est tam
appositione quam divisione et sic tempus est
infinitum tempus enim est continuum quedam
et sic infinitum est divisibile etiam est quan=
titas discreta / quia numerus motus et sic

sufficiencia accepcionum infiniti vide Johannes Sc magistri

infinitum potest si sibi addito secunda utroque modo est infinitum Septimo nota illae acceptiones infiniti possunt sumi in quadam sufficientia sic Vel quod est infinitum vel est infinitum privative vel negative Si primo modo sic est primus modus Si secundo modo hoc est dupliciter vel infinitum privative actu vel tantum potentia Si primo modo sic est secundus modus Si secundus modus hoc est tripliciter vel enim est infinitum potentia per appositionem vel divisionem vel utroque modo Si primo modo sic est tertius modus Si secundo modo sic est quartus modus Si tertio modo sic est quintus modus Sexto nota videtur quod illa sufficientia infiniti sit insufficiens quia adhuc contra illos modos adhuc est infinitum rigore et infinitum intensive Ibi dico quod solum Albertus dividit vel distinguit infinitum in quantitate et contra intensive et per hoc dicit tot modis et non pluribus de aliis aut infiniti acceptionibus non curat ad primus quia non sit appositum Octavo nota dubitaret aliquis quare non distinguit etiam finitum cum tantum probare videtur cetera finitum Dico quod distinctione finiti habetur ex distinctione infiniti quia quot modis dicitur unum oppositorum tot modis dicitur et reliquum quod Nono nota ille terminus infinitum capitur aliquando kathegorematice et sic capitur in primis duobus acceptionibus Aliquando autem capitur sinkathegorematice et sic capitur in reliquis tribus acceptionibus Decimo nota contra hoc quod dicitur quod deus est primo modo infinitus negative si hoc esset tunc sequeretur quod in deo esset aliqua imperfectio hoc consequens est falsum igitur illud ex quo sequitur falsitas probatur et consequentia probatur quia sic in deo esset quedam potentia non reducibilis ad actum et talis potentia ingeneret imperfectionem Dico quod deus sit infinitus

Vide opposit[illegible] ... ra ... [illegible]
sep ... [illegible]

negative hoc non arguit aliquam imperfectionem nisi quo ad nos nos enim sumus apti nati in hac vita deum perfecte cognoscere sicut vox non est apta nata pertransiri quantum est visibilis Vel

Et hiis tribus ultimis

Hic Albertus capit illas acceptiones infiniti combinatim et dicit sic Et hiis tribus ultimis modis nichil est infinitum actu sed tantum potentia Et subdit diffinitionem dicens Et secundum hoc est infinitum et diffinitur sic Infinitum est cuius quantitatem accipientibus semper aliquid accipere contingit Nota primo circa litteram videtur dicere quod isti tres ultimi modi infiniti differunt a primis duobus in hoc quod in primis duobus potest aliquid actu esse infinitum Sed in ultimis modis non sed tantum potentia quia nullus potest esse tantus numerus actu quod sit infinitus Sed infinitum potest augeri per additionem unitatum vel potest esse aliquid continuum quod potest esse actu divisum in tot in quot est divisibile Sed in infinitum potest dividi quantitas quod sit divisum sicut est de tempore nullum est tempus actu infinitum sed quodlibet tempus in infinitum potest addi tempus Secundo nota ibi et secundum hoc ibi ponit infinita potentia Et dicit quod infinitum captum simpliciter in potentia hoc cuius quantitatem accipientibus semper est aliqua quantitas extra illam sicut non possum ymaginari tantum numerum quin adhuc extra illum sit aliquis

nus qr additio isti facit maiorem
num similiter non possum ymaginari tm
sit quod contra illud sit adhuc sit
q additum isti facit adhuc maius
similiter possum ymaginari aliquod co-
tinuum in tot partes esse divisibile
quod sit divisibile in plures et sic pz
q sic est aliquid aliquod contra in-
finitum secundo non dictum / Tercio non
dices tu quare Albertus non dif
finit infinitum actu / dico q apert
h q infinitum nullum tale sit sed
q oe q totum in comparatione quo ad
nos sequitur litera

Restat probare q celum

Sit e tercia ps principalis illius
capituli et continuatur sic / quibus Alber
tus premisit distinctionem de infinito
hic non probat q celum non sit infini
tum q actu est q3 aliud corpus
et dividitur in tres secundum q probat
tribus rationibus / primo probat hoc
ex parte quantitatis corporis celestis
secundo probat illud ex figura celi / tercio
probat illud ex parte motus celi / secundo
ibi Iterum specialiter tercio ibi Iterum celum
probatur ce primo dicit sic Restat pro-
bare q celum non sit infinitum actu
et primo probans q nullum corpus
quantitativum sit infinitum et hoc sic omne
corpus h3 superficiem et omnis sup-
ficies h3 terminum ergo omne corpus est
terminatum sed idem terminatum e finitum
ergo omne corpus e finitum / consequentia
patet in ferri sic / sed celum e corpus
ergo celum e finitum / Nota primo
Albertus vult dicere q premissis istis
distinctionibus infiniti restat probare
nunc principaliter intentum scilicet q ce-
leste actu sit infinitum et non

infinitum et primo probat h3 de omni corpore q e
finitum actu sit / Omne corpus h3 sup-
ficiem e terminatum q superficies e terminata
h3 oe q e terminatum e finitum ergo omne
corpus e finitum patet tunc ultimus in fecit
h3 celum e corpus igitur / Secundo nota concl
cludit conclusio secundo illius tractatus et e
Celum e actu finitum probatur in forma sic
omne corpus e finitum celum e corpus
igitur probatur sic omne habens superficiem e termina
tum sive finitum omne corpus h3 superficiem
probatur q omne corpus habens sup
ficiem e terminatum in finitum consequentia
tenet cum minus probatur q superficies
est figura omnis autem figura terminatur in
fine ut in terminis ergo omnis superficies est
terminata Minor principalis est q celum
sit corpus h pz de se / Tercio nota d
in litera restat probare q celum est finitum
actu q e tamen infinitum potencia additum
intellectu quibus dictum q e continuum continuum
infinitum divisibile / Quarto nota dubi-
tatur utrum omne corpus h3 superficie et ar-
guitur q non q si sit secretum q superfi-
cies distincta a corpore consequentia probatur
q nichil h3 secundum falsitas pz per
communem opinionem / Ubi dico si h in
telligitur mathematice tunc est idem unum
sicut una sonat / q oe corpus h3 su-
perficiem tm methaphorice loquendo
Si autem capitur phylozophice loquendo
et nichil tunc licet e ut et ipso amphiy-
bologia in quo unus sensus et alius trans-
sumptum sensus primus est ille / q oe corpus
h3 aliquid q est superficies et ille sen-
sus e falsus secundus sensus transsumptivus
est q oe corpus e superficietenus finitum
et ille est verus sequitur litera

Item specialiter plenius

Hic Albertus deducit illam racionem quae deducitur ex parte figurae ipsius caeli per quam probat quod caelum est finitum et dividitur quia primo ponit aliquas suppositiones ex quibus eliciuntur racio illa secundo format racionem declarat illius secunda ibi Deinde procedit dicit primo sic Iterum specialiter probemus caelum esse finitum supposito igitur quod infinitus id est in capitulo sequenti probabitur quod omne corpus est in caelo et nullum extra caelum / Deinde sic inter omnia corpora nobilius est caelum caelum enim est ingenerabile et incorruptibile virtute activam habens respectu inferiorum / omne autem agens nobilius est patienti / sed corpori nobiliori detur nobilior forma igitur caelo detur nobilior forma / sed forma sperica est nobilior aliis formis sive figuris corporalibus propter sui capacitatem et in terminabilitatem non enim habet principium neque finem circa superficiem totam igitur sperica forma detur caelo igitur caelum est rotundum / Tunc declarat hoc in exemplo dicens Praeterea videmus quod luna est semiplena / illa figura est circularis quia non est nisi circulo circulus enim solus est in corpore rotundo igitur luna est rotunda eadem racione sol et alia omnia corpora superiora caelestia igitur caelum est rotundum / Tunc ultimus format racionem dicens Deinde procedit sic corpus rotundum sive spericum est cuius medio punctus est a quo omnes lineae ductae sunt extremales igitur caelum habet medium et omne medium habet extremum sed quod habet extremum est terminatum sive finitum igitur caelum est finitum / Nota primo circa litteram Albertus primo ponit tres suppositiones sine quibus intendit racionem suam et est prima talis Quod omne corpus continue continetur in fine circumferencia caeli et nullum corpus est extra illa suppositionem demonstrat probando in

capitulo sequenti Secundo nota circa illam litteram Deinde ibi ponit secundam suppositionem et est talis Quod corpus tale caeleste est nobilissimum inter omnia corpora et haec est conclusio tercia illius tractatus et probatur sic illud quod est ingenerabile et incorruptibile et habet virtutem activam respectu aliorum hoc est nobilissimum caelum est huiusmodi igitur ~~maior nota ex~~ littera / quod agens est praestancius passo minor patet in littera / Tercio nota circa illam litteram Sed corpori nobiliori ibi ponit terciam suppositionem et est quod caelum est spericae figurae et haec est conclusio quarta illius tractatus et probatur sic / nobiliori corpori debetur nobilior figura sed caelum est nobilius corpus ex suppositione secunda igitur sed inter omnes figuras figura sperica est nobilior sive nobilissima igitur ista debetur corpori caelesti igitur corpus caeleste est spericum illa tota racio ponitur in littera / Quarto nota circa illam litteram Praeterea videmus ubi declarat per experienciam quod caelum est spericum spericae figurae quia videmus in augmentacione lunae lunae quod quando luna est semiplena tunc circa quod tunc figura eius est circularis vel nonacularis haec non esset nisi corpus lunae esset spericum / quia in nullo corpore est circulus nisi in spera et qua racione luna est sperica eadem racione sol et alia corpora caelestia cum sint eiusdem racionis igitur patet quod caelum est spericae figurae / Quinto nota ibi Deinde procedit ibi tunc deducit

racionem recte et e contra secunda pro-
clusione secunda et formatur sic omne
corpus spericum est finitum / celum
est corpus spericum ~~ergo~~ maior
probatur in libro de corpore sperico
habet medium et extrema in de corpore
sperico est finitum consequens probatur
quia de quo habet extrema hoc est fini-
tum ~~eius probatur~~ / quia corpus spe-
ricum est in cuius medio contingit
ymaginari punctum a quo omnes
linee ducte ad circumferenciam sunt
equales ut patet per diffinicionem
spere ergo corpus spericum habet
medium / sed medium dicitur respectu
extremorum ergo eciam habet extre-
ma / sed minor principalis patet
per suppositionem terciam / Sexto nota
nota circa primam suppositionem / dubitatur
utrum possibile sit extra celum
esse aliquod corpus et videtur quod sic
quia posito quod sit aliquis homo
in ultima superficie ultime spere
tunc ~~queritur / utrum~~ talis posset
extendere manum suam ultra super-
ficiem convexam illius spere vel
non Si sic ergo ibi potest esse aliquod
corpus puta illa manus Si non
hoc maxime esset propter hoc quod aliquod
corpus impediret et sic adhuc
esset ibi aliquod corpus Ibi dico
quod ille casus qui ibi ponitur est
impossibilis ergo si admitteretur possi-
bilis sequerentur plura inconveniencia
Sed tamen supposito quod ibi esset ad
hoc non posset extendere manum
suam / quia vel extenderet eam ad ple-
num vel ad vacuum Sed nullum illorum
est ~~ergo maior~~ patet ex sufficienti di-

visione / minor patet quia extra celum nichil
est sed non est plenum nec vacuum ut patet
primo celi Septimo nota circa terciam suppo-
sicionem quod figura sperica inter omnes figuras
corporales est nobilissima propter sui capa-
citatem / quia omnium corporum ysoperimetrorum
spera est capacissima eciam propter sui inter-
minabilitatem quia non habet principium neque
finem sed ubi incipit ibi terminatur Sed
~~dices~~ tu videtur quod alie figure sunt per-
fecciores / quia continentur pluribus superficie-
bus ubi spera continetur una sola dico
quod verum sit composiciores ergo non perfecio-
res ymmo imperfecciores / Octavo nota no
illa diffinicio spere data in libro ele-
mentorum euclidis spera est corpus ro-
tundum una superficie contentum in esse cuius
medio est ymaginari punctum a quo omnes
linee ducte ad circumferenciam sunt equa-
les Sed ~~dices~~ tu quid valent prime
due suppositiones / quia per solam terciam pro-
batur intentio / dico quod prima valet adhuc
quod per eandem probacionem probatur quod quelibet
corpus est finitum / quia de corpore con-
ficitur in celo et celum est finitum ut pro-
batur ~~ergo~~ de corpus est finitum Sed per
secundam suppositionem probatur tercia Sequitur

Iste celum probatur esse finitum

Hic Albertus adducit terciam racionem
per quam probat celum esse finitum et sumitur
ex parte motus celi et ~~dividitur~~ / quia primo
facit hoc ~~secundo~~ probat minorem sue racio-
nis ibi quod autem motus primo dicitur sic
Item celum probatur esse finitum in compara-
cione ad motum et mensuram ipsius motus
quod est tempus / omne enim quod movetur in finito tempore
vel finito tempore finitum est / sed celum movetur
in finito tempore / quia uno die naturali circumvolvitur

ergo celum est finitum. Nota primo quod illa litera sumitur ratione terre probans ratione sola predictam in forma tali. Omne quod movetur in certo tempore et finito illud est finitum; sed celum movetur in certo tempore et finito ergo etc. ~~maior~~ nota quia motus infinitus non potest esse finito tempore ~~minor~~ patet quia celum revolvitur in die naturali. Secundo nota hic fuit opinio antiquorum quod celum non moveretur sed terra movetur sicut videtur nobis propter motum terre quod celum moveatur sicut sedenti in navi videtur quod luna vel sol movetur ad motum navis; sed illa opinio est falsa ut probatum secundo celi. Quarto nota si celum esset infinitum in quantitate non posset circumvolvi in die naturali et in aliquo tempore finito maior probatur quia si traherentur due linee a centro ad circumferentiam iste linee in fine distarent versus circumferentiam quia quanto plus tales linee egredientes a centro ad circumferentiam protrahuntur tanto plus distant. Si ergo celum esset infinite quantitatis tunc ille linee protraherentur in infinitum et sic distarent infinite et sic inter eas esset distantia infinita; sed distantia infinita non potest pertransiri tempore finito quia tempus et motus debent esse commensurata; sed tempus infinitum non est commensurabile motui finito ergo nullum corpus celeste posset in die naturali vel in aliquo tempore finito illam distantiam inter duas lineas pertransire. Oppositum experimur quia videmus quod sol hodie oritur in oriente et cras iterum videmus eum oriri in oriente hoc non posset esse nisi celum esset revolutum. Quinto nota quod quedam sunt dies naturales et quedam artificiales. Dies naturalis est in quo et per quod totum celum solis revolvitur. Sed dies artificialis per illud tempus per quod sol movetur super nostrum orientem. Et sic etiam quedam sunt noctes artificiales et est tempus per quod movetur sol sub orizonte et dies et noctes artificiales semel vel bis in anno sunt equales ~~etiam~~ dies artificiales et noctes artificiales sunt equales die naturali. Sequitur.

Quod autem motus infinitus

Hic Albertus probat maiorem rationis sue posite ~~et dividit~~ in duas secundum quod hoc ~~dupliciter~~ probatur ~~secundo~~ ibi Secundo demonstratur. Primo ~~dicit sic quod autem motus infinitus~~ motus non possit mensurari tempore finito sic demonstratur sit illud tempus A, B et dividatur per quascumque partes una per tempus mensurat unam partem motus et alia aliam partem motus; motus autem cum sit infinitus ~~non~~ nondum totus est mensuratus a tempore finito. Secundo ~~secundo~~ Inde demonstratur quod motus infinitus non demonstratur tempore infinito dividendo motum tempore infinito per quascumque partes proportionabiles debent etiam esse motus et tempus et solum in proportione eius ita quod neutrum excedat in aliquo et sic hoc tempus mensurans motum est finitum et motus est finitus corpus et si motus est finitus corpus quod movetur est finitum restat quod celum est finitum. Primo nota circa litteram maioris rationis prioris fuit hec: Illud quod movetur tempore finito hoc est finitum illam vult probare in illa litera quia si aliquid infinitum movetur in tempore finito sequeretur quod motus infinitus mensuraretur finito ~~consequeretur~~ ~~probatur~~ quod hoc corpus cum sit infinitum eius motus est infinitus. Si ~~ergo~~ hoc corpus movetur

nota

nota

in tempore finito tunc patet consequentia. Sed falsitas probatur in littera quia si est possibile hoc tempus finitum mensuret motum infinitum precise sit ergo illud tempus a b et motus infinitus c et dividatur tempus a b in quatuor partes et auferantur a motu infinito partes equales istis quatuor, equalia istis quatuor partibus temporis; tunc adhuc totus motus non est precise mensuratus per totum a b, sed solum ille quatuor partes que sunt equales quatuor partibus temporis.

no. Secundo nota circa litteram secundam partem secundo modo demonstratur. Ibi probat conclusionem quod nec motus finitus potest precise mensurari tempore finito si esset, et hoc probat in eo: dico quod dividatur ille motus finitus in quatuor partes et auferantur a tempore finito quatuor partes mensurabiles quatuor partibus motus, quia semper tempus et motus debent esse proportionabiles; tunc ergo tempus illud sit infinitum et infinitum plures partes habet quam illas quatuor, ergo hoc totum non mensurat precise illum motum. Sed dices tu: illa deductio supponit unum falsum, ergo non concludit consequentiam. Tenet cum probatur quia supponit quod infinitum habeat partes; hoc autem est falsum, quia si infinitum esset, quia ille partes quotiens replicantur constituunt totum, illud autem constituitur ex infinitis et finitum. Ibi dico quod hoc nomine partes aliquando sumitur proprie et sic partes proportionabiles et quantitates dicuntur partes, et sic infinitum si esset non haberet partes ut ratio bene probat. Alio modo capitur improprie et sic quodlibet quod est de integritate

integralibus alicuius vocantur eius partes licet sint incommunicabiles, et tales partes per ymaginationem potest habere infinitum quod dicitur in primo celi, quod ab infinito licet auferri quantumlibet, et ille deductiones sunt supra in secundo physicorum ubi diffusius pertractantur.

Tertio nota quod in littera potest sic conclusio incidentalis illa: Nullus motus infinitus potest mensurari tempore finito nec aliquis motus finitus potest mensurari tempore infinito; illius prima pars probatur in prima parte littere, quia igitur motus infinitus potest mensurari tempore finito, sit illud tempus finitum a b et dividatur in quatuor partes et sit motus infinitus c et auferantur a c quatuor partes et sic motus infinitus c et auferantur quatuor partes a c equales quatuor partibus a b, quia tempus et motus debent esse proportionabiles; ille quatuor partes a b non auferantur, mensurantur nisi illas quatuor partes ablatas, ergo non mensurant totum motum quod est contra ypothesim. Sed secunda pars probatur in secunda parte littere, scilicet quod motus finitus non potest mensurari tempore infinito eodem modo, quia dividatur motus in quatuor partes et auferantur a tempore infinito quatuor partes proportionabiles quatuor partibus motus; tunc ille motus non mensuratur precise illo tempore infinito, quia tempus infinitum adhuc excedit motum.

Quarto nota dicitur quod tempus et motus debent esse proportionabiles sicut subiectum et propria passio sunt convertibilia, et quidquid competit uni proportionaliter competit alii; sic ergo tamen isti motus et tempus habet se ut si hoc est unus motus est finitus tunc hoc est unum tempus est finitum et econverso.

Quinto nota circa hoc quod dicit si motus finitus corporis quod movetur est finitum, hoc patet quia in omni corpore infinito non potest esse motus finitus ut patet sexto physicorum et primo celi sed

Modo debemus probare quod

hic est capitulum tertium illius tractatus et continuatur
sic. Postquam Albertus probavit quod tantum sit
unus mundus et quod ipsum celum sit finitum, hic
modo probat quod nullum corpus sit extra celum
sed omnia corpora sunt in celo, et dividitur illud
capitulum in tres partes, quia primo probat quod nullum
corpus sit extra celum naturaliter. Secundo pro-
bat quod nullum corpus potest esse extra celum
violente, secunda ibi secundo patet. Ad hoc dici-
tur quia primo proponit intentionem suam, secundo
consequitur intentum, secunda ibi quia nullum cor-
pus. Primo dicit sic: Modo debemus probare
quod omnia corpora sunt in celo et nullum extra et
primo probabimus quod nullum sit extra celum naturaliter,
secundo quod nec accidentaliter nec violenter, et subdit
secundo consequendo intentum, quod nullum corpus sit
extra celum naturaliter probatur sic: tantum sunt genera
corporum, scilicet elementum et elementatum et celum,
et quod celum non sit extra celum sic probatur,
quia nichil est extra se ipsum vel extra se ipsum,
ergo celum non est extra celum, quia inter omnia
elementa infimus est terra, supra quam aqua,
supra aquam aer, et eadem proportione sub
celo constans est quod nullum corpus sit
extra celum naturaliter. Nam grave naturaliter
tendit ad centrum deorsum, leve sursum
ad circumferentiam ad celum et non ultra. Ergo
nullum elementum fertur extra celum naturaliter.
Similiter patet quod nullum elementatum sit extra
celum. Omne enim elementatum constat ex
elementis, sed nullum elementum est extra ce-
lum ut probatum est, ergo nec elementatum naturaliter.
no[ta] Nota primo circa litteram ubi dicit ex quo
iam probatum est quod celum sit finitum, modo de-
bemus probare quod nullum corpus sit extra
celum, et primo volumus probare quod nullum corpus
sit extra celum naturaliter, secundo quod etiam nullum
sit extra celum violente.
Secundo nota circa illam litteram quia nullum nota
corpus ibi probat quod nullum corpus
sit extra celum naturaliter, et oppositum est
licet conclusio quinta illius tractatus,
scilicet hec: nullum corpus est extra ce-
lum, probatur sic: si aliquod corpus
esset extra celum, vel esset ibi na-
turaliter vel violente, sed nullo
modorum, igitur consequens, maior nota ex suf-
ficienti divisione, maior probatur
quo ad primam partem in littera et ad probandum
illam maiorem supponit supponit
unam suppositionem, quod omne corpus
vel est celum vel elementum vel
elementatum, id est compositum ex
elementis, et ex illa suppositione
tunc arguit probando primam partem
minoris sic: si aliquod cor-
pus naturaliter esse extra celum,
vel hoc esset celum vel elementum vel
elementatum, sed nullo modorum, igitur
consequens, maior nota ex suppositione,
sed minor quo ad primam partem probatur sic:
quod celum non sit extra celum, quia
sic idem esset extra se ipsum, con-
sequentia tenet, sed falsitas
sequentis probatur, quia implicat contradictionem.
Secundo nota circa illam litteram similiter nota
quod elementum ibi probat secundam
partem minoris, quod elementum
non sit extra celum ex ordine
et situ elementorum, quia inter omnia
elementa terra est infimus eleme-
ntum et est sita in centro mundi, et
supra illam est aqua et supra a-
quam aer, et supra illum est ignis
in concavo orbis lune. Patet quod nullum

elementum est contra celum quia omnia
continentur infra circumferentiam celi | Tertio
nota nota etiam illa litteram contra grauia
ibi probat eandem partem minoris
sic ubi contra celum esset uel pos-
set esse aliud elementum naturaliter
tunc aliud elementum posset ~~fieri~~
moueri contra celum consequentia
probatur | quia elementa mouentur ad
loca sua naturalia | sed falsitas con-
sequentis probatur | quia omne elementum
aut est graue aut est leue grauia
ut sicut terra et aqua | leuia sicut
ignis et aer | sed grauia moue-
ntur ad medium mundi leuia ad
circumferentiam et non ultra ergo nullum
naturaliter contra | Quarto nota ibi
nota similiter patet ibi probat tertiam partem mino-
ris scilicet quod nullum elementum possit
esse contra celum et hoc sic ubi
non potest esse aliud elementum ibi
non potest esse aliud elementatum
igitur consequentia maior nota quia omne elementatum
est compositum ex elementis | minor patet
ex iam probatis | Quinto nota circa sup-
nota positionem quod omne corpus est celum
uel elementum uel elementatum sic
patet quia omne corpus uel est simplex
uel est compositum Si simplex hoc est
~~duplex~~ uel est generabile uel corrupti-
bile uel ingenerabile uel incorrupti-
bile | si primo modo sic est elementum
si secundo modo sic est celum | si autem
est compositum sic est elementatum
nota Sexto nota Albertus notanter
dicit naturaliter | quia theologice aliqua
corpora sunt bene contra celum sicut
corpora glorificata sed illa probatio
procedit ex principiis naturalibus | Oc-
nota tauo nota quod ille ordo elemen-
torum quem albertus ponit in

littera et inter illos ordines habetur secundo de
generatione Sequitur littera

Secundo patet quod nullum corpus sit extra

Hic est secunda pars tertii capituli in qua Albertus
probat secundam partem minoris principalis
et eam diuiditur quia primo facit hoc secundo
infert conclusionem ibidem secundum ubi et sic
patet primo ~~dicat~~ sic Secundo patet quod nullum corpus
sit contra celum accidentaliter siue uiolenter
In quocumque enim loco quod corpus est naturaliter
in eodem est possibile esse aliud corpus uiolenter
ubi uero impossibile est aliud corpus naturaliter
ibidem impossibile est aliud corpus esse
accidentaliter uel uiolenter Sed contra celum nullum
corpus est naturaliter ut probatum est ergo nec uiolen-
ter et sic patet quod nullum corpus sit contra
celum uiolenter | et confirmat hoc per auctori-
tatem Damasceni dicentis | et hoc est quod dicit
Damascenus quod celum est continentia uisibi-
lium et inuisibilium creaturarum | Nota primo
secunda pars minoris principalis fuit hec
Contra celum nullum corpus esse potest
uiolenter | secundum probat hic | quia ubicumque
potest esse aliud corpus mobile ibidem potest
esse aliud corpus naturaliter ut probatum est
Nota secundo inter potest formari in forma
sic Si contra celum esset aliud corpus
uiolenter tunc sequitur quod ibi potest esse
aliud corpus naturaliter consequens est falsum
ut iam probatum est igitur et antecedens consequentia
probatur | quia ubicumque est aliud corpus uio-
lente ibi potest esse aliud corpus naturaliter
et econuerso | Tertio nota hoc probat | quia ubi-
cumque potest esse aliud corpus uiolente
quod ibi etiam potest esse aliud corpus natura-
liter | uel possit esse | quia elementa sunt
distincta per grauitatem et leuitatem | uel quod
quedam sunt leuia sicut ignis et aer et quedam
grauia sicut terra et aqua sed grauia mouentur
ad centrum, leuia uero sursum ergo in quocumque

loco est aliud corpus naturaliter ibi potest esse aliud violente ~~et econverso~~ ubi potest esse aliud violente ibi potest esse aliud naturaliter sicut ignis violenter esset violenter in centro mundi si esset ibi et terra violenter esset in concavo orbis lune si esset ibi ergo aliquod corpus esset in centro mundi naturaliter puta terra et aliud esset in concavo orbis lune naturaliter puta ignis. Ergo patet quod ubicumque est aliquod corpus violente quod ibi aliud potest esse naturaliter. Sed si extra celum esset aliud corpus violente hoc est elementum vel elementatum vel celum, sed non celum, quia esset extra seipsum, sed si elementum tunc aliquod aliud elementum posset ibi esse naturaliter. Si autem esset elementatum tunc movetur ad motum elementi predominantis et ad hoc stat quod ibi possit esse aliud elementum naturaliter, quia compositum ex elementis est ibi violente. Quarto nota quod albertus confirmat illam conclusionem per dictum damasceni qui dicit quod celum est continentia creaturarum visibilium et invisibilium scilicet spiritualium quam corporalium et si sic ergo nulla creatura est extra celum quod est propositum. Quinto nota dubitatur utrum extra celum sit aliquod corpus et utrum omnia corpora sint in celo et arguitur quod non, quia si omnia essent in celo tunc omnia corpora moverentur ad motum celi consequentia probatur quia moventur omnia que in nobis sunt vel que in ipso sunt. Sed falsitas probatur quia celum movetur circulariter, inferiora autem moventur quedam motu recto sicut elementa, quedam motu progressivo sicut animalia. Oppositum probat albertus in littera. Ubi nota quod aliquid dicitur esse in alio uno modo subiective sicut accidens est in subiecto. Alio modo contentive sicut contentum in continente. Correlarie infero aliquas propositiones. Nullum corpus est in celo subiective, hoc patet

quia sic fieret coincidentia dimensionum. Secunda omne corpus est in celo contentive, illa patet auctoritatibus damasceni adductam. Tertia nullum corpus est extra celum illa probat albertus in littera, quia hoc ad rationem qua arguitur sequeretur quod omnia corpora moverentur ad motum celi nego consequentiam, ad probationem dico verum est quidquid continetur in corpore subiective hoc bene movetur ad motum corporis sed sic non sunt omnia corpora contenta in celo etc.

Tunc debemus ostendere

Hic est capitulum quartum et continuatur. Sic prius albertus probavit quod tantum unus sit mundus et quod celum est finitum et quod extra celum non sit aliquod corpus, hic probat quod celum non est elementum nec compositum ~~et dividitur~~ quia primo facit hoc, secundo ~~concludit~~ infert quoddam correlarium, secunda ibi Oportet. Prima adhuc ~~dividitur~~ quia primo probat dimissio quod celum non sit elementum nec elementatum, ~~secundo~~ probat continuitatem, ~~secunda~~ ibi Sunt simul. Adhuc dividitur quia primo probat quod celum non sit elementum, secundo quod non potest esse elementatum, secunda ibi ~~eodem~~ patet. Adhuc dividitur quia primo ponit intentum suum, secundo consequitur ibi quod celum ~~primo dicit~~. Dicit tunc debemus ostendere sic quod celum nec est elementum vel elementatum. Subdit quod celum nec non elementum nec elementatum patet quia de proprietate omnis elementi est habere contrarium, agere in proprium

sed mergitur ei corrumpendo ipsum et ge-
neranda et salvatur in sua specie. Si
ergo celum esset elementum tunc omnia ce-
lestia haberent se ad celum sicut
punctus ad totam terram iam dudum cor-
rupisset et omnia esset celum quod non
videmus. Nota primo conclusio elicitur
~~correlario secunda~~: quod celum non est ele-
mentum, antecedens probatur sic: si celum esset
elementum, sequitur quod celum dudum
corrupisset omnia alia elementa et
convertisset ea in naturam celi, consequens
falsum ut videmus ad experientiam.
Probatur consequentia, quia omne elemen-
tum habet contrarium et quantum illud potest
agere et ipsum corrumpere si est sibi suf-
ficienter approximatum et si habet sufficientem
dominium super ipsum. Si autem ipsum ce-
lum esset elementum ipsum esset con-
trarium omnibus aliis elementis et
haberet sufficientem dominium super omnia
quia omnia elementa respectu celi sunt
sicut punctus respectu totius
terre ergo dudum potuisset ea corrum-
pisse. Nota probacio illius conse-
nota quentie fundatur super aliquas
propositiones et illa prima est quod ele-
menta sunt sibi invicem contraria
racione qualitatum illa patet quia
ignis est calidus et siccus et aqua
est frigida et humida et hec sunt
qualitates contrarie, ergo illa
duo elementa sunt contraria. Si-
militer aer est calidus et humidus
et terra est frigida et sicca et ille
qualitates etiam sunt contrarie
ergo etiam illa elementa. Secunda pro-
positio est illa, quod omne elementum
potest agere in aliud si sibi approxi-
matum fuerit probatur, quia contrarium

contrariatur contrario si habet dominium sufficiens
super ipsum non potest suspendere actionem suam.
Tertia propositio est, quod elementum fortius
potest corrumpere debilius et convertere ipsum in
naturam suam, probatur quia unum contrarium
si habet sufficientem dominium super ~~omnia elementa~~
ipsum potest ipsum corrumpere. Quarta propositio
est si celum esset elementum ipsum habe-
ret sufficientem dominium super omnia elementa
illa patet in litera, quia omnia elementa sunt
sicut punctus respectu totius terre sicut
dicit auctor spere, quia terra est sicut
punctus respectu firmamenti. Ex istis quatuor
propositionibus probatur illa consequentia suf-
ficienter que prius est formata. Tercio nota
Commentator dicit in octavo physicorum quod
experimentum sermonum verborum est quod sensus
et experientia concordat cum racione et qui
dimittit sensum et sequitur racionem debilis
est, modo videmus ad experientiam quod
elementa non sunt corrupta a celo ergo
melius isti racioni credendum est, scilicet
quod celum non est elementum. Quarto nota
quod Albertus probat hic quod celum non sit
elementum, quia prius dixit in precedenti
capitulo quod celum esset corpus ut ostenderet
quale corpus sit celum. Quinto nota
ex isto patet falsitas Platonis, qui dicit
quod celum erat ignis et ignee nature sit
etiam dixit quod esset totum celum, quia
eadem esset causa totius et partis et
quod hoc sit falsum patet ex illa racione, quia si
celum esset ignis cum ignis sit unum
elementum inter omnia elementa et celum sit
maius omnibus elementis iam celum corrupisset
omnia illa in fervore. Sequitur litera

Eodem modo patet quod celum non est

hic Albertus probat quod celum non sit elementum ~~et dicit~~ sic Eodem modo patet quod celum non est elementum, quia de elementatum est minus ele-mento ex quibus componitur. sed celum est maius de elemento ergo celum non est elementum ¶ Nota primo circa litteram elicitur enim conclusio septima illius tractatus et est hec celum non est elementum probatur si celum esset ele-mentum tunc esset minus elementis/ consequens falsum sic et ma[ior] falsitas patet quia omnia elementa sunt quasi punctus respectu ce-li ut prius dictum est, consequentia probatur quia de mixtum ex elementis est minus ele-mentis ¶ Secundo nota quod de mixtum ex ele-mentis sit minus elementis patet quia miscetur ex omnibus elementis totis sed ex partibus ele-mentorum sicut tota terra et tota aqua et sic de aliis elementis non ingrediuntur mixtionem quia tunc non haberemus nisi unum mixtum quod esset mixtum ex totis speris elemen-torum et sic non haberemus elementa sim-plicia cuius oppositum videmus ¶ Tercio nota quod si aliquod elementatum esset mixtum ex omnibus elementis totis, adhuc non esset tantum quantum esset celum quia si quantitas omnium elementorum esset coniuncta adhuc quanti-tas illa non posset adequari quantitati ¶ Quarto nota dices tu/ Ex quo celum non est elementum nec elementatum quid est tunc/ dico quod sicut patet in de substantia or-bis quod transcripto motore celum est corpus simplex et non compositum ex materia et for-ma et est neque grave neque leve &c.

Item similiter patet quod celum nec est elemen[tum]

hic Albertus probat similiter quod celum nec est elementum nec elementatum ~~et dividitur~~ quia ~~primo facit~~ hoc secundo inmovet quandam obiectionem ibi sed diceret aliquis primo dicit sic Item similiter patet quod celum nec est elementum nec elementatum nec de quod est quod habet motum hoc est deor-sum ad medium et sursum a medio sed celum non habet motum circularem ergo non est elementum nec elementa-tum Subdit inmovendo dubium Si diceret quod motus circularis est eis naturalis circulariter accidentalis tunc contra/ motus accidentalis incedit et amittitur/ si ergo motus celi circularis esset celo accidentalis incederet et amitteretur hoc autem non videmus sed contrario mo-tus celi est uniformis ¶ Nota nota primo volens dicere quod celum non sit elementum nec elementatum/ hoc sic ~~probatur sic~~/ de elementum vel elementatum movetur motu rec-to celum non movetur motu rec-to igitur et illa ~~ratione~~ probatur alie conclusiones priores/ illa ratio fundatur super duabus propositionibus prima est illa quod de elementum vel elementatum movetur motu recto illa patet quia de elementis quoddam movetur sursum ut ignis quoddam movetur deorsum ut aqua terra/ sed motus sursum et de-orsum sunt motus recti &c. Sed de elementis patet/ quia de elementa-tum movetur ad motum elementi predominantis in ipso ut patet ex primo celi ergo etiam movetur a medio ad medium sicut elementum pre-dominans ¶ Secunda propositio est talis ce-lum non movetur motu recto illa patet quia movetur circulariter circa me-dium ¶ Secundo nota circa illam litteram nota

Sed si dicatur ibi vult dicere q si a-
liquis diceret q motus circularis
e celo accidentalis vel violento et
motus rectus e ei naturalis hoc non
valet / qz motus violentus
e intensibilis et remissibilis et
i velocitate et tarditate / sed
motus celi non intenditur neq re-
mittitur vt apparet ad experienciam
qz videmus q motus celi est
nota uniformis / Tercio nota conclu-
sio elicitur conclusio octaua 19
tractatus / motus circularis
celi non e violentus illa probatur
sic qz si sic tunc esset intensibilis
et remissibilis i velocitate conse-
quens falsum igitur et antecedens falsitas
consequentis patet ad experienciam
consequencia probatur qz omnis motus vio-
lentus e remissibilis et inten-
nota sibilis / Quarto nota q omnis
motus accidentalis vel violentus
possit intendi vel remitti hoc patet
qz eis impellentis et mouentis
violente pot fortificari vel de-
bilitari et ad fortificacionem et ad
debilitacionem potencie mouentis
sequitur intensio et remissio motus
nota in velocitate / Quinto nota
dubitatur utrum celum moueatur
motu recto et arguitur q sic par-
tes celi mouentur motu recto ergo
totum celum pot moueri motu
consequencia probatur qz omne cor-
pus celeste sunt eiusdem nature
antecedens probatur qz sol et luna et
alij planete mouentur a medio
ad medium igitur mouentur motu recto
consequencia tenet / qz motus
ad medium e motus descensus
et motus a medio e motus

V motus celi sit uniformis

V celum moueatur motu recto

diurnus [?] planetarum

ascensus / ascensus autem et descensus sunt
motus recti igitur et antecedens probatur quia quando sol
mouetur ad oppositum augis sui eccentri-
ci tunc mouetur ad medium mundi et tunc
approximatur centro Sed quando mouetur ad
augem tunc mouetur a medio / qz tunc e-
longatur a centro mundi similiter e de alijs
planetis / Oppositum dicit Albertus
in textu / ad illam racionem dico / sic quando ar-
guitur partes celi mouentur motu recto
nego antecedens Ad probacionem quando dicitur
planete mouentur motu recto nego hoc
et ad probacionem quando dicitur ipsi mouentur a medio
ad medium ergo mouentur motu recto nego
consequenciam sed ad medium secundum rectam li-
neam ergo mouentur motu recto et sic ne-
getur antecedens / Sexto nota dubitatur utrum nota
motus celi sit uniformis et videtur
q non partes celi mouentur difformiter
ergo motus celi non est uniformis con-
sequencia tenet ~~antecedens~~ probatur quia pla-
nete mouentur difformiter i suis eccen-
tricis et epiciclis quia aliquando mouentur
velocius ut quando sunt directi aliquando
tardius ut quando sunt retrogradi / Se-
cundo probatur illud antecedens qz partes propinquio-
res centro tardius mouentur i eodem
tempore quam ille que sunt remociores quia
maiores circulos describunt ergo totum celum
mouetur difformiter / Oppositum dicit
textus ibi nota q duplex e motus celi
quidem diurnus / quidem ab oriente in
occidens et dicitur in oriens et vocatur
motus primi mobilis / qz primum mobile
illo motu semel i die naturali revoluitur
trahens secum omnes alias speras plane-
tarum inferiores / Alius e motus pla-
netarum qui e ab occidente i oriens
et contrario i occidens / Secundo nota aliqui nota

Summa f 3 117
114

motus uniformis
duobus modis quo ad tempus quo ad subiectum

motum esse uniformem ~~intelligitur dupliciter~~
uno modo quod sit uniformis quo ad tempus ita
quod ipsum mobile in equalibus temporibus equalia
spacia pertranseat Alio modo est unifor-
mis quo ad subiectum ita quod quelibet pars
mobilis equa velocitate moveatur ad subiec-
tum ita quod quelibet pars mobilis velocitate moveatur
cum toto / Quo habito pono aliquas propositiones / prima
est motus primi mobilis diurnus est unifor-
mis quo ad tempus illa ~~probatur~~ sic quia in equa-
libus temporibus equalia spacia pertransit igitur
propositio vera consequentia tenet per notabile antecedens patet
ad experientiam / Secunda motus primi mobilis
est difformis quo ad subiectum illa probatur
sic quia partes ipsius mobilis difformiter moventur
Propositio vera consequentia tenet per notabile antecedens patet
per rationem adductam / quia partes propinquiores
centro tardius moventur quia minores circu-
los describunt / Tercia motus planetarum
sunt difformes quo ad tempus et quo ad
subiectum illa probatur quia corpora planetarum
temporibus equalibus aliquando inequalia spa-
cia describunt igitur sunt difformes quo ad
tempus consequentia tenet ~~per dictis~~ antecedens patet quia
planeta directus plus movetur motu
proprio quam quando est in retrogradus etiam move-
tur difformiter quo ad subiectum quia partes
inferiores centro moventur tardius quam su-
periores propter causam dictam quia describunt
inequalibus temporibus minores circulos Sequitur

Ex predictis etiam patet quod celum non sit

hic est secunda pars principalis ~~et continuatur~~
sit primo Albertus ~~continuatur~~ determinat
quod celum nec est elementum nec elementatum
hic conclusio infert correlaria ~~et dividitur~~
in tres secundum quod ponit tria correlaria prima
ibi ex predictis patet ~~tria~~ ibi [illegible] patet
primo ~~dicit sic ex predictis~~ etiam patet quod celum
non sit generatum ~~esse~~ nec etiam quod generatur

ex principio contrario generatur ut dicit
Aristoteles in libro de celo et
mundo / Plato tamen dicit in thymeo
quod est generatum et principium habens
sui / Nota primo circa litteram ut
dicitur conclusio quod ibi probatum est scilicet
quod celum non est elementum nec com-
positum conclusio sequitur correlarie
quod celum non est generatum generatur
ex principio contrario celum autem
non habet contrarium / tunc tangit opi-
nionem platonis dicens / tamen pla-
to dicit in thymeo in isto libello
quod celum sit generatum et habeat
principium sui / Secundo non complica-
citur conclusio ~~celum~~ non est ge-
neratum probatur complicatur sic Omne
quod generatur generatur ex contrario
celum non habet contrarium igitur non est
generatum maior patet ex primo celi
et primo physicorum et primo
de generatione quia dicit quod generatur habet
habet materiam cui est annexa privatio
scilicet privatio et forma sunt contraria
principia ut patet ex primo phisi-
corum et prius in primo tractatu
huius / scilicet ~~minor probatur~~ quia celum
ex quo non est elementum nec
elementatum non habet contrarietatem
ex parte qualitatum primarum
etiam materie celi non est annexa
privatio ut patet in de substantia or-
bis / Nota quod dicit elementum vel
elementatum habeat contrarium
~~probatur~~ primo faciliter de eleme-
ntis patet quia illa sunt contraria
secundum qualitates ut prius dic-
tum est Secundo elementata vel mixta
presupponunt mixtionem elementorum

nota

nota

et qualitates mixtorum resultant ex
actione et passione qualitatum elemen-
nota torum. Tertio notandum sicut dicit primo
celi triplex fuit opinio de celo qui-
dam dixerunt quod esset genitum et
corruptibile et ista improbatur faci-
liter quia omne quod corrumpitur corrum-
pitur a suo contrario sed celum non
habet contrarium ergo etc. maior nota quia
nichil corrumpitur a se vel sibi simi-
li patet etiam secunda opinio fuit hec
platonis quam tangit in libro et illa
improbatur in primo celi quia omne ge-
nitum est corruptibile ut probatur ibidem
Tertia opinio est quod celum nec sit
genitum nec corruptibile et illa est
opinio aristotelis. Quarto nota
nota quod illa opinio platonis videtur concor-
dat cum opinione theologorum qui
dicunt quod celum sit creatum et non
sit corruptibile. Si quis tamen vellet
salvare platonem philosophyce
posset dicere quod celum non habet principium
in genere cause efficientis sed bene in
genere cause finalis quia a primo
ente dependet celum et tota
celum sit cali[illegible] natura sed in genere cause finalis
sequitur littera

Ex predictis etiam patet quod celum

hic albertus infert secundum corre-
larium ex predictis et dicit sic. Ex
predictis etiam patet quod celum non
calefit nec frigefit quia non
est elementum nec elementatum
quia ille sunt proprie qualitates ele-
mentorum scilicet calidum frigidum et
humidum et siccum et cum non recipit
huiusmodi impressiones constat quod non
est magis vetus quam fuit a principio

a principio sue creationis et etiam constat quod quam-
vis per aggregationem luminis quod a sole provenit
ad nos calorem sentiamus tamen corpus su-
periora non sunt calida [sicut dicunt] ca-
lida sicut sol calidus et luna frigida
et sic de aliis quia per effectum suum agunt
in illa inferiora et non econverso quod patet
videmus enim quod quando luna est plena in
lumine suo tunc mare crescit et in decre-
mento sui luminis mare decrescit. Unde
patet quod luna est mater omnis humiditatis. Unde
dicit aristoteles in de proprietatibus elementorum
quod quando planete fuerunt coadunati in
signo piscium factum est diluvium quando coad-
unati fuerunt in signo geminorum factum est
mortalitas id est pestilencia. Nota nota
primo ad litteram volo dicere quod correllario sequitur
secundo quod celum nec sit calidum nec frigidum
nec humidum nec siccum hoc patet quia ille qua-
litates sunt proprie qualitates elementorum
ex quo ergo celum non est elementum nec
elementatum ideo non competunt sibi iste
qualitates ex hoc ultimus sequitur quod ce-
lum non veterescit quia non competunt sibi
ille qualitates et ille impressiones. Se- nota
cundo nota dicunt aliqui tamen nos per-
primus calefactionem corporum supercelestium
quam propriis calefactionem solis etiam per-
cipimus humiditatem lune quia quando luna est
in incremento sui luminis tunc crescit mare
et sic omnes aque et omnes humores quod tunc
est fluxus menstruorum et patet hoc per aristo-
telem in de proprietatibus elementorum qui
dicit quod quando omnes planete erant coniuncti in
signo piscium tunc erat factum magnum
diluvium sicut fuit temporibus noe. Et
quando omnes planete fuerunt coniuncti in signo
geminorum tunc fuit facta magna mortali-
tas et pestilencia. Ad hoc volo respon-

respondere per unam distinctionem quod corpora celestia
esse calida humida frigida et sicca potest
intelligi dupliciter uno modo formaliter alio modo
virtualiter primo modo non sunt calida nec frigi-
da etc. sed secundo modo bene. Tercio nota quod
sicut dicit conclusio decima illius trac-
tatus celum non est calidum nec frigidum
formaliter probatur quia sicut ipse sunt qua-
litates proprie elementorum ergo non possunt at-
tribui celo consequentia tenet quia celum non
est elementum nec elementatum. Tercio
nota quod illa licet tamen non inveniatur et dicit
conclusio undecima Celum non est magis ve-
tus quam fuit a principio probatur sic illud
quod non est transmutabile hoc non veterescit
celum est huiusmodi igitur etc. maior nota quia trans-
mutatio est causa vetustatis ut pa-
tuit in primo tractatu huius minor patet quia
non habet contrarietates elementorum que sunt inhi-
tem transmutabiles. Quinto nota quod quo-
modo aggregatione luminis solis generetur in
istis inferioribus calor quia certe calor est corporis
densum et aptatum et tale corpus aptu-
natum est inflectere radios radii autem solis
incedentes super superficie terre inflectuntur
a superficie terre et tali inflexione radii
multiplicantur et concurrunt et exinde fit ca-
lor hic super superficie terre quod autem ex
tali aggregatione radiorum possit fieri calor
patet ad experientiam in speculo concavo ubi
in puncto concursus radiorum inflexorum aspe-
cto incenditur stuppa. Sexto nota contra
hoc quod dicitur quod in augmento luminis lune cre-
scunt humores hoc patet quia luna est mater humidi-
tatis unde Albertus magnus distin-
guit quatuor quartas lune prima quar-
ta est ab incensione usque quo luna est
semiplena et illa est calida et humida
secunda alia quarta ab illo tempore usque dum
luna est plena lumine et illa est cali-
da et sicca. Tercia est ab illo tempore
donec luna decrescit ad medie-
tatem et illa est frigida et sicca
Quarta est ab illa usque ad a-
liam incensionem et illa est frigida
et humida et ita videtur velle quod
illa ultima quarta plus humescit
Septimo nota de hoc quod dicit quod
quando omnes planete fuerint coniuncti
in signo piscium quod tunc fuit factum
diluvium magnum illius causa fuit
quia pisces est signum aquaticum et
humide nature in quo virtus influere
planetarum fortificatur quando sunt
in domibus vel in signis conformita-
tibus sue nature et debilitantur quando
sunt in signis contrarie nature in quo
tunc omnes planete erant coniuncti in
piscibus tunc influencia plane-
tarum humidorum huiusmodi est lune ve-
neris et ceterorum sunt fortificati a
qualitate signi et virtus planeta-
rum siccorum huiusmodi sunt martis et sa-
turni fuit debilitata a contra-
rietate nature signi et sic influ-
encia humidorum prevaluit et sic in-
fluebat magnam aquositatem
Octavo nota contra hoc quod dicitur quod quando
omnes planete fuerint coniuncti
in geminis quod tunc erit facta mag-
na mortalitas vel pestilencia
illius causa est quia geminus est
signum calidum et humidum et ergo
planete calidi erant ibi forti-
ficati ex qualitate signi et frigi-
di erant retardati in suis influ-
encijs et sic incendebat et consicca-
bat corpora nata et illa consicca-
to est mortificata quia vita con-

sistit in calido et humido unde di-
citur quidem quod in novissimo die ob con-
iunctionem planete in signo et calido
sicut est leo et sic perhibet mundus
periculum. Et sequitur litera.

Item patet quod celum non sit colora-

tum. Hic Albertus infert tertium corre-
larium et dicit sic. Item patet quod celum
non sit coloratum, quia color causatur
ex qualitatibus elementorum. Nota
nota primo circa literam ex litera elicitur
conclusio duodecima. Celum non est
coloratum probatur quia quod est coloratum
hoc est elementatum, celum non est
elementatum igitur etc. Maior nota ex
litera, quia color est qualitas in
qua insultat ex commixtione qualita-
tum primarum adinvicem et quidquid
quod est coloratum hoc est mixtum ex
qualitatibus elementorum et elemen-
tatis, sed minor patet ex prius dictis.
nota Secundo nota duplices sunt qualita-
tes. Quedam sunt qualitates prime et
sunt quatuor scilicet caliditas frigidi-
tas siccitas humiditas et ille
dicuntur qualitates elementorum et
dicuntur prime quia sensibus aliis pri-
oribus se cognoscerent. Alie sunt
qualitates secunde sicut colores
dulcedo amaritudo grave et
leve durum et molle et ille di-
cuntur secunde quia fiunt ex commixtione
qualitatum primarum et ideo patet quod
quidquid est coloratum quod hoc habet quali-
tates elementorum. Et salve similes
illis qualitatibus. Tertio nota
nota quod duplices sunt colores, quidam
sunt extremi sicut albedo et ni-
gredo et quidam medii sicut rube-
do viriditas glaucitas et diffe-
rentia istorum adinvicem quia colores extremi
mediate insultant ex commixtione et actione
qualitatum primarum, sicut ex commixtione
frigidi et calidi ubi dominatur frigiditas
ibi causatur albedo quia frigiditas est
mater albedinis. Sed ex actione calidi et frigi-
di ubi dominatur calidum fit nigredo, sed colo-
res medii insultant ex diversa commixtione
colorum extremorum adinvicem sicut ex
commixtione albi et nigri ubi dominatur al-
bedo ibi insultant colores medii sed
plus declinant ad albedinem sicut glau-
citas et consimiles. Sed ex commixtione albi
et nigri ubi dominatur nigredo insultant colo-
res medii qui plus declinant ad ni-
gredinem sicut rubedo et huiusmodi. Hoc satis
patet in de sensu et sensato. Quarto notatur
nota dubitatur utrum celum sit coloratum et ar-
guitur quod sic, omne visibile est coloratum
celum est visibile igitur etc. Maior nota ex
secundo de anima, quia color est obiectum visus.
Minor patet ad experientiam quia nos videmus
stellas. Oppositum dicitur in litera ubi dico
quod color capitur dupliciter uno modo stricte et
sic est qualitas secunda et subiectum est in
mixtis elementis. Alio modo sumitur
large prout est communis colori stricte cap-
to et luciditati, pro hoc dico ad argumentum
quod arguitur omne visibile est coloratum
concedo maiorem secundo modo et similiter
minorem et conclusio est quia celum est luci-
dum et ideo est large coloratum ut patet ex
notabili. Aliter patet negando maiorem
omne visibile sit coloratum quia non oportet
sed sufficit quod sit lucidum, quia non solum
color est obiectum visus sed etiam lux
ut patet in secundo de anima. Sequitur

Nobilitas celi sive corporum

Hic est capitulum quartum illius tractatus

et terminatur. Sic patet Albertus ostendit quod celum non sit elementum vel elementatum. Hic probat quod corpus celeste sit nobilius omnibus corporibus istis inferioribus et dividitur illud capitulum in tres partes secundum quod probat hec tria conclusiones. Secunda pars ibi Ostendit nobilitatis corporum / tertia ibi Ostendit nobilitatis corporum. Primo dicit sic Nobilitatis celi sui corporum superiorum manifestum per elevationem sui super omnia corpora inferiora quanto enim corpus nobilius tanto altius debetur ei locus.

no Nota primo quod sententia vult dicere quod corpus celeste est nobilius corporibus inferioribus generabilibus et corruptibilibus hoc probatur per eius loco quia est elevatum super omnia corpora inferiora / sed illud quod est nobilius corpus illi debetur nobilior locus ergo quia celum habet nobiliorem locum ergo est nobilius corpus.

no Secundo nota per illam elicitur conclusio quanta decima Celum est nobilius corpus in istis inferioribus probatur sic celum habet ~~alterius locum~~ altiorem locum istis inferioribus ergo est nobilius corpus consequentia probatur quia nobiliori corpori debetur altior locus antecedens patet in littera quia celum est elevatum super omnia ista inferiora.

no Tertio nota quod nobiliori corpori debetur altior locus sic probari per ordinationem elementorum quia inter omnia elementa terra est ignobilissimum quia est fex omnium elementorum ut dicitur in de proprietatibus elementorum et ergo tenet locum infimum et aqua est nobilior terra ergo habet altiorem locum et aer est nobilior aqua ergo est supra aquam et ignis quia est nobilissimum ergo habet altissimum locum inter elementa sic etiam dicunt quidam quod sit est in speris planetarum ita quod nobiliores spere habeant altiorem locum / quia luna est fex omnium planetarum ergo habet infimum locum in ordine planetarum et sic consequenter alii planete secundum ordinem nobilitatis ordinantur super illam.

Contra dicens tunc tamen sol est nobilissimus planetarum / quia illuminat omnes planetas et tamen non habet altissimum locum // Ibi dicunt astronomi quod natura ordinavit solem in medio planetarum propter hoc quod tam superiores quam inferiores recipiunt influentiam ab eo. Unde dicunt quod sol habeat se ad alios planetas sicut cor in corpore animalis habet se ad alia membra / cor ponitur in medio corporis ut omnibus influat vitam quia sic sol ponitur in medio planetarum ut omnes illuminet.

Quarto nota dubitatur utrum celum sit nobilius omnibus corporibus inferioribus et arguitur quod non nullum in natura est nobilius natura celum est in natura planetarum corpora inferiora sunt natura ergo celum non est nobilius istis inferioribus. Oppositum dicit littera Ibi dico quod hoc sit intelligi quod celum sit nobilius omnibus corporibus inferioribus preciso motore et hoc est falsum ut probat ratio quia homo et anima alia sunt nobiliori corpori celesti precluso motore quia celum ut sic est in natura Alio modo sit intelligi incluso motore et sic est verum et sic Albertus intelligit. Secundo dubitatur utrum celum habeat altiorem locum et videtur quod non. Celum nullum habet locum ergo non habet altiorem locum consequentia tenet. Antecedens probatur quia celum non est in loco / quia totum celum non est tunc vel locus ut prius dictum est. Oppositum dicit littera. Ibi dico quod duplex sit illegi. Uno modo ut totum celum est

tota illa essentia sit i loco ut ha-
beat aliquē locū et hc ē falsū ut
pbat ratio q ultima spha no est
in loco Alio mō q quedā spere
celestes sūt in loco et ille habet
aliquē locū quā ille inferiores
sūt illa inferiori et hc ē verū q
qlibz sphā maior locat minorem
quā includit eam et hc suffit
pro illa ratione q ratio includit
q aliqua corpa celestia sūt
nobiliores istis inferiorbz et q
ratio illa eadem ratione alia
tū oīa sit eiusdē rationis Sc

Nobilitas corporū superiorū

hic ē scdm pars illius capli i qua
Albertus ponit scdam ratiom pbādo
totū celū esse nobilius corpus
istis inferioribz et primo facit hoc
scdo pro hc infert qddā corre-
lariū ibi et pro h pz primo dicit
sic Nobilitas corporū superiorū
pz pro forma sū pro figura rotūda
q ē rotūditas rotūditas enī
nobilior est oībus aliis figuris
ut dt aristotiles in libro de ce-
lo et mundo q pz pro eo q oēs
alie figure habet terminos rotū-
dos aut figura hz formā circula-
rem et circulus no hz principiū ne-
qz finem sz in se terminatus est
q aute corpa superiora sūt ro-
tūda supra visū est Nota
nota primo circa litterā correlariū elicitur
ratio pbans conclusiū in pdicta
et ē in forma hec Illud est
nobilius q hz nobilissimam figurā
sz celū ē huiusmodi igitur etc maior nota
q nobiliori corpi debet nobili-
or figura ~~minor pz~~ q celū habz

figuram circulare vel spericā et illa est
nobilissima figura sicut pz p aristotilem
i scdo celi et mundi Scdo nota q nobi-
litate figure sū pt cognosci nobilitas
corporis q qlibz corpus determinat sibi
ppriam figuram et q° ergo nobilius corpus
determinat sibi ppriam figuram Tercio
nota q figura rotūdalis sperica sit
nobilissima figurarū hc pz et ~~pbat sic Cir-~~
culus ē figura pfectissima sz figura speri-
ca ē circularis igitur etc an ~~maior~~ pbatur
q circulus non hz terminū sicud figure an-
gulares sed semp terminat i seipo principiū
distas a fine ~~minor~~ pz de se Quarto
nota q figura circularis sit nobilissima hc
ergo pbat sic Illud q ē capacissimū
hc inter oēs figuras ē nobilissimū sz figura
sperica sū circularis ē capacissima inter
oēs figuras igitur etc maior nota pro terminis
minor pbat q nulla alia figura angu-
laris ē ita capax sicut sperica q
oīa corpora pportione sphā ē capacissima
Quinto nota adhuc pt aliter pbari q
figura sperica sit nobilissima figurarū
illa figura ē nobilissima q ē apta ad
motū aptissimū sū spericū figura spe-
rica ē huiusmodi igitur etc ~~maior~~ nota pro terminis
minor pbat pro scdo celi qa motus circu-
laris ē nobilissimus oīm motuū ut pz
ibidem et ad illū figura sperica ē ap-
tissima ut pz ~~scdo celi~~ ubi dicit q nulla
figura est est ita apta ad motū circula-
rem sicut sperica q aute celū habe-
at figuram spericam prius pbatū est Sc

Et ob hoc quod celi ē corruptibile

hic Albertus pro illa ratione infert qddam
correlariū ~~et dividit~~ q primo facit hc
~~scdo~~ ponit qddā notabile ibi ~~et nota~~

primo d' sit Et ob hoc q celum e rotundu
oia corpa inferiora sut rotunda / et ex h' ul
timus infert correlariu dicens Et ob hoc
finitu oe rotundu s3 mediu et oe mediu
s3 extrema et q s3 extrema est finitu
Et Subdit q aute oia illa corpa sut
inferiora sut rotunda p3 p3 igms cu cotmet
in celo q e rotundu cotmet figura ro
tundam / sicut d' in libro de celo et mundo
et ob h' finitus e et aer cu cotmeat ab
igne profudo rotundus est et ob h' finitus
et silit in alijs Et nota q tra e discoo
perta / q deus voluit hoies habere in
ea / Nota ex illa elicit corclusio co
clusio tricadecia Oia elemeta sut cor
pa rotunda / illa pbat' / oe q cotmetur
a corpe rotundo et adequate incluidit
in ipo h' e rotundu elemetu q libet
e hmoi i' ergo maior p3 / qa cotetu figurat
ad figuram cotinetis / minor p3 in ltra / q
ignis cotmet a spera lune q e rotunda
g etia spera ignis e rotunda et spera
aeris includit a spera ignis q e rotunda
i' et aer et sic de alijs Nota ex illa
lra Et ob h' elicit colusio quartadecia
et e correlariu illius correlarij positi
oia elemeta sut corpa finita / q illa pro
bat' sic Omne corpus rotundu e corpus
finitu / oe elemetu e corpus rotundu
i' ergo maior pbat' q oe rotundu s3 extre
ma et h' e finitu / s3 minor p3 ex coseqte
priori S3 aliquis dicet / tu aqua non e
sperica / q no cotedat tota tra ex oi
pte Ad hoc respodet in lra / q h' est
ppt h' / q deus voluit ista quarta tre
inhabitabilem ab aialibz esse discoopta
aqua ad cocedu vita aiantiu / quia aia
lia respirancia et inspiracia no possut ha
bitare sub aqua / quia no pnt ibi respi
rare et inspirare / ut g' aialia non peri

ret voluit deus illa pte tre disco
operire ab aqua Nota adhuc no
obstante illo / adhuc aqua e spe
rice figure sicut pbat' in scdo
celi et p auctoritate celi spere
expienciam / Unde ptes aque sut
sperice figure i' et tota aqua
cosequencia tenet / quia e eade
e racio totius et ptis / ppt hoc
quia aqua e corpus omogeneu
ius aute p3 p3 quia gutte
aque sut rotunde sicut p3 in
guttis roris et hoc ide pbat
auctor spere expiencie sit Si ali
quis existens in navi signat me
tu vel nota in littore et naviget
a littore / tu diu donec existens
in pede mali no videt illa nota
si aute ascedit malu videbit
illud quam no potuit vide in pe
de mali et h' no e ppt aliud
nisi ppt tumorem aque g' aq
est tumida et declinet ad speri
citatem Nota dicens tu existo
videt' in forma q prima racio
auctoris no bn stat / quia p'a
racio pbavit celu esse nobilius
alijs corpibus / ppt h' q s3 figuraz
nobiliorem / sic nu dicit q
elemeta habeat illa figuram
g' celu ppt h' no est nobilius
elemetis Ibi dico q corpus
celeste principalit et ex se vel
s3 figuram spericam / elemeta
aute habet ea ppt h' q inclu
dut' in corpe celesti loniab Ve

Ite nobilitas corpor

Hic Albertus post certifica
cionem ad pbadu nobilitatem
celi et est pbs principalis

capituli [struck: et dicitur sic]. Item nobilitas corporum superiorum patet ex comparatione inferiorum, sunt enim ingenerabilia et incorruptibilia, virtute activa tamen respectu inferiorum habentia. Nota tamen litteram ex littera elicitur ratio tertia ad probandum nobilitatem celi, et est illa: omne corpus ingenerabile et incorruptibile vel impassibile est nobilius corporibus passibilibus et generabilibus et corruptibilibus; sed corpus celeste est ingenerabile et incorruptibile et impassibile. Corpora autem inferiora sunt generabilia et corruptibilia et passibilia, igitur etc. Maior et minor patet [struck: satis]. Secundo nota quod celum sit impassibile, hoc probatur ex antedictis. Omne quod est passibile hoc est elementum vel elementatum; celum non est elementum nec elementatum, igitur etc. Maior nota quia actio et passio est inter qualitates elementorum vel inter qualitates consultantes ex qualitatibus elementorum. Sed minor patet ex prius dictis. Tercio nota quod celum sit ingenerabile et incorruptibile, hoc etiam probatur [struck: ex prius dictis], quia omne quod generatur vel corrumpitur, generatur vel corrumpitur a suo contrario; celum non habet contrarium, igitur etc. Maior et minor patet ex prius dictis. Quarto nota quod celum habeat virtutem activam respectu inferiorum, hoc etiam patet quia generat in inferiori et alterat inferiora; hoc bene patet ex primo metheororum ubi dicit quod ille mundus inferior contiguus est superiori lationi ut virtus eius inde gubernetur. Hoc patet etiam secundo physicorum ubi dicit quod homo generat hominem et sol

et in secundo de generatione ubi dicit quod latio solis in obliquo circulo est causa generationis et corruptionis istis inferioribus. Quinto nota dubitatur utrum celum sit impassibile, et arguitur quod non, quia celum est mobile, igitur passibile. Consequentia probatur quia moveri est pati, movere non agere, ambo patet de se. Oppositum dicit Albertus in littera. Ad illam rationem dico: quando arguitur celum est mobile, ergo est passibile, nego consequentiam. Ad probationem cum dicitur movere est agere, moveri non pati, ut patet per commentatorem [struck: tertio physicorum], quia omne agens movet, non autem omne movens agit, sic omne patiens movetur, sed non omne quod movetur patitur. Aliter potest dici quod duplex est passio: quedam est passio corruptiva vel cum abiectione contrarii, et tale non patitur celum. Alia est passio salvativa vel perfectiva, cuiusmodi est illuminari, et tale bene patitur celum quia illuminatur ut patet ad experientiam. Sequitur littera.

Et quia celum nobilius sit omnibus

Hic est capitulum sextum illius tractatus et continuatur sic: prius Albertus determinavit de nobilitate corporis celestis, hic [struck: modo] determinat de motu celesti et [struck: dividitur] in duas partes: primo probat quod motus celi sit perpetuus, secundo quod motus celi nec sit naturalis nec violentus, secunda ibi quod motus celi ut sit. Prima [struck: dividitur] in tres secundum quod probat hoc tribus rationibus, scilicet quod motus celi sit perpetuus. Secunda ibi item quod nobilitas celi circularis, tertia ibi primo motus celi. Prima adhuc dividitur quia primo ponit intentum suum, secundo consequitur; secunda ibi quod autem motus celi primo dicitur sic. Et quia celum nobilius sit omnibus corporibus inferioribus, propter hoc [struck: debet] ei motus nobilior scilicet circularis secundum naturam perpetuus

ab omni fatigatione et pena alicuius. Subdit postea
rationem probantem motum celi esse perpetuum
dicens, quod autem motus celi sit perpetuus
manifestum est ex eo quod principium motus
ipsius non potest separari ab ipso. Illud enim prin-
cipium est sibi coniunctum vel unitum. Si contin-
git motus celi esse accidentalis sive vio-
lentus, sed omne accidentale sive violentum
velociter transit sicut dicit Aristoteles in
libro de celo et mundo. Sic ergo motus celi
iam dudum transisset; restat ergo quod illud
principium non potest ab eo separari. Sed omne
quod est unitum hic est nisi per passionem vel alicuius
contrarietatem, sed celum est impassibile
non habens contrarietatem, ab unitum ergo illud
principium non removetur ab ipso, ergo motus ce-
15 li est perpetuus. Nota circa litteram primo quod
dicit quod celum est nobilius istis inferioribus
corporibus inferioribus ut iam dictum est,
ergo sibi debetur etiam nobilior motus. Sed
motus circularis qui est perpetuus ab omni
pena et fatigatione alicuius. Quod autem motus
celi sit ~~perpetuus sic probatur~~ sic quia principium
motus non potest separari a motu, ~~ergo~~ conti-
nue et perpetue ipsum movebit. Quod autem non possit
ab eo separari ~~hic patet~~ quia vel est unitum celo
vel coniunctum celo, non coniunctum quia sic motus
celi esset violentus quia fieret a principio ex-
trinseco non conferente vim passo et sic non
esset perpetuus quia nullum violentum perpetuum
ut patet primo celi; ~~ergo est~~ unitum ipsum celo,
sed omne quod est unitum aliquid non potest ab eo
separari nisi per passionem; celum autem non est
passibile sed impassibile, ergo ~~motor non potest~~
ab eo sic separari, ergo movebitur perpetue. Secundo
16 nota hic elicitur conclusio sextadecima: mo-
tus celi est perpetuus et illa debet sic intelligi
quod celum perpetue movebitur, et probatur sic:
Cuius motus cuius motor non potest separari ab
ipso mobili est perpetuus; motus celi
est huiusmodi igitur etc. ~~Minor patet~~ quia si non potest
separari a mobili hic continue mo-
vebit ipsum. ~~Sed minor~~ probatur sic: vel
motor celi est unitum celo vel coniunctum;
non potest dici quod sit coniunctum, quia sic
motus celi esset violentus quia
fieret a principio extrinseco et per
consequens non esset perpetuus quia
nullum violentum perpetuum, quia vio-
lenta successive transeunt ut patet
primo celi. Ergo relinquitur quod est unitum
celo; tunc ultra arguitur sic: illud
quod unitum aliquid ab ipso non
potest separari nisi cum pena vel pas-
sione; ergo motor celi si deberet
ab ipso separari separaretur cum pena
et fatigatione; sed celum non est passi-
bile, ergo motus celi non est separa-
bilis. Tercio nota etiam elicitur nota
per eandem circa conclusio septimade-
cima: motus celi est nobilissimus motuum;
probatur sic: Ille motus qui est no-
bilissimi corporis est nobilissimus motus;
motus celi est huiusmodi igitur etc. Maior
nota quia nobiliori corpori debetur
nobilior motus, ~~minor patet~~ ex precede-
nti capitulo. Quarto nota quod secta nota
non physicorum ~~probatur~~ adducit aliam
rationem quod motus celi sit eternus
sic: Omne movens quod movet sine
fatigatione et pena illius motus
est eternus; celum est huiusmodi igitur etc. Maior
nota de se, sed minor ponitur in littera
quia dicit quod secundum illam perpetuus
sine pena vel ab omni pena et fati-
gatione. Galienus et probatur ratione
~~utraque~~ ubicumque motus in eo quod
movet non movetur per se non per
accidens, ~~ibi~~ movet sine fatigatione

sed motor celi in eo quod movet nec
movetur ipse non paciendo ergo mo
vet sine fatigatione / patet minor / quia
si non movetur tunc non fatigatur
sed minor patet celi non inheret corpori
celesti. Quinto nota dubitatur
utrum motor celi sit intra celum
et videtur quod non / quia si sit in
eo quod movetur movetur paciendo
consequens ut iam dictum est conse
quentia probatur / quia motus nobis
movetur omnia / que in nobis sunt. Ibi
dico quod motorem celi esse in celo
potest intelligi dupliciter: uno modo sic / quod
sit ibi inherens et sic est falsum
ut probat ratio / Alio modo quod sit ibi
per operationem et sic debet intelligi quod
operatio motoris celestis non potest
separari a celo. Sexto nota quod celum
sit impassibile hoc patet quoniam corpus deus
quia non est receptivum peregrinarum
impressionum. Sequitur littera

Quod motus celi circularis

Hic Albertus ponit secundam rationem
ad probandum conclusionem predictam
scilicet quod perpetuus ~~et dicitur sit~~ Item
quod motus celi circularis sit perpetuus
secundum naturam patet in eo quod non habet
intensionem vel remissionem sed semper
est uniformis. Et subdit tertiam
rationem nec magis tendit ad atti
ngendum illud ubi vel illud propter
causam motus celestis non ten
dit ad aliquem finem acquirendum
ergo est perpetuus secundum naturam
Nota primo circa litteram quod littera dicit
sicut ratio secunda ad probandum con
clusionem secundam decimam / ~~et talis~~

ille motus qui non intenditur nec remittitur
et semper est uniformis ille est perpetuus motus
celi est huiusmodi igitur etc. / ~~maior~~ patet / quia nullus
motus difformis est perpetuus / sed ~~minor~~
~~potest probari per predicta sic~~ Ille motus est
uniformis qui fit a motore movente sine
fatigatione / sed motor celi movet sine fa
tigatione celum est huiusmodi igitur etc. / ~~maior nota~~
quia fatigatus movens sine fatigatione movet uni
formiter / ~~minor~~ patet ex predictis. Secundo nota
circa illam litteram Nec magis intendit
Ibi subditur ratio probans conclusionem predic
tam et formatur ~~et informatur~~ sic. Ille
motus qui non est propter aliquem finem
vel aliquam perfectionem acquirendam ille est
perpetuus motus celi est ~~huiusmodi igitur etc.~~
~~maior nota~~ quia omnis motus qui est propter
aliquem finem / vel propter aliquem finem illa
perfectione acquisita cessat motus
quia habitibus presentibus cessat omnino actio
ex primo de generatione ergo ex opposito motus
qui non est propter aliquam talem perfectionem est
perpetuus sed ~~minor~~ patet in littera, quia motus
celi non est plus ad unum ubi quam
ad aliud nec est propter aliquam perfectionem
acquirendam sed propter perfectionem habitam
conservandam. Tertio nota / dubitatur utrum
motus celi intendatur vel remittatur
vel non. Vel utrum sit uniformis et videtur
quod non / motus planetarum est motus
celi et ille est difformis igitur motus celi est
difformis consequentia tenet / antecedens quoad primam
partem patet / quia planete sunt corpora ce
lestia / sed quoad secundam partem patet / quia pla
nete moventur aliquando tardius ut quando sunt
retrogradi aliquando velocius ut quando sunt
directi / talis autem motus / qui aliquando
est velocior et aliquando tardior est diffor
mis igitur etc. Oppositum dicit in littera. Ibi dico
quod illud quod dicitur in littera debet intelligi de

motu diurno primi mobilis / quia qui ipsum secum omnes speras planetarum / de motu autem proprio planetarum non intelligit nec sic procedit ratio. Quarto nota circa litteram secundam sive partem huius secunde utrum motus celi sit propter aliquem finem vel perfectionem videtur quod sic / quia si non sequeretur quod deus et natura facerent aliquid frustra consequens falsum [struck] falsitas consequentis patet primo celi / quia movet celum et non propter aliquem finem ergo frustra / patet secundo motus celi est propter continuationem et generationem illorum inferiorum ergo non est frustra consequentia tenet / antecedens patet per ipsius dictis / Oppositum dicitur in littera [struck] ratione dico quod duplices sunt motores quidam sunt qui movent propter aliquem habitum de motu acquirendum et tales non movent perpetue / Alii sunt qui movent propter aliquid de novo acquirendum / sed et habitum conservandum / et tales sunt motores celestes qui non movent propter aliquid de novo acquirendum / sed ut perfectionem quam habent conservent ut dicitur in duodecimo methaphisice / Post hoc dico ad rationes ad primam quando arguitur sequitur quod deus et natura etc. nego consequentiam / Ad probationem dico quod licet non moveat propter aliquam finem acquirendum tamen movet propter habitum et finem conservandum et sic non movetur frustra / Ad secundam quando arguitur / celum movetur propter continuationem illorum inferiorum concedo totam rationem / quia probat quod celum movetur propter aliquem finem / sed tamen ille finis non est intrinsecus celi vel motoris sed alterius / sed littera intelligit quod non movetur propter aliquem finem sibi de novo acquirendum / Sequitur littera

Motus celi non est naturalis

hic est secunda pars illius capituli ~~continuatur~~ sicut Albertus probavit quod motus celi sit perpetuus / ~~hic probat~~ quod non est naturalis nec violentus / ~~et dividitur~~ quia primo probat / quod non sit naturalis / secundo quod non sit violentus / ibi quod autem motus celi non sit violentus / prima dividitur adhuc in duas / primo probat hoc in una ratione secundo alia / secunda ibi Est quod motus celi / primo dicit sic / Est motus celi non est naturalis nec violentus patet quod eo quod omnis talis motus [illegible] est / ponamus ergo quod aliquod corpus sive naturaliter sive violenter moveatur per aliquam lineam sive spatium finitum / et cum spatium finitum est / illud corpus aliquale pertransit spatium illud cum finitum sit / aut ergo stabit ibi aut non / Si stabit ergo quiescit in puncto / ergo motus celi non est perpetuus / si vero non stabit / ergo relinquit in eodem tempore aliud in alio / Si in eodem ergo sic in eodem tempore ibit et redibit / ergo duo opposita erunt in eodem tempore quod est impossibile / Si ergo quiesceret in medio illorum temporum ergo cessavit ille motus id est non est perpetuus / licet probatum est quod motus celi non est perpetuus secundum naturam nec erit talis nec violentus

no Nota primo circa litteram quod littera ~~conclusio octauadecima~~ illius tractatus et est hec motus celi non est naturalis et probatur quod littera sic nullus motus naturalis est perpetuus motus celi est perpetuus ~~igitur non est~~ naturalis ~~maior probatur~~ sic ~~nullus~~ motus circularis est perpetuus ~~omnis~~ motus naturalis est rectus igitur etc ~~maior probatur~~ quia capiatur quod aliquod corpus quod mouetur motu recto per aliquod spatium tunc necesse est quod hoc aliquando perueniat ad finem istius spatii ~~quia hoc spatium~~ est finitum quia nullum spatium est infinitum secundum extensionem ut ~~prius probatum~~ est quod cum ergo perueniet ad finem illius spatii uel tunc stabit uel non stabit. Si stabit tunc quiescet et per consequens ille motus non erit perpetuus quod est oppositum. Si autem non stabit ergo redibit quia non potest ulterius procedere cum sit in fine spatii illius ergo oportet quod redeat per idem spatium. Sed ergo redibit in eodem tempore quo prius mouebatur ~~uel in~~ alio. non potest dici quod in eodem quia sic sequeretur quod aliquid moueretur in eodem tempore oppositis motibus hoc est ~~falsum~~ ut patet ex hiis secundo physicorum ~~consequentia~~ tenet tamen illud mobile mouetur ad oppositos terminos ergo oppositis motibus. Si autem dicatur quod in alio tempore redibit ergo tempore medio inter illa duo tempora quiescit et per consequens talis motus desinit esse ~~ergo~~ non est perpetuus

~~Sed minor~~ scilicet quod ~~omnis motus naturalis~~ sit motus rectus quia hic capitur motus naturalis pro motu elementorum et elementatorum sursum uel deorsum et quod ille sit rectus patet. Sed ~~minor~~ primi sylogismi scilicet quod motus celi sit perpetuus iam probatum est. Secundo nota quod illa ratione sic probatur quod motus celi non sit naturalis nec violentus quia eadem esset si poneretur aliquod corpus moueri violenter ubi ponitur quod moueatur naturaliter. Tertio nota ~~dubitatur~~ utrum motus contrarii uel ad contrarios terminos possit fieri in eodem tempore et videtur quod sic. talis motus possit fieri sine quiete media ergo possunt fieri ~~in eodem~~ tempore consequentia tenet de se antecedens probatur in tali casu ponatur quod aliquis magnus lapis sicut molaris descendat deorsum et proiciatur versus prius lapillus sursum donec tangat istum magnum lapidem uel tunc immediate descendit uel quiescit. Si dicatur quod statim descendit ergo simul ascendit et descendit in eodem tempore nulla quiete intercedente media ergo in eodem tempore mouetur contrariis motibus ~~scilicet~~ ascensus et descensus hoc est oppositum. Si autem dicatur quod quiescit ~~ergo~~ in isto tempore quietis sustentat istum magnum lapidem ne descendat et videtur esse inconueniens. Oppositum ~~patet~~ in littera quia super hoc fundatur tota ratio. ubi dicunt quidam qui arguunt talis motus potest esse sine quiete media ipsi negant antecedens ad probationem de isto lapide dicunt quod aer qui impellitur ab isto magno lapide prius

tangit primo lapidem qui est ita mag-
nus et ille facit eum quiescere et postea de-
scendere quia tangitur a magno lapide. Aliter
potest dici quod in primo instanti contactus
desinit ascendere et incipit descendere et sic
utitur in eodem puncto bis et sic contingit
ipsum quiescere ut patuit in primo tractatu
tu. Sequitur litera

Item talis motus intenditur et re

Hic Albertus adducit secundam rationem
ad probandum conclusionem predictam ~~et dicit~~
sic. Item talis motus intenditur et re-
mittitur ergo motus celi non est naturalis
quia omnis motus est ab aliquo. Et sub-
dit tertiam rationem ad idem probandum dicens
Item adhuc probat quod motus celi non
sit naturalis quia omnis motus naturalis est
ab aliquo in aliquid et semper intendit ad
acquirendum aliquid quo acquisito quie-
scit illud mobile, motus autem celi non
acquirit aliquid in quo quiescat, ergo
[nota] non est naturalis. Nota primo circa literam
quod prima parte litere elicitur ratio talis et
est secunda probans conclusionem secundam in
forma. Hec omnis motus naturalis intenditur
et remittitur, motus celi non intenditur nec
remittitur ergo non est naturalis ~~maior~~ nota ex
prius dictis in primo tractatu, quod motus
naturalis est in principio tardior et in fine
velocior intensior, ~~sed minor~~ patet ex prius dictis
quod motus celi est uniformis. Secundo
[nota] nota circa literam ~~ubi adhuc~~ ubi sumitur
tertia ratio ad eandem conclusionem proban-
dam et probatur sic et formatur sic omnis
motus naturalis est propter aliquid acquiren-
dum quo acquisito mobile quiescit
Sed motus celi non est propter aliquid
acquirendum quo acquisito quiescit

~~ergo et maior~~ patet in inductione, quia
grave descendit propter hoc ut ac-
quirat locum deorsum et leve
ascendit propter hoc ut acquirat lo-
cum sursum quo acquisito quiescit
~~sed minor~~ patet ex prius dictis, quia
motus celi non est propter aliquid
de motu acquirendum. Tertio [nota]
nota causam quare motus natura-
lis est in principio remissus et
in fine intensus. Ratio est hec [nota]
quia in principio est maior resistentia
quam in fine, quia in fine resis-
tentia est corrupta, plus quam
in principio ubi autem est maior
resistentia respectu eiusdem agentis
ibi est tardior motus quam ubi
est minor. Quarto nota quod ille [nota]
rationes omnes bene probant quod
motus celi non est naturalis, sic quod
celum moveatur naturaliter motu intrinseco
non tamen probant quin sit sit naturalis
quod non est violentus quia
non sit a principio extrinseco non
conferente vim passo. Sequitur

Ex hiis sumitur ratio quarta

Hic Albertus adducit quartam
rationem ad probandum conclusionem
predictam scilicet quod motus celi
non sit naturalis et dicit sic. Ex
prius litera sumitur ratio quarta ad
probandum conclusionem predictam
et est in forma hec. Si motus
celi esset naturalis tunc sequeretur
quod omnes spere moverentur versus
eandem partem consequens fal-
sum ergo et antecedens. Falsitas conseque-
tis in secundo celi et per astrono-
mos communiter qui dicunt

quod octava sphera movetur ab orien-
te in occidens redeundo in oriens
redeundo in occidens, sed certum est
quod oriens et occidens sunt oppo-
sita probatur consequentia quia omnia
que moventur naturaliter si sunt speciei ~~naturaliter~~
eiusdem et eiusdem nature ~~tunc~~
ergo si ~~moverent~~ moventur naturaliter ~~moventur~~ moventur
ad eundem locum tunc movetur ad
eundem locum sicut levia moventur
sursum et omnia gravia moventur ~~deorsum~~ deorsum
ad centrum mundi, sed certum est
quod omnes sphere celestes sunt eiusdem
speciei et eiusdem nature ergo si mo-
verentur naturaliter moverentur ad eundem
nota locum. Secundo nota circa illam litteram
quartam alia ratione, ubi sunt ~~tres~~
probantes conclusionem predictam ~~et formi~~
~~sunt~~ Ille motus est causa omnium
motuum naturalium non est naturalis sed
supra naturam, sed motus celi est
causa omnium motuum naturalium ~~ergo~~
~~maior probatur quia~~ causa melior
naturaliter est prior causato, sed
minor patet expositus, quia motus
celi est causa quod illa inferiora
generantur et corrumpuntur et alterantur
no Tertio nota quod omnia que sunt eiusdem
nature moventur ad eundem locum
motu naturali patet per Aristotelem in
tertio physicorum, ubi dicit quod ad
eundem locum tota terra movetur
et quelibet eius glebus. Quarto
no nota videtur quod omnes partes celi
moveantur versus eandem partem
quia omnes moventur ab oriente
in occidens et econverso in oriens
redeundo in uno die naturali ergo
omnes moventur eodem motu. Ubi dico
quod duplex est motus celi quidam

est motus celi primi mobilis et vocatur
motus diurnus, quia completur in die naturali
in isto motu moventur omnes sphere cele-
stes versus eandem partem, quia primum
mobile rapit secum omnes spheras inferiores
Alius est motus planetarum proprius et
ille est ab occidente in oriens et vocatur
motus immissionis ab astronomis, quia est contra
incessum primi mobilis, ut dicitur in littera et istum
motum quidem planete complent citius
et quidem tardius, quia luna complet
eum in uno mense, sed sol in uno anno
et sic de aliis ut habetur videlicet in spera
et in aliis libris astronomorum. Quinto no
nota ~~dubitatur~~ circa litteram utrum motus
planetarum sit ab occidente in oriens
~~et videtur quod non~~, quia si sic tunc idem
moveretur contrariis motibus consequens
falsum est ~~et minor~~, falsitas probatur in quinto
physicorum et consequentia probatur, quia si
planete moverentur ab occidente in ori-
ens cum etiam moveantur motu primi mo-
bilis ab oriente in occidentem, sic moue-
rentur versus oriens et occidens et hii sunt
contrarii motus igitur etc. Ubi dico quod ratio
bene concluderet, si esset idem motus esset
super eisdem ~~possibilibus~~ polis et super eisdem
spaciis et hoc non est, quia motus primi
mobilis et motus raptus planetarum
est super polis mundi, sed motus immissionis
planetarum est super polis zodiaci igitur etc.
Sexto nota quod motus celi sit motus no
inferiorum prius dictum est. Dicit littera
sic Tertia alia ratio probatur quod motus
celi non sit naturalis, quia ea que moventur
naturaliter sunt eiusdem speciei et eiusdem
nature moventur versus eandem partem
sicut omnia gravia descendunt deorsum
et omnia levia ascendunt ad superiora ergo

cum mitu celum sit eiusdem speciei et eiusdem nature si motus eius esset naturalis moueretur sub eadem parte sicut omnia grauia descendunt ad centrum et omnia leuia ascendunt ad superiora ergo cum celum sit eiusdem speciei et eiusdem nature si motus eius esset naturalis mouetur sub eadem parte et illa est ubi dicitur de diuersitate sed probatum est in astronomia et aristoteles dicit in libro de celo et mundo quod octaua spera mouetur ab oriente in occidentem et alie septem spere mouentur contra in cessu primi mobilis ergo non mouetur sub eadem parte ergo motus celi non est naturalis Et subdit quandam rationem dicens Item alia ratione probatur quod motus celi non est naturalis quia motus celi est principium nature rerum naturalium quia mediante motu illo omnes res naturales generantur et corrumpuntur et alterantur Illud autem quod est causa alterius fortius est nobilius eo cuius est causa et ita cum motus sit principium rerum naturalium non est subiectus nature ergo non est naturalis sed supra naturalem Sequitur licet

Quod autem motus celi non sit

hic Albertus probat quod motus celi non sit violentus ~~et dividit~~ quia primo facit hoc secundo probat etiam quod non est naturalis Secunda ibi ~~Sibi~~ ostendendum est primo dicit sic Quod autem motus celi non sit violentus probatum est supra de eo cum violentum velociter transit Nota
no primo quod hec conclusio cum conclusio nonadecima illius tractatus et est hec motus celi non est violentus et probatur sic quilibet motus violentus est non perpetuus motus celi est perpetuus ergo non est violentus ~~maior~~ patet consequentia quia violentum velociter transit sed minor probatur quia prius probatus est

Secundo nota eadem conclusio potest probari aliter sic Si motus celi esset violentus sequeretur quod diu transisset consequens falsum ut patet consequentia tenet ut prius no

Tertio nota quod violentum velociter transit Cuius ratio est quia violentum dicitur hic quod competit alicui contra inclinationem naturalem hoc autem non potest diu sustineri quod est contrarium rei Quarto nota quod omnis motus qui mouet violenter mouet cum pena et fatigatione Si ergo motor celestis moueret violenter moueret cum fatigatione et pena et sic non moueret perpetue nec uniformiter cuius oppositum prius dictum est Sequitur

no 3 ratio no 4

Similiter ostendendum est

hic Albertus probat quod motus celi non est naturalis et ~~dividit~~ quia primo facit hoc secundo ostendit dicit qualis sit motus celi Secunda ibi Preter hoc ergo motus ipsius ad hunc modum sed quod ponit duas rationes probantes hoc Secunda ibi Item talis motus Primo dicit sic Similiter ostendendum est quod non sit naturalis quia dicit ~~aristoteles~~ quod motus naturalis non fit sine pena et alteratione et labore et fatigatione ergo motus celi non est naturalis Et subdit secundam rationem dicens Item motus celi intenditur et remittitur motus

celi non intendit nec remittitur
ergo non est naturalis. Nota primo
no solam elicit conclusio vicesima
motus celi non est naturalis probatur
primo sic omnis motus naturalis est
cum pena labore cum fatigatione
et eternatus motus celi non
est cum fatigatione nec labore ~~et~~
maior ~~probatur~~ quia natura movet cor
pus contra inclinationem naturalem quia
natura movet corpus progressive
corpus ~~et sic non~~ est aptum na= — motus celi sit naturalis
tum moveri progressive sed motu
recto ergo natura inclinationem habet
ad motum quod movet ipsam natura
omnis autem motus qui est contra
inclinationem naturalem ille est cum
pena et labore et cum resistencia
et prosequens cum fatigatione et
prosequens est terminatus vel
terminabilis quia nullus motus qui
est cum fatigatione potest esse per
petuus sed minor probatur scilicet
quod celum moveatur sine labore
et fatigatione quia celum non habet
aliquam inclinationem ad aliud mo
tum quam ad istum quo utitur
movetur a suo motore et prose
quens non est ibi aliqua re
missio ~~etiam~~ probatur secundo quia
motus celestis in eo quod movetur
nec movetur ipse nec partes eius
quia non est contrarius materialis
~~et per~~ consequens non est fraccibilis
~~et per consequens~~ movet sine pena
et dolore et per consequens movetur
perpetue. Hec autem patent conclusione
no dictis. Secundo nota circa illam tertiam
ita talis motus ibi sunt contra
secundum probans conclusionem predictam
sic omnis motus naturalis intenditur

et remittitur motus celi non intenditur nec
remittitur ~~et si maior probatur~~ per dictum in primo
tractatu in capitulo de motu. Ibi dicit
quod motus naturalis est in principio remissus
et in fine intensus et in sic remissus ~~et~~
intenditur et remittitur. ~~Sed minor~~ patet conclusione
dictis quia motus celi est uniformis. Tertio no
nota dubitatur utrum motus celi sit naturalis
~~et arguitur quod sic~~ motus celi est ab natura
ergo motus celi est naturalis ~~consequentia tenet~~
ipse ~~aut probatur~~ in secundo celi ubi dicit
quod celum est quoddam naturale et patet per oppositum
in de substantia orbis. Oppositum dicitur in littera.
Ubi dico quod motum esse naturalem intelligitur
dupliciter uno modo quod sit ab natura in herere et in
informatione quod sit per mobilis ~~et sic~~ non
est naturalis. Alio modo potest intelligi quod fiet ab
natura separata quod non sit per mobilis sed
concurrat solum per perfectionem et sic potest dici natura=
lis quia motus celi potest vocari natura celi
et sic per auctoritates quod allegatur in littera.
Deinde dubitatur utrum motus celi sit sine
resistencia et arguitur quod non quia corpus
celeste est inclinatum ad quietem ergo
motor movet ipsum contra inclinationem
naturalem et movet ipsum cum labore et fatiga=
tione consequentia tenet conclusione dictis.
Minor patet. De oppositum dicitur in littera. Ubi
dico quod duplex est inclinatio corporis mo-
bilis quedam est ad motum contrarium et
talis est causa resistencie et laboris.
Alia est inclinatio ad quietem et talis est
causa laboris vel resistencie. Sequitur.

Preter hos ergo motus

Hic est ultima pars illius capituli in qua Al
bertus ostendit qualis sit motus celi
et dicit Preter hos ergo motus celi
oportet ponere alium motum celi scilicet circula
rem sicut dicit Aristoteles in libro
de celo et mundo de quo dicit Avicenna

quod non simpliciter animalis sed per similitudinem / quia
sicut humana anima movet corpus humanum
et corpus obedit ei ita angeli ex quo cog-
noscunt et vident suum creatorem ex dilectione
et desiderio movent illas speras ita quod
prima spera que est maioris sphere ex tali
desiderio movetur a principio ordine unde
ipse appellat istum motum spiritualem motum de-
siderii et sic secunda spera movetur illo or-
no dine et sic de singulis per ordinem / Nota
ipse dicit quod angeli sunt quasi ~~angeli~~ anime
non tamen simpliciter sunt anime et ideo motus
ille celestis dicitur motus animalis / No-
no ta ex illa litera elicitur conclusio universalis
prima / motus celi est animalis illa patet
auctoritate aristotilis primo celi / Secundo
nota circa litteram de quo dicit / Avicenna
dicit quod motus celi quodammodo assi-
milatur motui animalis et hoc sicut anima
humana movet corpus et corpus obedit
ei / sic intelligentia vel angelus movet
celum ex desiderio / et differunt in hoc
a motu animalis quod non est cum fatigatione
et pena sicut motus animalis / Tercio
no nota quod intelligentia motus effective
movet primum orbem puta octavam
speram et ~~ergo~~ dicitur de ordine primo / Secundo
movet secundum orbem puta orbem
saturni et ergo dicitur de ordine secundo / et sic con-
sequenter de aliis et sic non sunt plures
intelligentie moventes effective quam
orbes moti / Sed prima intelligentia vel prima
causa non movet effective / sed in ra-
tione finis / et Avicenna dicit / quod illi an-
geli vel intelligentie sunt quodammodo anime non
no tamen sunt simpliciter anime / Quarto nota Avi-
cenna appellat ~~mot~~ motum celi motum
desiderii / quia ut patet per commentatorem
secundo methaphysice / intelligentie movent
sicut animantes desiderantes quia
ex eo quod cognoscunt primum et cog-
noscunt se non posse consequi
in sua perfectione nisi per motum
ergo continue appetunt movere
et sic movent sicut animantes de-
siderantes / sed primum movet
sicut amatum et desideratum / quia
omnia movet propter finem / primum
ut assimilentur primo quantum est
possibile / Secundo nota circa hoc no
quod dicit prius probatum est quod
motus celi non sit naturalis /
quia naturale capitur dupliciter uno modo
large prout distinguitur contra
violentum et sic quidquid non
est violentum est naturale et sic
motus celi est naturalissimus / Alio
modo motus naturalis dicitur quod
fit a natura intrinseca / sicut mo-
tus gravium et levium fit a gravi-
tate et levitate intrinseca
et sic motus celi non est na-
turalis ut probat racionibus / Sex- no
to nota circa hoc dicit quod ange-
li de primo ordine movent primum
orbem hoc est theologice quia
theologi ponunt plures ordines
angelorum / philozophus autem
non ponit plures intelligentias
nisi quod sit motus spiritualium or-
bium / sed potest glosari sicut prius
dictum est / Sequitur capitulum

~~Et nota quod octo dicti~~

hic est capitulum septimum et ultimum
illius tractatus ~~et continuatur~~ sic
prius albertus determinavit de
motu celi / hic determinat de

partibus celi fit de speris celestibus
et dividitur in duas partes / quia primo
enumerat speras celestes / secundo
movet quandam dubitationem et
solvit ibi et nota quod motus / primo
dividitur in tres / primo ponit numerum
sperarum celestium secundum philoso-
phos naturales / secundo secundum astronomos /
tertio secundum theologos / secunda ibi
ptolomeus autem / tertia ibi / the-
ologi vero / primo dicit sic ~~et no~~
quod octo distinguuntur spere celes-
tes / quarum prima est spera fir-
mamenti in qua stelle fixe sunt
immobiles ut dicit aristoteles
secunda spera est saturni in qua solum
modo est saturnus / tertia est iovis
quarta martis / quinta solis
sexta veneris / septima mercurii
octava lune ~~vel octo sunt spe-~~
~~re quas sit potius firmare~~ /
~~celum stellatum saturnus iupiter~~
~~et mars sol venus hos sequitur~~
~~postea luna stebat~~ / sub qua non
sunt nisi res corporales / sicut ig-
nis aqua aer terra et alia corrup-
tibilia sicut dicit macrobius / Nota
no primo circa litteram octo sunt spere
celestes sicut ~~per~~ per aristotelem
secundo celi / prima spera dicitur firma-
mentum / vel orbis stellarum fixarum
in quo sunt stelle fixe infinite
secunda spera est saturni / tertia iovis
in qua iupiter / quarta martis in
qua mars / quinta solis in qua
sol / sexta veneris in qua venus
septima mercurii in qua mercurius
octava lune in qua luna / et illa
est ultima et minus et ordo sperarum

declarata patet per versus subpositos in littera / et
sub illa spera scilicet lune sunt quatuor spere elemen-
torum que componunt speram generabilium et corrup-
tibilium / Secundo nota aristoteles in secundo celi no
septimo capitulo de duobus diffinitionibus que-
stionibus movet illam questionem / quare
hoc sit quod octava spera sit infinite stelle
et in speris planetarum est solum una
stella / et solvit dicens quod hoc est propter no-
bilitatem / quia octava spera est nobilior
aliqua alia / tertio nota quod quidam astrologi no
sunt diversificati in ordine planetarum quam
albertus ponit in littera quidam dicunt quod sol
immediate locatur post lunam et alii dicunt
sicut autor dicit in littera / Sed ptolomeus et
plures astrologi concordant in hoc quod sol lo-
catur in medio ~~ordine~~ omnium planetarum ut illumi-
net superiores quam inferiores / Quarto nota no
~~dubitatur utrum~~ stelle fixe sunt immobiles
vel utrum sit infinite secundum numerum et videtur
quod non / quia si sic tunc esset aliquid
infinitum secundum multitudinem actu conse-
quens falsum est et minus falsitas conseque-
tis patet / ~~tertio physicorum~~ consequentia patet quia stel-
le fixe sunt immobiles ut dicit in littera et
hoc non est propter aliud nisi constituunt numerum
infinitum / quia quilibet numerus finitus est mobi-
lis / Ibi dico quod non sunt mobiles nobis
tamen non sunt mobiles secundum se ut pro-
bat textus Sequitur

Ptolomeus autem assignat

Hic albertus ponit numerum sperarum celestium
secundum opinionem et dicit sic Ptolomeus
autem assignat aliam speram super illas
in qua sunt angeli et res spirituales et in-
corruptibiles et ista est ~~immobilis~~ nona
Nota circa litteram notandum quod ptolomeus

et sui sequaces ponunt ad hanc nonam speram vel tam istam et dicunt illam esse immobilem et in ista sunt creature spirituales et non corporee sicut sunt intelligencie. Et nota quod
no secundum rei veritatem non fuit de intencione ptolomei quod illa nona spera sit immobilis ymo dicit quod est mobilis motu diurno et non habet aliquem alium motum nisi istum / sed octava spera non solum movetur motu diurno sed eciam motu quodam accessionis et recessionis non in mille annis gradu uno et per illam nonam speram salvat multas apparencias quas non potest salvare de solo motu octave spere. Tercio nota quod intencio
no illorum ponencium illam nonam speram est talis quia oportet omne difforme reduci ad uniforme, modo motus octave spere est difformis / quia habet diversos motus. Ergo oportet quod ponatur spera que moveatur uniformiter uno motu et hec est noticia sperarum. Se

Theologi vero distinguunt septem speras

Hic Albertus ponit numerum et ordinem sperarum celestium secundum opinionem theologorum ~~et dicit~~ sic Theologi vero distinguunt septem celos scilicet spirituales ~~scilicet~~ aereum / ethereum / igneum / sydereum / cristallinum / olympium / empireum trinitatis. Et ~~Nam celorum sit ordo notetur ecce Empireum post hoc aqueum est cristallum quod lumine Sydereum post hoc igneum sub stat olympium Ethereum post aereum sequitur locus ymus et subdit~~ unam sufficienciam illarum sperarum et dicit. Et horum numerus sic potest accipi / quia celum vel nominat rem creatam vel increatam. Si increatam sic est celum trinitatis. Si creatam vel nominat rem corruptibilem vel incorruptibilem. Si corruptibilem vel quantum ad extremum vel quantum ad medium. Si quantum ad extremum sic est celum aereum et igneum. Si quantum ad medium sic est celum ethereum. Si vero nominat rem creatam et incorruptibilem hoc iterum est dupliciter vel quantum ad extremum vel quantum ad medium. Si quantum ad extremum sic est celum sydereum et celum olympium. Si quantum ad medium sic est cristallinum. Nota pro textu primo circa litteram / theologi ponunt septem celos. Primum celum est celum trinitatis et in illo celo est trinitas ~~scilicet pater~~ filius et spiritus sanctus / ~~et vocatur~~ empireum et dicitur empireum ab en quod est in et pir ignis quasi intus igneum propter claritatem. Post hoc ponunt celum quod vocatur olympium quasi totum igneum et transparens et in illo dicunt esse angelos archangelos. Secundum ponunt celum quod vocatur cristallinum quod est clarum quia perspicuum ad modum cristalli et in illo dicunt esse animas sanctorum et animas beatas / quartum ponunt celum sydereum vel stellatum et hoc est quantum ad essenciam suam octava spera et septem spere planetarum scilicet supra. Quintum ponunt celum igneum et hoc est spera ignis. Sextum ponunt celum ethereum et hoc est superior pars aeris et ordo illorum in versibus in littera positus.
Secundo nota circa litteram. Et horum numerus. Ubi ponit / sufficienciam illorum celorum ~~et n~~ dicere quod hoc nomine celum vel significat rem creatam / vel increatam no

Si significat rem increatam sic est in celo
trinitatis Si autem significat rem
creatam vel significat rem corrupti-
bilem vel incorruptibilem scilicet Si significat
rem corruptibilem hoc est adhuc du-
pliciter vel significat rem corruptibilem
quantum ad medium vel quantum ad ex-
tremum Si significat rem corrupti-
bilem quantum ad extremum sic est
celum igneum et aereum et illa sunt
extrema quorum est ethereum Si
significat rem corruptibilem quo
ad medium sic est medium ethereum
Si autem significat rem creatam
et incorruptibilem hoc est iterum dupliciter
vel quo ad medium vel quo ad ex-
tremum Si quo ad extremum sic
est celum olympium et sydereum quod sunt
extrema inter que mediat cri-
stallinum Sed si significat rem creatam
incorruptibilem quo ad medium
sic est cristallinum Quarto nota
dices tu quare non vocat aquam
et ignem celos sicut aerem et ignem
Dico quod ideo non vocat aquam celum
quia non est perfectione sphericum sicut
superius patuit terram autem non vocat
celum quia non est transparens
Quarto nota quod illa littera potest
solui questio talis Ubi deus
fuit antequam crearet mundum
dicendum quod in celo trinitatis in hoc
quo fuit ab eterno et est increa-
tum ut dicitur in littera Quinto nota
theologice loquendo tunc habet quod
dicitur in littera sunt vera quo tamen phy-
losophice et naturaliter sit loquen-
dum prius dictum est Sequitur

Et nota quod motus octa

ue sphere Albertus ponit unum notabi-
le de motu celi ~~et primo facit hoc~~ Secundo
mouet unam dubitationem et soluit ibi Qua-
re autem ~~primo dicit~~ sic Et nota quod
motus octaue sphere dicitur uniformis
motus autem planetarum et aliarum sphe-
rarum inferiorum dicitur esse ~~duplex~~ sicut mo-
tus solis dicitur ~~duplex~~ scilicet tropicus et
diurnus ~~motus~~ diurnus dicitur motus re-
uolucens in die naturali ~~motus~~ autem tropicus
dicitur motus continuus Unde ob plane-
te dicuntur tropici quia retrogradiuntur
a motu primi mobilis quod est tunc tanto
desiderio quod ob speciales inuoluunt Nota
primo circa litteram cum dicit quod motus oc-
taue sphere est uniformis quia mouetur
totum uno motu scilicet motu inuolutionis
diurno et hoc est verum secundum intentionem
aristotelis in secundo celi Sed tamen secundum the-
ologos et astronomos octaua sphera
mouetur pluribus motibus quia mouetur
motu diurno et mouetur motu acces-
sus et recessus sed planete mouentur
pluribus motibus uno motu inuolutio-
nis quo scilicet inuoluuntur primo mobili et hic
vocatur motus raptus et motus inmissionis
ab occidente in oriens et ille vocatur
motus tropicus quasi conuersiuus a
tropos quod est conuersio quia est contra in-
cessum firmamenti et ideo ob planete
vocantur tropici quia sic incedunt versus
suum contra firmamentum Nota motus
raptus planetarum ille fit ab intellige-
ntia mouente primo mobili Sed motus tro-
picus cuiuslibet fit ab intelligentia sibi
appropriata Tertio nota quod motus diurnus
planetarum completur ab omnibus in uno die
naturali Sed motus inmissionis in diuersis temporibus
Saturnus enim complet cursum suum in triginta an-
nis Jupiter in duodecim annis et sic de aliis
ut patet per auctorem sphere Sed octaua sphe-

ra secundum illos qui ponunt eam habere aliud
motum quam motum diurnum et complet cursum
suum in triginta et sex milibus annorum ¶ Quarto
nota quod omnes planete habent plures
motus patet de luna ille habet unum motum
diurnum et alium motum revolutionis totius
spere habet tertium motum in eccentrico in suo pro-
prio circulo et habet quartum motum epicicli
in eccentrico habet quintum motum corporis lune in
epiciclo consistit constituit et ymaginandum
de aliis planetis quod habeant plures motus
hoc magis est videndum in theorica planetarum
¶ Deinde nota dicitur quod motus primi mobilis
est cum tanto desiderio quod rapit secum orbes ali-
os speciales inferiores hoc patet ex prius dictis
quia dictum est quod motus celi est motus de-
siderii | ~~quarto~~ quo aliqua intelligentia est
superior tanto desiderio movet | sed quia
intelligentia primi mobilis est suprema ergo mo-
vet cum maiori desiderio ¶ Sequitur littera

Quare autem spere

Hec est ultima pars illius capituli in qua Alber-
tus movet unam dubitationem et solvit eam
dicens sic Quare autem spere planetarum
contra incessum primi mobilis ut dictum est
supra a diversis diversimode assignatur ~~ratio~~
nes | qui dicunt quod hoc sit ad retardandum
motum primi mobilis nisi enim ille motus
retardaretur ut dicunt propter nimiam sui velo-
citatem totum frangeretur vel diu iam frac-
tum esset | Subdit oppositum autem dicunt
quod hoc est propter homines et animalia que sunt super
terram ut homines possent vivere et tunc conclu-
dit istum tractatum dicens et hec de circulo
dicta sufficiant ¶ Nota primo circa litteram ex
quo prius dictum est quod primum mobile movetur
uno motu uniformi | sed alii planete
moventur contra incessum primi mobilis dubium
est quid sit causa huius ¶ Ad hoc respondit Al-
bertus quod a diversis assignantur diversimode
rationes illius et Subdit unam solutionem

dicens quod quidam dicunt quod est propter
retardationem motus primi mobilis
qui est ita velox quod si non retar-
daretur quod totum firmamentum iam
diu esset fractum ¶ Secundo nota
circa illam litteram | Oppositum autem
dicunt ibi reddit aliam rationem
et vult dicere quod quidam dicunt quod
esse hoc est propter homines et alia a-
nimalia viventia super terram | motus
enim primi mobilis est cum tanto
desiderio et tam velox ut iam
dictum est quod si non retardaretur
nichil posset crescere et per consequens
homines et alia non possent vivere
animalia super terram ¶ Tertio notandum
quod prima solutio modicum valet quia
supponit quod celum sit frangibile hoc
autem est falsum | quia non est possibile
ut prius dictum est | et etiam conse-
quentia quod incessio est aliqua vio-
lentia consequens est falsum ut patet
~~ex prius~~ dictis probatur consequentia
quia illa retardatio primi mobilis
est violenta propter eandem rationem de-
ficit ¶ Secunda solutio quia dicit mo-
tum primi mobilis retardari qui
est semper uniformis et eiusdem
velocitatis ¶ Quarto nota Aris-
toteles in secundo celi in secundo capitulo
de duabus diffinitionibus questio-
nibus movet illam eandem questionem
sed aliter solvit et dicit quod causa
est quia diverse spere non possunt ge-
nerari in istis inferioribus nisi salva-
ri primo simplice motu et sic
generatio diversarum sperarum est cau-
sa et non retardatio primi mobilis
¶ Quinto nota Albertus excusat
se de ulteriori pertractatione de-

celo ut p3 in litt(er)a et sic finitur se-
cundus tractatus illius summe naturalium
qui tractatus correspondet libris
de celo et mundo et sic est finis

Incipit tercius tractatus summe naturalium

Postquam dictum est de corpore mo

hic est tractatus tercius correspon-
dens libro de generatione et corruptio-
ne et continuatur sic quia Albertus
determinavit de corpore mobili secundum
se et in communi et eciam determinavit
de corpore mobili ingenerabili et incor-
ruptibili sicut de celo. Sic modo
determinat de corpore mobili simplici
sicut sunt elementa et dividitur
ille tractatus in quinque capitula. In
primo capitulo premittit quandam conti-
nuam ad suum propositum. Secundo recitat
opiniones antiquorum de generatione
et corruptione. In tercio determinat de
primis qualitatibus elementorum
In quarto determinat de generatione
elementorum adinvicem. In quinto
determinat de alteratione et augmentatione
et aliis speciebus motus. Secundum
capitulum incipit ibi De elementis
diverse sunt opiniones. Tercium ibi
Restat nunc dicere. Quartum ibi
Et quomodo elementa generantur. Quintum
ibi Alteratio est motus. Primum capitulum
dividitur adhuc in duas partes princi-
pales quia primo premittit intencionem

suam et ordinem dicendorum. Secundo ponit conti-
nuationem declarando elementa. Secundo ibi
Antequam ponamus opiniones. Prima adhuc
dividitur in duo quia primo premittit intencionem
suam et continuationem. Secundo ponit ordinem dicen-
dorum. Secunda ibi in primo ergo ponamus. Pri-
mo dicit sic Postquam dictum est de cor-
pore mobili ingenerabili et incorruptibili dicen-
dum est de corpore mobili generabili et corrup-
tibili, et primo de simplici secundo de composito
Corpora autem generabilia et corruptibilia
simplicia sunt elementa. Unde nunc dicendum
est de elementis que distincta sunt sub celo
in suis situbus ita quod illud est subtilius aliis
quod est propinquius celo sicut ignis est subtili-
or aere propinquior est celo quam aer et
aer quam aqua et aqua quam terra. Notandum no
primo circa litteram in precedenti tractatu de-
terminavit de corpore mobili ingenerabili et in-
corruptibili et consequenter ordo illius trac-
tatus ad precedentes quia sicut ingenerabile
et incorruptibile prius est generabili et corruptibili
sic iste tractatus de generabili et corruptibili
precedit tractatum de generabili et corruptibili
quia de priori prior est speculatio. Secundo
notandum ipse dicit quod primo velit determinare no
de corpore simplici composito corruptibili. Secundo
de corpore generabili simplici et corruptibili
composito in sequenti tractatu, quia sicut
simplex ad compositum sic tractatus unius
precedit tractatum alterius. Tercio notandum no
circa illam litteram sicut dicendum est ibi
post ordinem et situm elementorum sub ce-
lo et cetera dicere. Et quanto elementum est
subtilius tanto eius locus est propinquior
celo et ergo ignis quod est subtilissimum eleme-
tum est propinquissimum celo, et quia aer est sub-
tilior aqua ergo est propinquior celo, et quia
aqua est subtilior terra et ergo est propinquior

celo quam terra autem cum sit grossissime
elementum maiore distat a celo et ideo vocatur
a philozophis fex elementorum Quarto non
no dubitatur utrum elementa sint simplicia et ar-
guitur quod non quia illa que sunt composita ex materia
et forma hec non est simplicia elementa sunt
huiusmodi igitur consequentia maior patet de se minor patet quia ea
quod sint corpora naturalia Oppositum est Albertus
in littera dicens Corpora autem generabilia et
corruptibilia simplicia sunt elementa Ibi
dico quod elementa esse simplicia potest du-
pliciter intelligi Uno modo quod sunt simplicia id est
positione contraria et hec est falsum ut probat
argumentum quia sunt composita ex materia et forma
Alio modo possunt dici simplicia respectu mixto-
rum et sic est verum et ideo aristotiles supra vo-
cat ea corpora elementa Quinto nota
no dubitatur utrum elementa sint generabilia et cor-
ruptibilia et arguitur quod non probatur eterna
est generabile et corruptibile elementa sunt
eterna igitur consequentia nota de se maior patet quia
mundus est eternus ut probatum est supra igitur etiam
omnes partes mundi sunt eterne sed elementa
sunt partes mundi igitur sunt eterne Oppositum dicitur
in littera Ibi dico concedendo maiorem et ad
minorem dico quod elementa esse corrupti-
bilia potest intelligi dupliciter Uno modo quod tote spe-
re elementorum semel sunt generabiles
et semel sunt corruptibiles et hec est falsum
naturaliter loquendo ut probat ratio Alio modo
quod partes elementorum sunt generabiles et
corruptibiles et hec est verum et sic intelligitur
no littera Sexto nota dubitatur utrum ignis
sit in concavo orbis lune et arguitur quod non
quia sic sequeretur quod possit videri consequens
falsum probatur consequentia quia ignis
est lucidus sed antecedens quod est lucidum illo
loco tantum hoc est visibile Oppositum vult Al-
bertus in littera Ibi dico quod arguitur sequere-
tur quod possit ibi videri nego consequentiam
Ad probationem dico quod nichil est visibile nisi
sit ita densum quod possit terminare visum
ignis autem non est ita densus ergo et ci-
am ignis non lucet in propria spera
sicut patet in nocte in absencia lu-
cis stellarum Sequitur littera

Primo ponamus opinionem

Hic Albertus ponit ordinem dicen-
dorum et dicit sic primo ponamus
ordinem opinionem aliorum philosophorum
de elementis Secundo dicemus de
quatuor qualitatibus primis ele-
mentorum Tertio de generatione et corrup-
tione elementorum ad invicem Quar-
to quaeremus de alteratione et
de aliis speciebus motus Nota primo
circa litteram vult dicere quod modus pro-
cedendi sit ille quod primo ponit
opinionem antiquorum de elementis
ut visis opinionibus eorum et de-
fectibus facilius cognoscatur veritas
quia dubitatorum solutio est veritatis
inquisitio Secundo nota circa illam nota
litteram Ibi vult dicere
quod prius hic vult determinare de primis
qualitatibus elementorum quia quedam
sunt generabilia ad invicem et trans-
mutabilia ratione qualitatum earum
naturae est ut dicitur de qualitatibus
elementorum quia diverse fuerunt o-
piniones antiquorum de illis qua-
litatibus quidam enim dixerunt quod
essent forme substantiales ut dicit
commentator super celi Tertio nota nota
dum ibi generationem cuius Ibi vult dicere
quod habet meliorem cognitionem quomodo
elementa ex se generentur ex se invi-
cem et quomodo mixta generantur
ex elementis vult determinare de
alteratione et mixtione quia de genera-
tione ad superiorem procedit alteratio
ideo etiam mixta non generantur ex e-
lementis nisi elementa conmisceantur
ad invicem Sed dices tu ex quo

altera(ti)o
generatio precedit generationem quare g(enerati)o
no(n) determinat prius de alteratione q(uam)
de generatione Ubi dico q(uod) alteratio
bene precedit generationem non tamen precedit
eam notitia quia generatio elementorum
est nobis notior quam eorum alte
ratio Et de notioribus procedendum
est ad ignotiora g(enerati)o d(icitu)r de genera
tione simplici quam de altera
tione Sequitur lit(tera)

Antequam ponamus opinin

Hic Albertus ponit unam distinctionem
elementi et dicit sic Anteq(uam)
ponamus de elementis nota
opiniones ¶ Nota q(uod) multis mo-
no dis d(icitu)r elementum ~~nomine~~ dicit(ur)
elementum principium actus con-
plexionis ut illud de toto est
magis sua parte Unde dicit A-
ristoteles in libro ~~physicorum~~ q(uod)
dispositio scientie et virtutis est in
hiis que sunt principia aut ele-
menta ibi appellat elementa
principia Subdit d(icitu)r etiam eleme
tum ut d(icit) ~~aristoteles~~ in quinto
~~metaphysice~~ commune omnibus rebus q(uod)
est principium cuiuslibet in quolibet
genere et lit(ter)a est principium primum
sicut lit(tere) dicuntur elementa vo-
cis significative ad placitum et si-
militer in aliis Subdit d(icitu)r etiam
elementum secundum specialem intel-
lectum principium cuiuslibet corporis
mixti et secundum diffinitionem quinto
~~metaphysice~~ elementum est illud ex
quo componitur res prima et est
in eo et non dicitur secundum for-
mam sed species in alia formam
~~ubi generationem~~ mixto sicut aqua
cuiuslibet pars est aqua et similiter in aliis elementis
et secundum hoc distinguuntur elementa scilicet ignis
aqua aer terra quia omnia in materia con
veniunt scilicet non secundum formam frigidum hu-
midum calidum siccum et ~~dicitur~~ contraria
ratione suarum formarum Unde substantie
nichil est contrarium secundum materiam sed
secundum formam substantie aliquid est contra
rium ¶ Nota primo circa litteram ubi dicit no
Antequam ponatur opiniones antiquorum
de elementis videndum est una distinctio
q(uot) modis d(icitu)r elementum Subdit ponens
unam acceptionem elementi dicens quod
elementum accipitur uno modo pro principio
conplexionis alicuius substantie sicut est
hoc principium de toto est sua parte magis
vel hoc de quo affirmatio vel negatio
et de nullo sic et sic accipit ~~aristoteles~~
elementum in libro physicorum ubi d(icit)
q(uod) dispositio virtutis et scientie est in prin
cipiis et elementis ibi vocat principia
prima elementa ¶ Secundo nota circa litteram no
illam d(icitu)r etiam elementum Ubi ponit
secundam acceptionem elementi dicens q(uod)
~~secundo~~ d(icitu)r elementum illud q(uod) est co
mune omnibus rebus alicuius generis et ex
quo componuntur omnia que sunt et sic lit(tere)
dicuntur elementa vocum significativarum
quia omnes voces componuntur ex litteris sic
etiam lapides et ligna dicuntur eleme
ta domus ~~tertio~~ nota circa illa litteram
dicitur etiam ubi ponit tertiam acceptio
ne elementi dicens q(uod) proprissime accipie
do elementum tunc illa dicuntur eleme
ta ex quo componuntur mixta et illa
sunt quatuor ut patet in lit(ter)a ut ignis
aqua aer terra ¶ Quarto nota circa il
la litteram et secundum hoc diffinitur eleme
tum ubi ponit diffinitionem elementi quam

aristotiles ponit in secundo metaphysice Sed alber-
tus allegat in quarto quia quartus liber
aristotilis metaphysice est iste quia primum
unum ~~aristotiles~~ non composuit et est hec
quod elementum est ex quo res componitur
primo et quod est in re et non dicitur per formam
In illa diffinitione tanguntur tres ~~diffinitio~~
conditiones elementi secundum deum Prima est
quod mixta debet componi ex illis ele-
mentis Secunda quod debet esse in mixtis
Tercia quod non sunt divisibilia secundum for-
mam id est non divisibilia secundum partes
formarum diversarum quia sunt omogenea quia
qualibet pars ignis est ignis et sic de aliis
nota Quinto nota circa illam litteram quod omnia in
materiam conveniunt Ibi ponit aliquas con-
ditiones elementorum ~~et est prima ista~~
quod omnia elementa conveniunt in materia id
est habent materiam eiusdem rationis
alias enim non essent adinvicem trans-
mutabilia si non haberent subiectum com-
mune Alia conditio est quod sunt contraria
secundum formas id est secundum primas qua-
litates ~~sic patet~~ quia caliditas contrari-
atur frigiditati et humiditas siccitati etc
nota Sexto nota circa illam litteram unde sub-
stancie Ibi inmovet unum dubium Aliquis
dubitaret tu dicis quod elementa sunt
contraria Si hoc esset verum tunc substancie
esset aliquid contrarium Ipse respondet
quod elementa non sunt contraria secundum
substantiam que est materia quia in illa omnia
conveniunt sed bene contraria sunt se-
cundum formas id est secundum qualitates
nota accidentales Septimo nota circa primam
acceptionem elementi quod duplicia sunt
principia scilicet incomplexa et in com-
plexa In complexis sunt termini Sed com-
plexa sunt ille propositiones per se note

que vocantur dignitates sicut est illa
omne totum est sua parte maius
Octavo nota quod physica accep- nota
tio nominis elementi est vera Sed
alie ab dicuntur ad similitudinem
Nono nota quod illa diffinitio nota
elementi que ponitur in littera et in
secundo metaphysice potest principaliter
exponi de materia prima ut patet
per ~~commentatorem~~ ibidem quia illa
est unum elementum quia ex ista res
componuntur et ista manet in re et
non dividitur secundum formam sed etiam
potest applicari ad ista quatuor
elementa Sed quomodo mixta com-
ponuntur ex illis et quomodo ista sunt
in mixto videtur postea quando
dicetur de mixtione Decimo nota nota
Albertus vocat primas qua-
litates elementorum formas
eorum quia dicit commentator in
secundo celi quod forme substancia-
les elementorum sunt nobis ig-
note quia non percipimus earum
operationem quare aliqui forme ac-
cidentales pro formis substan-
cialibus quia sunt notiores Sequitur

De elementis divise

Hic est capitulum secundum illius trac-
tatus et continuatur sic Postquam
Albertus premisit ordinem dic-
torum et unam distinctionem ele-
menti hic modo recitat opini-
ones antiquorum phylozopho-
rum de elementis et dividitur
quia primo ponit opiniones alio-
rum ponencium plura elementa
Secundo recitat opiniones pone-

tum unum elementum / secundo ibi contra quod dicebat prima dividitur in tres secundum quod tres recitat opiniones / quia primo recitat empedocles et aristo secundo recitat opinionem democriti et
no leucippi / Tercio recitat opinionem anaxagore / secundo ibi democritus tercia ibi Anaxagoras autem Prima adhuc dividitur quia primo premittit intentum suum / secundo dem tentum consequitur secunda ibi empedocles et aristoteles Primo dicit fuit de elementis diverse diversimode fuit opiniones / quidam enim ponebant plura elementa quidam unum / inter eos qui ponebant plura fuit diversitas / Nota
no primo circa litteram quod omnes antiqui phylosophi concordabant in hoc quod elementa essent principia rerum / sed discordabant in modo ponendi elementa / quia quidam ponebant plura / quidam unum solum / Secundo
no nota quod illi qui ponebant plura elementa adhuc fuerunt diversificati / quia quidam ponebant infinita sicut anaxagoras / quidam non infinita sicut empedocles
no Tercio nota quod illi qui ponebant plura elementa unum elementum item fuerunt diversificati quidam ponebant illud unum immobile et quidam ponebant ipsum mobile Sed tamen nullus eorum dixit de materia prima nisi aristoteles ut patet per commentatorem primo phisicorum / quia aristoteles fuit primus inventor prime materie Sequitur

Empedocles nichil etiam

hec Albertus recitat opinionem empedoclis cum suo motivo et dividitur quia primo facit hoc / secundo ponit eius improbacionem ibi podictis empedocles primo dicit Empedocles nichil etiam dixit / de hoc ponebat enim ista quatuor elementa esse principia materialia omnium corporum et ponebat duo formalia principia scilicet litem et amiciciam et dicebat quod qualitates sive differencie ille calidum et humidum frigidum humidum et siccum separabantur ab eis tunc conclutiabantur ad unam massam per amiciciam et postea illis qualitatibus sive differenciis advenientibus separabantur per litem et hoc contingebat et hoc contingebat per magnum annum id est post xx milia annorum Subdit eius improbacionem dicens Ex istis dictis empedocles nesciebatur utrum elementa essent principia istius masse vel massa esset principia elementorum / Nota primo circa
no litteram Empedocles et aristoteles ambo conveniunt in hoc quod ponunt quatuor elementa scilicet illa ignem aerem etc Sed differunt in modo ponendi ut patet Se-
no cundo nota modus ponendi empedocles est ille quod ipse dicit quod illa quatuor elementa sunt principia materialia omnium corporum et cum illis ponit duo principia formalia scilicet litem et amiciciam que sunt activa ad generacionem et corrupcionem Unde dicit quando qualitates auferuntur ab elementis tunc habet amiciciam / quia tunc non sunt amplius contraria / sed tunc per amiciciam conclutinatur illa massam et illa massa vocatur chaos confusa postea iterum advenientibus qualitatibus habet litem quia sunt tunc contraria in illa massa et similiter dicit democritus et quod illa conclutinacio in aliam massam fit semel post xx milia annorum et hoc

vocat magnum annum Tercio nota contra illam
licenciam quod dicit empedoclis ubi probat opinionem
empedoclis et dicit quod opinio empedoclis
est insufficiens quia licet hoc quod non potest haberi a dicen-
tibus sub utrum illa massa sit principium
elementorum vel utrum elementa sit principia
illius masse sed hoc oporteret si deberet
esse opinio sufficiens et quod hoc non potest haberi
a dicentibus sub hoc probatur sic quia elementa
que segregantur ab illa massa tunc illa
massa est principium elementorum que ab illa
generantur Sed quia elementa conglutinantur
in massa tunc elementa sunt principia illius
masse quia ex elementis componitur illa mas-
sa et sic non potest dici si a dicentibus empedo-
clis quod illorum sit principium alterius Quar-
to nota quod eadem littera elicitur conclusio
prima illius tractatus et hoc est opinio empe-
doclis qui ponit elementa conglutinari in
chaos confusum est insufficiens probatur sic
illa opinio est insufficiens que nichil certi dicit
de illo de quo deberet dicere sed illa
opinio est huiusmodi vel maior nota ex terminis
minor probatur in littera Quinto nota quod
opinio empedoclis etiam est insufficiens
adhuc quia in multis legitur in aliquibus hysto-
riis quod aliquibus precepit talem conglu-
tinationem Sexto nota quod ex illa opinio-
ne empedoclis sequitur modum generandi
monstrum sic quod aliquando illa separatio de
ista massa fieret ita velociter quod par-
tes aliquando ut planetarum in debite ymagi-
narentur et conglutinarentur diverse species non
prius sicut aliquando contingeret propter velocita-
tem velocem separationem quod caput asini ca-
deret super corpus hominis et sic ge-
neraretur homo habens caput asini et sic

similiter dicit de aliis Septimo nota
empedoclis defendebat opinio-
nem suam sic quod dicebatur sibi si
sic esset tunc utique videremus
vel perpenderemus quod aliquando adhuc
dicit quod quamvis hoc quamvis raro contingit post
longum tempus quod etiam illud potest recor-
dari de hoc quod sit post magnum an-
num quem ipse dicit esse xxxvi milia
annorum sed tamen astronomi dicunt
quod sicut sexaginta quatuor milia
annorum quia nunc capit magnum
annum penes involutionem octave
spere per motum accessus et recessus
et ita completur in isto tempore quod
octava spera movetur in centum
annis uno gradu sed triceties
sexagesies centum anni faciunt
triginta sex milia annorum Octa-
vo nota aliquis forsan diceret
salvando empedoclem empedo-
cles intelligit per chaos confusum
materiam primam et in illa omnia
resolvuntur quia in fundamento nature
id est in materia prima nichil est
distinctum ut patet per commentatorem
secundo methaphysice quo dicendum
dico quod intellexerit adhuc non
posset sic certificatio utrum eleme-
nta sint principia materie prime vel
econverso per conglutinationem sive primo
de conglutinationibus quam ipse ponit
sequitur

Democritus au-

ctor Albertus recitat opinionem
democriti et leucippi et primo re-
citat opinionem et motum eorum

secundo improbat et solvit eorum motum ibi Contra hanc probacionem et primo dicit sic Democritus autem ~~et Leucippus~~ ponebat corpora indivisibilia esse principium omnium corporum et ea athomos appellabat. Hec infinita dicebat et sua posicione sic probabat: possibile est corpus dividi in infinitum. Ponatur ergo aliquod corpus dividi in infinitum; aut ergo aliquid remanebit aut nichil. Si nichil ergo aliquid constaret ~~ex non corporibus~~ ex nichilo quod est impossibile. Si aliquid remanet aut est corpus aut non corpus. Si non corpus ergo aliquod corpus constaret ex non corporibus quod iterum est impossibile. Si autem est corpus aut divisibile aut indivisibile. Si divisibile hoc est contra positum, positum enim est quod in infinitum usque dum dividi non possit ultimus. Si autem indivisibile habeo propositum, scilicet quod corpora indivisibilia sunt principia omnium corporum. Et subdit improbacionem eius dicens et hanc probacionem respondet Aristoteles quod corpus est divisibile infinitum potencia non tamen actu, sed ipsi intellexerunt corpus esse divisibile infinitum actu, id est divisibile usque ad ultimum quod ulterius dividi non ~~potest~~ possit. Nota primo circa

no litteram ~~Democritus~~ et Leucippus dicunt quod corpora athomaticalia essent principia et elementa omnium corporum naturalium, id est corpora indivisibilia; huiusmodi dixerunt esse illa que videmus in radiis solaribus et dicuntur athomi ab a quod est sine et thomos divisio, quasi sine divisione, id est indivisibilia. Secundo nota quod

no probabat opinionem suam sic: ex quolibet corpus est compositum in quo resolvitur; sed corpora naturalia resolvuntur in indivisibilia, ergo etc. ~~maior~~ Nota quia elementa sunt principia composicionis et resolucionis primo de quantitate ~~minor probatur~~ quia corpus est divisibile infinitum, ponatur ergo in esse quod dividatur in infinitum, qua divisione facta vel aliquid est residuum vel nichil. Si nichil ergo corpus erit compositum ex nichilo quod est falsum. Si aliquid hoc est corpus vel non corpus. Si est non corpus ergo aliquod corpus fuit compositum ex non corporibus quod est falsum. Si autem est corpus hoc est divisibile vel indivisibile. Si dicatur quod est indivisibile hoc est contra positum, positum enim est quod hoc corpus deberet dividi infinitum tamdiu quod non possit ulterius dividi. Si autem est divisibile habetur propositum quod ultima facta divisione corporis remanet corpora indivisibilia; ergo ex quolibet erit compositum. Tercio nota circa illam litteram Contra hanc probacionem ubi Albertus ponit improbacionem illius opinionis et vult dicere quod ipsi supponunt falsum quia supponunt quod continuum posset actu dividi in omni in quo est divisibile, sed hoc est falsum, sed bene in potencia est in infinitum divisibile, id est non tamen divisibile est quin sit ulterius divisibile. no

Quarto nota concordie littere licet ~~conclusio~~ secundum illius tractatus: hec opinio ~~Democriti et Leucippi~~ est falsa; probatur: illa opinio est falsa que supponit falsum, sed ista opinio est huiusmodi, igitur. Consequentia maior nota, minor probatur in littera quia hoc Aristoteles solvit racionem quia supponit falsum. no

Quinto nota ~~Democritus~~ et Leucippus ponebant illa indivisibilia esse diversarum figurarum quia dixerunt esse figure circularis et quedam figure angularis ~~etc.~~

huiusmodi secundum quod sunt diverse figure et per hoc
solvit diversitatem in entibus naturalibus per diversita-
tem figurarum athomorum ut dicitur primo de generatione
Sequitur litera

Anaxagoras autem ponebat

hic Albertus recitat opinionem Anaxagore et di-
uiditur quia recitat opinionem secundo ponit improba-
tionem aristotelis illius opinionis secunda ibi
Aristoteles autem primo dicit sic Anaxagoras
autem ponebat in figura elementa et dicebat
contrarium aristoteli et empedocli dicebat
enim quod illa quatuor elementa ignis aer
aqua terra essent elementa et omnia alia essent
elementa sicut ignis aer ligna lapides et
sic de aliis caro et quod illa postea in sunt
mundi dicens quod illa quatuor elementa sunt
et omnibus constat caro sicut lapis vel consimilia et
illa caro que constat ex eis aut est in eis aut
non Si non est in eis ergo ex non entibus consta-
ret eius quod est falsum Si non est in eis caro ergo
eadem ratione ossa et medulla ergo ea que sunt
motus sunt elementa et alia quatuor ignis
aqua terra sunt elementa Item Subdit Ana-
xagoras dicebat quod quodlibet esset in quolibet
dixit enim quod in carne essent os et caro et in
illa osse et carni nervi et vivi in nervis et
sic in infinitum Nota circa literam Anaxa- no
goras ponit infinita elementa et tamen quatuor
sunt elementa et in hoc contradicit aristoteli
et empedocli quia isti dicunt quod illa quatuor
ignis aqua aer terra sunt elementa et omnia
alia puta ligna lapides etc. sunt elemen-
ta Anaxagoras autem dicit quod omnia alia
cum istis quatuor elementis sunt elementa
Secundo nota circa illam literam quod ita esse
ibi albertus ponit probationem Anaxagore
per eam pro formam rationem sic omnia ista
sunt elementa que sunt de elementis sed
omnia que sunt preter illa quatuor sunt in istis
quatuor elementis id est maior patet quia
elementa componuntur ex elementis sed mino-
rem ipse probat sic Itu dicens quod caro ge-

neretur ex istis quatuor elementis vel
non Si est in ipsis vel non Si non ergo eius
constituet ex non entibus quod est
falsum Si autem est in ipsis tunc ha-
betur propositum scilicet quod caro est in ipsis
istis et eadem ratione probatur quod
os et medulla et omnia alia preter
illa sunt in istis et hoc est propositum
et cum infinita sunt talia patet quod in-
finite erunt elementa Tertio no
nota circa illam literam Item Ana-
xagore Ibi recitat Albertus
opinionem Anaxagore et dicit quod
Anaxagoras dicit quodlibet esse
in quolibet et motivum suum fuit quia
vidit quod quodlibet generabatur ex quolibet
etiam ex hoc probavit quodlibet esse in
quolibet per rationem que ponitur in litera
Quarto nota Aristoteles ponit
latitationem formarum scilicet quod omnes
forme essent actu in materia et
nihil esset generatio nisi manife-
statio forme latitantis et alii
dixerunt quod illa quatuor scilicet ignis
aer etc. essent principia materialia
rerum ex hoc ipse conclusit quod in
istis quatuor essent omnes forme
et prosequens illa essent elementa
que sunt composita ex formis omnium
aliorum entium Sequitur litera

Aristoteles autem improbat

hic Albertus ponit improbationem
aristotelis qua improbat opinionem
predictam et dicit sic Aristoteles
autem improbat illam opinionem
primo physicorum sic dicens
Aliqua caro est minima ita quod si
divideretur illa caro non esset
caro in illa ergo minima carne esset
ea ut dicit et in illo osse alia
caro ergo illa que est in illa est

est alia quia dicit quod continetur in minori eo quod continetur et ista caro est minima ergo aliquid est minus minimo quod est impossibile vel implicat ergo opinio Anaxagore falsum esse. Nota primo circa litteram ubi dicit quod Aristotiles primo physicorum improbat illam opinionem et supponit quod est dare minima carne quod si divideretur non subsisteret caro. Si ergo in illa carne minima pars est os igitur isto osse ultimus est caro illa caro est minor illa minima carne data probo quia contentum est minus ~~contento~~ continente sed illa caro que est in osse continetur in minima carne data ergo est minor ea quod hoc est impossibile quia sic daretur minus minimo quod implicat contradictionem. Quarto nota quod ex littera elicitur conclusio contra illius tractatus et est illa quod opinio Anaxagore que recitatur est impossibilis ~~ad quam sequitur impossibile~~ probatur sic illa opinio est impossibilis ad quam sequitur impossibile sed illa est huiusmodi ergo maior nota de se sed minor probatur quia aliquid ea sequitur quod aliquid sit minus minimo sed quod hoc sit impossibile probatur quia implicat contradictionem sed quod sequitur ex illa positione probatur ex deductione littere. Quinto nota quod hoc suppositum sit verum quod sit dare minimam carnem quod si divideretur non subsisteret caro hoc probat commentator primo physicorum quia forme naturales determinant sibi certas et determinatas quantitates ~~ut patet secundo de anima~~ quia omnium natura constantium est certus terminus magnitudinis et augmenti

ergo certa caro determinat sibi quantitatem sub qua sua forma permaneat ergo contingit dare minimam carnem sic scilicet daretur minor ea non possit sub tam parva quantitate forma carnis subsistere. Quinto nota dubitatur hic utrum sit dare minimam carnem et arguitur quod non quia omnis quantitas in infinitum est divisibilis caro est quantitas igitur etc. ~~maior~~ nota considerantibus ~~minor~~ patet de se. Ibi dico quod corpus in infinitum esse divisibile potest ~~intelligi dupliciter~~ uno modo in quantum corpus in continuum et hoc probat ratio quod sit caro in infinitum divisibilis. Alio modo in quantum corpus naturale et sic non est in infinitum divisibile et sic datur minima caro. Quinto notandum Anaxagoras potest respondere qui querit utrum caro sit in elementis aut non dicendum quod non est in actu ibi sed potentia id est forma causans potest deduci de potentia materie. Ad improbationem que dicit quod aliquid fiet ex non ente dico quod illud propositio est ~~multiplex~~ uno modo potest ~~intelligi~~ quod li ex dicat differentiam cause materialis et sic est falsum quia nichil fit ex nichilo. Alio modo potest li ex dicat differentiam termini a quo et sic est verum quod aliquid fit ex non ente. Secundum litteram Eorum vero qui

Eorum vero qui ponebant

Hic Albertus ponit secundam partem capituli illius et continuatur prius Albertus posuit opiniones ponentium plura principia seu elementa. Hic recitat opinionem ponentium unum principium et dividitur quia primo recitat opinionem ~~Parmenidis et Melissi~~ secundo recitat opinionem ~~naturalium~~ ibi ~~naturalium~~ ante primo ~~dicit sic~~ Eorum qui ponebant unum principium esse elementa quidem ponebant quod unum tantum esset principium id est unum tantum esse continuum

et in mobile et probabat in hunc modum quod esset
immobile aut aliquis movetur aut nichil ut
supra de motu in prima parte. Nota primo illi
no qui ponebat unum elementum erat adhuc
diversificati quia quidam dixerunt quod illud
esset immobile sicut parmenides et melissus
quidam autem dicebat quod esset mobile ut
no eraclitus. Secundo nota quod opinio parmenidis
et melissi est secundum quod sit unum principium
continuum et etiam immobile quod hoc principium
sit immobile sic probat nichil est mobile
ergo illud principium est immobile consequentia
tenet antecedens probatur quia vel aliquid movetur
vel nichil si nichil habetur propositum. Si
movetur aliquid aut in pleno aut in vacuo
et ultimate sicut iam est deducta in
primo tractatu de motu. Tertio nota quod
no tamen esset unum principium hoc probat sic eius
et unum continetur sed omnia sunt entia ergo omnia
sunt unum vel ergo omnia sunt unum continuum
vel discretum. Si unum continuum habetur
propositum. Si autem discretum tunc non esset
unum sed plura sed illa procedit per fallaciam
accidentis quia ibi causatur medium scilicet unum
quia in illa entis et unum continetur capitur
unum prout est passio entis sed in alia capitur
de ente est unum ibi capitur unum prout
no est principium unum. Quarto nota aristo-
teles dicit in primo physicorum quod contra
parmenidem et melissum non est disputandum
naturaliter quia contra negantem principia non
est disputandum. Sed principium naturalis physice
est esse motum et pluralitatem in entibus
et hoc principium ipsi destruunt ergo non est
contra ipsos disputandum. Quinto nota
conclusio que elicitur conclusio contra opinionem
~~parmenidis~~ et melissi negantem motum
et pluralitatem entium est erronea probatur
contra litteram illa opinio est erronea que ne-
gat sensum illa est huiusmodi ergo maior nota
~~minor~~ patet quia ad sensum apparet esse

plura entia hoc tamen negat illa
opinio. Sexto nota ad rationem
illius opinionis respondetur sicut
fuit dictum in primo tractatu quod
movetur in pleno vel in actu vel
in potentia ut dicebatur ibidem. Secundo

Eraclitus autem dicit

hic Albertus recitat opinionem Era-
cliti et ~~dicit sic~~ Eraclitus et
dicit quod esset unum solum elementum
materiale et mobile sicut ignis
et quod illa essent duo formalia
principia scilicet rarum et densum et
probat in hunc modum ~~de corpus~~
est mobile et omnis motus est ab
igne quia nullum corpus est aliud mo-
~~bile~~ ergo ignis est elementum omnium
aliorum corporum in fieri et secundum quod
condensatur fit aer et quando plus
condensatur fit aqua et quando iterum
magis fit spissus vocatur terra
quare solum ignis est elementum
Nota primo contra litteram quod opinio no
eracliti fuit quod tamen est unum ele-
mentum materiale scilicet ignis et duo
formalia scilicet rarum et densum
et hoc probat sic illud a quo omnia
fiunt illud est principium omnium aliorum
sed ~~ab igne~~ ab igne omnia fiunt
ergo etc. maior patet minor probatur ipse
sic quod quando ignis condensatur ali-
qualiter fit est aer et quando plus
condensatur fit est aqua et quando iterum
plus condensatur sic fit terra.
Secundo nota hoc idem probat ipse per no
aliam quia omne corpus est mobile
et omnis motus est ab igne ergo omne
corpus est ignis consequentia
tenet ~~antecedens patet prima parte suppositum~~

et p(er) s(e)c(un)da(m) p(ar)te(m) ipse p(ro)bavit q(uod) ultim(um)
elementu(m) e(st) ita mobile sicut ignis
no Tercio nota ipse vidit q(uod) p(er) co(n)de(n)-
sac(i)o(n)e(m) ex igne g(e)n(er)at(ur) aer et aqua
et t(er)ra et e (con)v(er)so p(er) rarefac(i)o(n)em ex
aere g(e)n(er)at(ur) ignis (ergo) ipse dixit q(uod)
rarum et densu(m) esset p(ri)ncipia for-
malia g(e)n(er)ac(i)o(n)is Quarto nota
no q(uod) aristoteles dicit i(n) p(r)i(m)o physicor(um)
q(uod) eraclitus melius et naturalius
dicit q(uam) p(ar)menides et mellissus
q(uia) ip(s)e ponit motu(m) qua(m) alij
no negant Quinto nota Albertus
non implicat illas duas ultimas
opiniones q(uia) p(ri)ma e(st) i(m)p(ro)bata(m)
p(ri)mo tractatu et s(e)c(un)da p(atet) de se
q(uod) sit falsa q(uia) videmus q(uod) qua(tu)or
elementa sunt Unde eraclitus b(e)n(e)
dicit in h(oc) q(uod) ignis e(st) mobilis
s(ed) male dicit in h(oc) q(uod) dicit o(mn)em
motu(m) esse ab igne q(uia) t(er)ra et a-
qua habet motu(m) et ille non e(st)
motus ignis q(uia) ille e(st) (con)trari(us)
illi eciam male dixit i(n) h(oc) q(uod) d(icit)
aere nichil aliud esse nisi ig-
ne(m) co(n)de(n)satu(m) et sic de alijs
no Sexto nota q(uod) l(itter)a possit s(e)c(un)d(u)m
co(n)clusio(n)e(m) qu(a)m illius tractatus
s(ed) hec opi(ni)o eracliti e(st) falsa
q(uia) p(re)supp(oni)t falsu(m) s(ed) opi(ni)o eracli-
ti est hui(us)mod(i) i(gitu)r (et)c(etera) maior nota
minor q(uia) p(re)supp(oni)t q(uod) o(mn)is motus
sit ab igne s(ed) q(uod) h(oc) sit falsum
p(atet) (con)sequ(itu)r l(itter)a

Restat nunc dicere

hic e(st) capitulu(m) t(er)ciu(m) istius tracta-
tus et (con)tinuat(ur) sic p(ri)us Alb(er)-
tus i(m)pugnavit opiniones a(n)tiquor(um)
phylosophor(um) de elementis hic

det(er)minat de p(ri)mis qualitatib(us) elementor(um)
et dividit(ur) illud capitulu(m) i(n) duas p(ar)tes
p(r)i(n)cipales i(n) p(ri)ma p(ar)te ostendit nu(m)(erum) p(ri)-
maru(m) qualitatu(m) et elementor(um) s(e)c(un)do dif-
finit p(ri)mas qualitates s(e)c(un)da ibi rede-
am(us) i(gitu)r p(ri)ma adhuc in duo q(uia) p(ri)mo po(nit)
nu(m)(erum) p(r)imaru(m) qualitatu(m) et elementoru(m)
s(e)c(un)do p(ro)bat q(uod) ille qualitates sunt p(ri)me
s(e)c(un)da ibi differunt aute(m) ille qualitates
p(ri)me p(ri)ma adhuc dividit(ur) q(uia) p(ri)mo po(nit)
nu(m)(erum) qualitatu(m) s(e)c(un)do (con)cl(udi)t nu(m)(erum) ele-
mentor(um) s(e)c(un)da ibi quatuor eni(m) qualita-
tes p(ri)mo d(icitu)r sic Restat nunc dice(re) de
p(ri)mis qualitatib(us) co(n)tinuis elementor(um)
q(ue) sunt calidu(m) frigidu(m) siccu(m) humidu(m)
a quib(us) det(er)minata sunt elementa Ignis
eni(m) e(st) calidus et siccus Aer calidus
et humidus Aqua humida et frigida
Terra frigida et sicca Nota p(ri)mo l(itter)a(m)
licet(er) vult dice(re) q(uod) recitatis istis opinio-
nib(us) antiquor(um) restat nunc dic(er)e de quo-
lib(et) elementor(um) et tunc po(n)it nu(m)(erum) quali-
tatu(m) p(ri)maru(m) et dicit sic q(uod) quatuor
sunt qualitates p(ri)me ut p(atet) i(n) l(itter)a
S(e)c(un)do nota q(uod) talia det(er)minant sibi illas
qualitates et sunt det(er)minata p(er) illa qua-
tuor qualitates q(uia) ignis e(st) calidus
et siccus (et)c(etera) sicut p(atet) in l(itter)a Quarto no
nota sicut recitat comentator sup(er) q(uar)-
to celi opi(ni)o allexandri fuit q(uod) ille qua-
litates essent forme substanciales
elementor(um) ita q(uod) q(uo)lib(et) elementu(m) de-
t(er)minat sibi una(m) qualitate(m) p(ro) forma
substanciali et alia(m) tanqua(m) i(m)mediate
sequente(m) ista(m) forma(m) sicut ignis de-
t(er)minat sibi caliditatem p(ro) forma substa(n)-
ciali et siccitate(m) p(ro) forma accidentali
S(ed) comentator i(m)p(ro)bat Unde ibi sit si

hoc esset unum sequitur quod substantia esset in uno et accidens in alio consequens est falsum quia quod unum est nulli accidit ut patet primo physicorum consequentia tenet quia secundum Alexandrum caliditas est forma substantialis ignis et tamen est forma accidentalis aeris et ergo concludit quod ille qualitates non sunt forme substantiales elementorum. Quarto nota dubitatur utrum aer sit calidus et humidus et videtur quod non quia in medio interstitio aeris est perpetuum frigus ergo aer non est calidus. Ibi dico quod aer de sui natura est calidus sed per accidens infrigidatur. Ubi sed patet hoc quod in medio aeris generantur ille impressiones frigide etiam quia ille locus multum distat a superficie terre ubi est calor propter reflexionem radiorum solarium et ergo per accidens aer infrigidatur. Sequitur litera Quatuor cum quod

Quatuor cum qualitates

Hic Albertus ponit qualitatum primarum infert iiii elementorum et dicit sic Quatuor cum qualitates predicte faciunt sex combinationes quorum quatuor sunt possibiles et duo non possibiles calidum humidum frigidum et siccum quare illis combinationibus duabus unum elementum determinat contraria cum sit in eodem esse non possunt. Nota primo circa literam quod possibilis quatuor qualitatibus primis possunt fieri sex combinationes quorum quatuor sunt possibiles et determinant quatuor elementa predicta. Sed duo sunt impossibiles scilicet combinationes qualitatum contrariarum quia contraria non possunt simul stare in eodem. Sed primo combinatur caliditas cum siccitate et sic fit ignis. Secundo combinatur frigiditas cum humiditate et sic fit aqua. Tertio combinatur caliditas cum humiditate et sic fit aer.

Quarto combinatur siccitas cum frigiditate et sic fit terra et quatuor combinationes sunt possibiles. Quinto combinatur caliditas cum frigiditate et illa combinatio est impossibilis quia contraria non possunt sibi compati in eodem. Sexto combinatur siccitas cum humiditate et illa etiam est impossibilis propter eandem rationem.

Secundo nota quod ex litera elicitur conclusio septima et est talis tantum sunt quatuor elementa et non plura probatur tot sunt elementa quot sunt combinationes qualitatum primarum possibiles Sed quatuor sunt qualitatum primarum combinationes possibiles ergo patet in litera (nota: quia frigidi et calidi sit impossibilis combinatio similiter humidi et sicci)

Tertio nota circa illam literam due [illegible] impossibiles ibi sunt conclusio octava de non sex combinationum qualitatum primarum due sunt impossibiles probatur contrariarum sunt combinationes qualitatum sunt impossibiles sed ille due sunt combinationes contrariarum qualitatum ergo in litera quia contraria non possunt simul stare in eodem patet quia ille due sunt combinationes calidi cum humido frigido et sicci cum humido. Quarto nota dices tu quid est causa illius quod in quolibet elemento sunt due qualitates primo dico quod illius causa est quod ex quolibet elemento fit generari aliud ut supra patebit et hoc non posset esse nisi prima actione et passione elementorum modo quolibet (nota: quia sibi [illegible] combinatio)

elementum habet duas qualitates
unam ratione cuius est activum, aliam
ratione cuius est passivum sicut ignis
ratione caliditatis est activus
ratione siccitatis est passivus. Quin-
no to nota dubitatur utrum tantum sint
quattuor qualitates prime et non
[...] qualitates / plures ~~et arguitur~~ quod sint plures
esse probat [...] 4 quia octo sunt consequentia ~~[...]~~ probatur
quia quattuor sunt elementa ut dicitur
in littera et quodlibet habet duas qualita-
tes ut patet in littera precedenti sed bis
quattuor sunt octo ~~[...]~~. Oppositum
dicit Albertus in littera quattuor enim
sunt qualitates. Ibi dico quod tantum quattuor
sunt esse qualitates potest intelligi
dupliciter ~~uno modo~~ secundum numerum et sic sunt
plures ut probat ~~ratio~~. Alio modo
secundum speciem id est quod sunt quattuor
tantum specifice significantes omnes
primas qualitates et hec sunt tantum iste
quattuor caliditas frigiditas etc.
[...] 4 [...] / Sexto nota dubitatur utrum tantum
sunt quattuor elementa et arguitur quod sunt
plura quia infinita sunt elementa ~~igitur~~
plura quam quattuor consequentia ~~[...]~~ ante
~~probatur~~ quia infinita sunt elementa
~~igitur~~ infinita sunt elementata con-
sequentia probatur quia quodlibet elementatum
constat vel consistit ex quattuor elementis.
Oppositum dicit Albertus in littera.
Ibi dico sicut iam patuit quod dicitur
~~potest intelligi uno modo~~ secundum numerum
et sic bene sunt plura ut probat ratio.
Alio modo secundum speciem et sic sunt tantum
illa quattuor ignis aer etc. Septimo
An qualitates / no nota ~~dubitatur utrum~~ ille qualita-
[...] / tes quattuor possunt simul stare in elemento
et videtur quod sic quia ille possunt simul

stare in elementatis igitur in elementis conse-
~~quentia~~ tenet quia non est maior ratio de uno
quam de alio antecedens hoc patet quia lignum constat
ex quattuor elementis. Oppositum dicitur in
littera. Ibi respondeo negative quod contrarie
qualitates non possunt stare formaliter
in eodem subiecto ~~[...]~~ quando dicitur
constat simul in elementis nego antecedens et
dico quod non sunt ibi formaliter simul sed sunt
ibi virtualiter. Sequitur littera Dicuntur autem

Dicuntur autem qualitates

Hic Albertus probat quod iam supposuit ~~scilicet~~
quod ille qualitates ~~quattuor~~ sunt prime qua-
litates ~~et dicuntur~~ quia primo facit hoc.
Secundo ostendit quod sunt due qualitates
secunde ibi contrarie autem. Primo dicit sic
Dicuntur autem ille qualitates prime quia non
fluunt ab aliis, quia omnes alie qualitates fluunt
ab eis sive procedunt ab illis. Unde caliditas
non procedit nec dependet a siccitate nec
econverso nec frigiditas dependet aliqualiter ab
humiditate nec econverso ~~et sic de aliis et~~
quod hoc sit verum ~~probatur~~ sic, quia si caliditas
dependeret a siccitate ~~igitur~~ quidquid esset
summe siccum esset summe calidum ~~et sic~~
ignis qui esset summe calidus esset
summe siccus hoc est falsum sicut probatur
in fine predicti capituli siccitatis, quia terra est summa
sicca eodem modo in aliis et sic patet quod una
contrarietas non dependet ab alia que
dicuntur prime qualitates ut dictum est.
Subdit ostendendo quod sunt due qualitates
dicte secundarie autem sunt que causantur
ab istis sicut durum molle dulce
amarum album nigrum et similia. Nota
circa litteram Albertus primus supponit quod ille qua-
litates quattuor sunt prime hoc modo probat

et est conclusio nona illius tractatus quae est quod [qua]litates primis cum istis sunt prime qualitates. Illa probatur sic: ille qualitates sunt prime quae a nullis prioribus se dependent, sed ille sunt huiusmodi, igitur. Maior nota, sed ~~minor~~ probatur ipse in littera, quia si ille qualitates dependerent ab aliis, hoc maxime esset quod una contrarietas dependeret ab alia, sicut caliditas a siccitate et frigiditas ab humiditate, consequens est quia non potest aliter ymaginari quis dependet ab aliis nisi dependeat ad se invicem mutuo. Sed falsitas consequentis ~~probatur~~ quia si caliditas dependeret a siccitate, tunc illud quod esset summe calidum inter omnia elementa esset summe siccum ~~consequens est~~ quia ex quo caliditas dependet a siccitate, ergo maior caliditas fit a maiore siccitate et maxima a maxima per regulam topicam. Sed falsitas ~~consequentis~~ patet quia ignis est summe calidus inter omnia elementa et tamen non est summe siccus, quia terra est summe sicca ut patet, et sic patet quod ille qualitates non dependent ab aliis nisi ad se invicem mutuo, ergo sunt qualitates prime.

no Secundo nota circa litteram: Albertus sic procedit, quod primo ponit conclusionem, secundo minorem, tertio probat minorem, secunda ibi quia non fluunt, tertia ibi dum caliditas. Tertio nota quod illa littera secundario autem ibi sunt conclusio de ista durum et molle et alie qualitates ipsis quattuor dicuntur qualitates secunde. Illa probatur: ille qualitates que sequuntur primas et a primis causantur sunt qualitates secunde, ~~sed ob~~ alie qualitates sunt huiusmodi, igitur maior

no patet et minor etiam. Quarto nota illarum duarum quedam resultat a primis qualitatibus immediate et quedam mediate. Immediate sicut qualitates extreme sicut album et nigrum et consimiles qualitates. Mediate mediate resultat ex commixtione primarum qualitatum, sed mediati sicut qualitates medii sicut colores que resultant immediate ex commixtione suorum extremorum sicut albi et nigri.

Quinto nota quod ille qualitates prime sunt obiecta tactus ut patet secundo de anima, et tamen quedam qualitates secunde sicut gravitas et levitas, durum et molle, asperum et leve, et quedam qualitates secunde sunt obiecta visus sicut sunt colores et lux, et quedam obiecta gustus sicut amarum et dulce, et sic de aliis quinque sensibus ut patet secundo de anima. Sexto nota dubium utrum ille qualitates sunt prime quattuor, et arguitur quod non, quia alique qualitates sunt eque prime cum ipsis, ergo ipse non sunt prime. Consequentia tenet per propositionem superlativi, antecedens patet quia caliditas aeris est eque calida cum caliditate ignis. Ibi dico quod ille superlativus prime potest dupliciter exponi, scilicet positive et privative. Uno modo quod sensus propositionis est: ille qualitates quattuor sunt prime et nulle sunt eis priores ex quibus resultent, et hic est verum. Alius est sensus: ille sunt prime qualitates, id est cunctis aliis priores, et nulle sunt eque prime cum ipsis, ergo licet ille sunt priores tamen secundis qualitatibus. Sequitur littera Revertamur igitur.

Revertamur igitur ad phic est secunda pars principalis capituli et ~~...~~ sic prius Albertus ostendit numerum primarum qualitatum et probavit eas esse primas qua

litates sicut modo diffinit eas Et di
uiditur in quatuor partes secundum quod diffinit
ordinate illas quatuor qualitates
ibi frigidum autem terra ibi
humidum vero ibi siccum autem
prima adhuc diuiditur quia primo ponit
diffinitionem calidi secundo opponit
contra diffinitionem esse soluit ibi
obicitur contra diffinitionem predictam
Reuertamur ad qualitates
tates diffinitiones illarum qualitatum
scilicet calidi sicci etc Subdit calidum
sic diffinitur ab aristotile in libro
de generatione et corruptione Ca
lidum est congregatiuum homogeneorum et
disgregatiuum ethrogeneorum congre
gat enim aurum cum auro et separat
aurum a ferro et plumbum ab argento
Subdit et dicuntur omogenima que
sunt eiusdem generis et speciei Ethro
genea dicuntur ab ethro quod est diuersum
et genos unde dicuntur ethrogenea
que sunt diuersarum specierum et diuersorum
nota generum Nota primo circa litteram
dicit postquam patefactus est nobis
elementorum et qualitatum primarum
modo reuertamur ad diffiniendum qua
litates primas Calidum
diffinitur ab aristotile in secundo de
generatione et corruptione sic Ca
lidum est congregatiuum omogeniarum
et disgregatiuum ethrogeniarum sicut
calidum congregat aurum cum auro
que sunt homogenea et disgregat
a ferro et plumbo ab argento que
sunt ethrogenea Secundo nota circa
nota litteram illam et dicuntur omogenea ibi
exponit illos terminos homogenium
et ethrogenium et dicit quod hoc nomen
omogenium dicitur ab omos quod humidum
et genus inde homogenium quod est eodem generis
id est eiusdem materie vel nature vel speciei et
ethrogenium dicitur ab ethros quod est diuersum
et genos inde ethrogenium quod est diuersi
generis vel nature Et nota Exolia pro sui
Calidum est congregatiuum
homogeneorum et disgregatiuum ethroge
neorum illa probatur exemplariter in littera
Quarto nota ista diffinitio Calidi non
est proprie dicta diffinitio sed quedam descrip
tio vel notificatio que fit per effectus calidi
quia sicut transmutatio facit fieri materiam
sic operatio formam quia caliditas sit
quedam forma ille operationes disgre
gare congregare ducunt in eius cognitionem
Quinto nota quod ille operationes congrega
re non sunt actus primi primus calidi quia
actus primus est calefacere sed sunt actus
consequentes actum primum ut patebit De

Obicitur contra diffinitionem

Albertus mouet instantiam contra
illam diffinitionem calidi datam et diuiditur
quia primo mouet eam soluit eam
ibi Ad quod respondetur primo dicit sic Obicitur
tamen contra diffinitionem predictam quia videmus
quod adueniente calore congregat paleam
cum luto que sunt ethrogenea ergo non disgre
gat ethrogenea Subdit soluendo Ad hoc
respondetur quod principalis est actus calefacere
secundarii vero sunt condensare disgregare
subtiliare et huiusmodi et isti actus secundarii
non sunt conditionate agentis sed condi
tionate materiarum in quibusdam enim materiis
habet subtiliare sicut in cera in quibus
dam condensare sicut in luto diffinitio
ergo data est in comparatione ad actum se
cundarium quo ad quandam materiam et non
quo ad omnem Nota primo circa litteram ista
circa contra litteram sic dictum

est q calidu cogregat omogenia et disgre
gat ethrogenia cotra h' distat sic oppositu
enim videmus q advenite caliditate solis
cogregat et costringit lutu cu palea et illa
tn sunt ethrogenia Scdo nota circa illam
litteram Ad q i respodetur ibi Albertus solut
h' et videt innuere una distinctionem talem
q ~~duplex~~ e actus calidi quidem actus e
primarius quidem secundarius actus primarius
e calefacere et ille semper e idem in omnibus et no
diversificatur Sed actus secundarij sunt isti s[cilicet] co
densare et disgregare et subtiliare et
illi diversificantur secundum diversitate materie ca
lidu in aliqua materia subtiliat sicut in
cera qua liquefacit et in alia materia con
densat sicut in luto ~~gelf~~ tunc solut et
dicit q diffinitio calidi prius data est
intelligenda quo ad actu secundariu quo ad aliq
materiam et non quo ad omnem itaque vult dicere
q no est intelligendu q calidu semper disgre
get ethrogenia sed in aliqua materia et in
aliqua non Tercio nota q de agentibus quo
ad actu suu primariu semper e aptu natu
facere h' idem sed quo ad actus secundarius
aliquando sunt in actus oppositos ratione diversitatis
materie sicut calidu semper aptu natu cale
facere sed aliquando disgregat aliquando cogre
gat qui sunt actus oppositi secundarij
Quarto nota isti actus codensare et
subtiliare dicuntur actus secundarij quia
sequuntur primarios calidu enim nichil sub
tiliat nec codensat nec aliqua operationum alia
facit secundaria nisi primo calefaciat Secundo

Frigidu e cogregatiuu homoge

Hec e secunda pars illius particule in qua Al
bertus diffinit frigidu et dividit q
primo facit h' secundo ponit unu notabile circa
dictu ~~scdo~~ ibi Nota q principalis actus
primo dicit sic frigidu e cogregatiuu ho
mogeniorum et ethrogeniorum ~~Unde~~
cogregat auru cu auro et arge
tu cu argento et ferru cu argento
q no facit calidu ymo videmus
in estate q cutis aperitur et pori
aperiuntur et humiditas naturalis exit
et sudor in hyeme autem costringitur
cutis ita q humiditas non exit
et inde est q celebrior e dige
stio in hyeme quam in estate
Nota primo circa diffinitionem frigi
di et est h' frigidu est q co
gregat homogenia et ethroge
nia et hec e conclusio duodecima
illius tractatus et probatur experi
mentaliter in litteram q frigiditas co
gregat auru cu auro ~~argentu~~
~~cu argento et ferru cu argento~~
~~q no facit calidu ymo videmus~~
in estate q sunt homogenia et
ferru cu auro q sunt ethrogenia
Secundo nota circa illa litteram videmus
ymo in estate ibi probat per sen
sibilem experientiam dictu suu sed
q frigidu costringit vel cogre
gat q in estate per calorem
aperiuntur pori in cute naturalis et
evaporat calor naturalis et insudat
sudor In hyeme vero illi pori co
stringuntur et calor naturalis intus manet
et ventres homines sunt in hyeme ca
lidi ~~et sic prius~~ q frigidu e con
gregare et disgregare costringere
Tercio nota circa istam litteram unde
e ibi posita experientia infert cor
relarium et e tale q melior et
perfectior e digestio naturalis in hye
me quam in estate Et ratio est
quia in estate quando pori sunt aperti
tunc calor naturalis exit et evaporat
per poros et sic calor intrinsecus de

debilitat' quia calor naturalis est in estate
membra digestionis ut patet Secundo
ergo digestio debilitat' sed in hye
me tunc propter frigus circumstans ca
lor naturalis inflectitur ad intra et sic
fortificatur digestio et ideo hoc est
quod homines facilius incidunt morbos
in estate quam in hyeme Quar
no to nota dubitaret aliquis contra hoc
quod dicit quod frigidum congregat
aurum et ferrum quia nichil videtur
esse congregabile nisi sit congela
bile modo aurum et ferrum non sunt
congelabilia ergo videtur quod non sint
per frigus congelabilia congregabi
lia Dico quod littera Alberti debet
sic intelligi supposito sufficientia
agentis et dispositione materie quod
frigus posset esse ita intensum quod
bene congelaret aurum cum ferro vel
argento sicut videmus quod propter inten
sum frigus dura corpora valde
congelantur sicut lapides et huiusmodi
no Quinto nota dubitaret aliquis
contra hoc quod in estate digestio est de
bilis propter hoc quod calor naturalis exit
per poros Quia diceret aliquis
Si calor naturalis exit tunc calor ex
trinsecus econverso intrat et sic adhuc
potest fieri bona digestio Dico quod per
calorem solis extrinsecum non fit di
gestio sed per calorem naturalem solum
et membris naturalibus Sexto nota quod illa
no diffinitio frigidi eciam non est proprie
diffinitio sed quedam descriptio
vel diffinitio quod nobis sequitur

Et nota tamen quod principal'

Hic Albertus ponit unum notabile
contra dicta de frigido et dicit Et nota
~~tamen quod principalis actus frigidi est frige~~
facere secundarii autem actus sunt congregare
homogenea et etrogenea et alii quamplures
sicut ingrossare condensare quia unius enim rei
unus est actus principalis sicut dicit Avi
cenna plures sunt actus secundarii Unde dicit
Aristoteles in 4to methaurorum ~~octavo physicorum~~ quod calidum
hic frigefacit frigidum calefacit Ubi gratia
adveniente calore solis pori aperiuntur et
humores naturales exalant ita quod corpus in
terius frigescit Sed frigus constringit po
ros et ideo humores calidi moventur in
corpore et ita corpus efficitur calidum isti
autem effectus sunt per accidens Nota primo no
contra litteram ubi dicit quod sicut actus secundarii
calidi sic eciam sunt actus secundarii plures
frigidi sicut constringere condensare et huiusmodi
Secundo nota quomodo elicitur conclusio tracta tus
tus illius tractatus Congregare homo
genea et ethrogenea est actus secundarius
frigidi probatur quia illi actus sunt secunda
rii frigidi qui sequuntur actus primarios
vel primos sed isti sunt huiusmodi ~~ergo~~ maior
nota et minor similiter Tercio nota Alber
tus ubi dicit unam obiectionem contra litteram
dicens Aliquid unius rei unus est actus
ergo frigidum non habet plures ~~actus eiusdem~~
~~rei plures sunt esse actus secundarii~~
unum est quod unius rei unus est actus prin
cipalis cum tamen hoc eiusdem rei plures pos
sunt esse actus secundarii Quarto nota contra no
illam litteram Unde Aristoteles ibi confirmat hoc
per Aristotelem qui dicit quod calidum frigescit per
accidens et frigidum calescit per accidens
et sic unum et idem ~~frigidum~~ duos actus et hoc
accipitur sic quia ut prius dictum est in estate
per calorem extrinsecum pori aperiuntur et exalat
calor naturalis et sic interiora aliqualiter relinquuntur
frigida et sic calidum frigescit per accidens

et frigidum calefit calefit patiendo et sic unum et idem sub duobus actibus et hoc accipit sic quod ut prius dictum est in estate propter calorem constrictivum pori aperiunt et exalat calor naturalis et sic interiora aliquantum remanent frigida et sic calidum frigescit patiendo quia ad talem aperitionem pororum accidentaliter sequitur exalatio caloris naturalis in hyeme econverso pori constringuntur per frigidum et sic calor confortatur in eius interiora et calidum calefiunt quia ad talem constrictionem pororum sequitur calefactio interiorum ¶ Quinto nota no
ex hoc patet quod unum et idem agens potest in actus contrarios in uno per se in alio patiendo quod calidum per se calefecit et patiendo frigescit calefacere et frigefacere sunt actus oppositi etc Sequitur textus

Humidum vero est quod est male

hic est secunda pars principalis capituli in qua Albertus diffinit humidum et conmunicat sic prius Albertus diffiniebat calidum et frigidum sic modo diffinit humidum et dividitur quia primo facit hoc secundo tunc infert corelaria secunda ibi Unde patet et illa etiam in duo secundum quod ponit duo corre laria primo dicit sic humidum vero est quod est male terminabile proprio termino bene autem termina bile termino alieno Subdit autem inferendo correlarium unde patet quod aer sit humidior quam aqua quia magis est fluxibilis et ex hoc etiam patet error illorum qui di xerunt quod omne corpus sit porosum quia si aer esset porosus haberet concavita tes ad quas terminaretur et sic bene esset terminabilis termino proprio quod est falsum ¶ Nota
no primo circa textum istam diffinitionem humidum est male terminabile proprio termino et bene terminabile termino alieno et hec est conclusio quarta decima et probatur ex textu sic Omne fluxi bile est bene terminabile male terminabile proprio termino et bene terminabile termino alie no ergo humidum est fluxibile et est maior nota quia fluxibile potest difficulter contineri ne fluat sed tamen quia est molle et liquidum bene ergo bene continetur ab alieno et suscipit impressionem alterius sed minor principalis patet de se ¶ Secundo no
nota circa illam textum unde patet ibi infert correlarium et est conclusio quintadecima Aer est hu midior quam aqua et probatur sic Aer est fluxibilior et facilius terminatur difficilius terminatur termino proprio ergo est humidior consequentia patet ex diffinitione humidi quod ponitur in textu antecedens patet de se ad experientiam ¶ Tercio nota circa illam textum ex no
hoc etiam patet ibi infert secundum cor relarium et est remotio cuiusdam opinionis antique et dicit conclusio diffinitione humidi patet quod aer non est porosus et ex hoc patet error eorum qui dicunt quod omne corpus sit po rosum sed quod aer non sit porosus probatur quia sicut esset terminabilis termino proprio consequens est falsum ex diffinitione humidi in textu quia aer est humidus consequentia probatur quod si esset porosus haberet foramina et concavitates ad quas terminaretur et sic esset bene termina bilis termino proprio ¶ Quarto no no
dubitatur circa diffinitionem humidi positam utrum humidum sit termina bile termino proprio et arguitur quod sic quia omne cuius natura est bene terminabile termino proprio humidum est cuius natura etc maior patet ex secundo de anima ubi

dicit quod omnia ista consistunt circa terminos magnitudinis et augmenti / sed minor patet de se / ubi dico quod illa ratio bene probat quod humidum sit terminatum et terminabile termino proprio / sed non probat quod humidum sit bene et faciliter terminabile termino proprio et ergo non procedit contra litteram
nota Quinto nota commentum hic quod dicitur quod aer est humidior quam aqua ~~confirmatur~~ quia iuvenes mulieres citius et facilius patiuntur menstruum quam senes, quia in mulieribus est ille humor aereus et ergo est fluxibilior et difficilius terminabilis et retentabilis et in senibus est aquaticus et confirmatur hic quod quanto mulieres fuerint pulcriores et meliores complexionis tanto citius patiuntur fluxum menstruorum / sed forte non tamen fluxum patiuntur sicut senes quia in eis est fortior calor digerens
nota humorem illum Sexto nota commentum hic quod dicit quod si aer esset porosus quod tunc esset bene terminabilis termino proprio illa consequentia ~~probatur~~ sic Omne densum est bene terminabile proprio termino sed aer si esset porosus esset multum densibilis ergo esset bene terminabilis ergo ~~consequentia maior~~ patet per oppositionem eius patet quod omne porosum est multum rarum et ergo est bene condensabile ~~Sequitur~~ littera Siccum autem

Siccum autem est quod est bene

Hic est quarta pars illius in qua Albertus diffinit quartam qualitatem scilicet siccum et dividitur quia primo facit hoc / secundo ponit quaedam notabilia ibi ~~Et nota primo~~ dicit sic Siccum autem est quod bene est terminabile termino proprio et male terminabile termino alieno et hic est conclusio sextadecima illius tractatus et probatur sic exemplariter in littera quod lapis et terra et homines sicca sunt bene terminabilia terminis propriis et male terminabilia terminis alienis / Nota primo commentum litteram hic est diffinitio sicci / quod siccum est bene terminabile termino proprio et male terminabile termino alieno sicut lapis terra et ligna etc. Secundo nota Siccum est bene terminabile termino proprio propter hoc quia partes bene adhaerent sibi mutuo et non diffluunt et ergo possunt figurari bene et continuari proprio sed male est terminabile termino alieno quia propter eius duritiem difficulter recipiunt figuram alicuius alterius continentis sicut patet ad experientiam / si lapides vel aliqua alia dura ponuntur ad aliud quadratae figurae propter hoc non fiunt quadratae figurae nisi tamen cum magno labore Tertio nota diffinitiones sicci et humidi sunt oppositi ut patet sexto topicorum sed siccum et humidum sunt opposita ut prius dictum est quia oppositorum diffinitiones sunt oppositae Quarto nota quod iste diffinitiones primarum qualitatum non sunt diffinitiones proprie dictae / sed sunt quaedam descriptiones quia accidentia non possunt diffiniri diffinitione proprie dicta ut per commentatorem patet septimo metaphysicae Sequitur littera Et nota

Et nota ut dicit Aristoteles

Hic Albertus ponit notabilia de istis qualitatibus primis et dividitur in duo et secundum quod ponit duo notabilia Secundo ibi Et nota Primo dicit sic Et nota ut dicit Aristoteles humiditas est causa grossitiei quia inducit grossitiem humorum Siccitas autem causa subtilitatis quia compositatem praecedit subtilitas Et subdit secundum notabile dicens Et nota quod ut dicit Aristoteles praedictarum qualitatum duae sunt activae scilicet calidum frigidum et duae passivae scilicet humidum siccum et dicuntur passivae quia non sunt adeo vehementis actionis sicut aliae duae / Aliquando non contingeret optima generatio aquae nec ignis / vel cum elementa conveniunt in frigiditate nisi ergo ... siccum

tie et humidum aque esset actio et passio non conti-
gueret ipsa generari adinvicem / generatio enim non
fit nisi in habentibus contrarietatem actionis et
passionis eodem modo intelligitur de aere et
de igne / Similiter alie due sunt calidum et fri-
gidum dicuntur active non quod omnino non sunt pas-
sive / sed quia minus sunt passive quam humidum et
siccum / aliquando ex aqua non fieret aer qui
conveniunt in humido nec contra ignis quia quod
conveniunt in siccitate vel in sicco // Nota primo
circa litteram ubi dicit quod humiditas est causa
grossiciei et siccitas est causa ~~siccitatis~~
subtilitatis et hec est conclusio septimadecima et
probatur per effectus / quia humiditas introducit
grossiciem sicut patet in pinguibus / sed sicci-
tas subtilitatem sicut patet in colericis //
Secundo nota circa illam litteram Itaque nota ubi su-
mitur conclusio octavadecima / calidum et frigi-
dum sunt qualitates active humidum et siccum
sunt qualitates passive Illa probatur sic quia
calidum et frigidum sunt vehementis actionis
et humidum et siccum sunt vehementis passionis
~~et conclusio~~ nec consequentia tenet ut patet in littera
in experientia // Tertio nota circa litteram Ali-
quis dubitaret contra conclusionem / quia si
esset vera / sequeretur quod terra non posset generari ex
igne nec econverso et quod aqua non posset genera-
ri ex terra nec econverso sed hoc consequens falsum
quia quodlibet elementum potest generari ex alio con-
sequentia probatur / quia illa possunt generari ex in-
vicem nisi inter que est actio et passio modo
ignis et terra conveniunt in siccitate / sed diffe-
runt in caliditate et frigiditate Si ergo
ille qualitates solum sunt active et non
passive / ergo ignis et terra non sunt activa
et passiva adinvicem et per consequens non
possunt generari ex invicem / Similiter est de terra
et aqua illa conveniunt in frigiditate et diffe-
runt in humiditate et siccitate ~~et ergo~~ humidi-
tas et siccitas sunt solum qualitates
passive et non active / terra et aqua tunc
non sunt adinvicem activa et passiva
et per consequens non generabuntur ex in-
vicem Ad illam in scripto Alber-
tus respondet in littera et dicit quod cali-
dum et frigidum non dicuntur passive qua-
litates quia sint passive / sed quia
plus sunt active quam passive
et sic non procedit in scripto Quar- nota
to nota circa hoc quod dicitur humiditas est
causa grossiciei et siccitas causa
subtilitatis / si hoc esset verum sequere-
tur quod terra esset subtilior aere et
aqua consequens falsum igitur falsitas
consequentis patet quia aqua est in du-
plo subtilior et aer est in centuplo
subtilior / consequentia tamen patet quia
terra est siccior quam aqua et aer
Ubi dicitur aquibusdam / quod siccitas cum
caliditate est causa subtilitatis et
sic ignis est subtilis Sed siccitas
cum frigiditate est causa grossi-
ciei et sic terra est grossa / similiter
humiditas cum caliditate est causa
subtilitatis et sic aer est subtilis
Sed humiditas cum frigiditate est
causa grossiciei et sic aqua est
grossa Sequitur littera Et quia

Et quia elementa

Hic est capitulum quartum illius trac-
tatus et continuatur sic Prius Al-
bertus determinavit de primis
qualitatibus elementorum / hic modo
determinat de modo generandi eleme-
ntorum ex invicem et dividitur in du-
as partes / quia primo ostendit utrum
elementa sint generata vel non / secundo
ostendit quod sint generata primo / vel
quomodo elementa sunt generata ex invi-
cem secundo ibi post hoc secundum

prima ad hunc dividitur in duo quia primo proponit intentum suum, secundo prosequitur. Secunda ibi Sed quia aristoteles in libro etc. Illa dividitur in tres: primo recitat opinionem illorum qui dixerunt elementa primo creata, secundo illam opinionem improbat et in tertio infert unum corelarium, secunda ibi [secunda ibi] Contra quod sic obicitur, tertia ibi relinquitur ergo. Primo [dicit sic quia] elementa generantur ad invicem ex uno enim pugillo terre fiunt decem aque, et ex uno pugillo aque x aeris, et ex uno aeris x ignis, [...] est nunc de generatione corporum perscrutando primo an aliquod sit generata vel creata. Nota primo circa litteram ut dicit manifestum est quod elementa generantur ad invicem quia ex uno pugillo terre generantur x aque et ex uno pugillo aeris generantur x ignis ergo videndum est de generatione elementorum a quo generantur et est primo investigandum [...] sit primo generata vel creata et ex hoc patet continuatio et propositum intenti. Secundo nota quod ex littera elicitur conclusio non adeo illius tractatus elementa generantur ad invicem illa probatur sic ex uno pugillo terre generantur x aque et ex uno pugillo aque generantur x aeris [secunda] sicut dicitur in littera ergo conclusio vera consequentia tenet antecedens probatur in littera. Tertio nota pugillus terre dicitur tantum de terra quantum potest comprehendi in manu et similiter pugillus aque et aeris et dicitur a pugno quod habet quantitatem pugni. Quarto nota quod ratio illius quod ex uno pugillo terre [fiunt] x aque et ratio illa quod terra est in decuplo densior

quam aqua et eadem ratione de aliis. [Quinto] Quinto nota quod ex uno pugillo terre significat x aque [sic debet] sic intelligi ymaginari oportet unus pugillus aque et unus pugillus terre et dividatur ille pugillus terre in x partes, tunc si quelibet partibus terre debet generari aqua oportet quod tunc requiritur quod quelibet sit tantum sicut ille pugillus aque et sic suo modo ymaginandum est de aliis et sic de uno pugillo terre fiunt x aque. Sexto nota ex illo patet quod ex uno pugillo terre generantur x aque et centum aeris et mille ignis quia semper unum est decuplum alio. Sequitur littera

[Super quo elementa fiunt]

Hic Albertus recitat opinionem illorum qui dixerunt elementa esse primo generata et dicit sic Super quo scilicet elementa fiunt primo generata aristoteles in primo libro celi et mundi simpliciter in tertio ponit opinionem quod dicitur fuisse ptolomei, quia elementa primo facta fuerunt per motum celi. Subdit improbando illam opinionem contra quod sic obicitur vel iste motus fuit in aliud corpus vel in materiam nudam. Si in materiam nudam hoc est impossibile quia materia nunquam nuda est quod sic ostenditur ponatur quod aer agat in ignem corrumpendo ipsum aut eius materia nuda erit aut non. Si non habeo propositum. Si sic ergo non est separata alicui loco quia si esset in loco esset sub corpore dato ergo non est maior ratio quare debetur ei igneitas magis in isto loco quam in alio. Sed non videmus ubi est actio ibi est potentia igneitatis ergo non separatur alicui loco sub corporeitate ergo nunquam erit nuda. Si vero agit in corpus aliud preter elementa ergo illud corpus fuit ante elementa et sic elementa non fuerunt prima et sic etiam non esset elementa quod est contra

Subdit inferendo correlarium dicens relinquitur
ergo quod elementa non sunt generata sed creata, quod
concordat cum augustino qui dicit quod omnia
elementa idest id est omnes partes mundi simul cre-
ata sunt in materia et forma. Nota primo
nō circa litteram dicitur fuisse opinio ptholomei
quod elementa sint generata per motum celi ergo
sub elementum cecidentibus deorsum et super
illud cecidit aqua et super illud aer et su-
per illud subtilissimum puta ignis. Secundo nota
circa illam litteram contra quod obicitur ibi Albertus
improbat illam opinionem et sumitur conclusio
conclusio directa illi contrarietatem et est hec elementa
non sunt generata per motum celi et probatur quoniam
sic. Vel ergo celum egisset in aliud corpus aut
in materiam nudam non potest dici quod egisset in
materiam nudam, quia materia numquam est
nuda. Si autem dicatur quod egit in aliud corpus
ergo aliud corpus fuit prius elementis ergo
elementa non sunt elementa, quod est contra probata
consequentia quia non sunt principia omnium
corporum. Tercio nota circa illam litteram quod sunt
ostenditur ibi probat quod proponit scilicet quod materia
numquam stetit nuda, ponatur quod aer agat
in ignem corrumpendo ignem. Vel tunc corrup-
to ipso igne materia stat nuda vel non.
Si dicatur quod non habeo propositum. Si autem
dicatur quod sic ergo materia illa non esset in loco
quia nichil est in loco nisi corpus. Si ergo esset
in loco tunc esset corpus et per consequens non
esset nuda. Sed falsitas consequentis patet quia si
non esset in loco et non esset intus quare ignis
forma fuit ignis fuit sibi coniuncta in isto
loco plus quam in alio. Quarto nota
circa illam litteram relinquitur ergo per modum cor-
relarii infert conclusionem intentam et est con-
clusio directa prima elementa non sunt ge-
nerata sed creata illa probat per auctoritatem
sancti augustini ut patet in libro. Quinto nota
quod phylozophice loquendo elementa non
sunt generata neque creata sed ab eterno fuerunt
una cum mundo et hoc est unum de locis spe-

rus elementorum 2e libro Post hoc

Post hoc sciendum

Hic est secunda pars principalis capituli
et continuatur sic prius Albertus
probavit quod elementa non sunt
generata a principio. Hic modo probat
sed diffinit generationem et dividit
quia primo facit hoc secundo ponit
quedam notabilia ibi et notandum
quedam dicimus. Prima adhuc dividitur
primo ponit unam divisionem secundo
consequitur membra divisionis secundo
ibi generatio simplex primo dicit sic.
Post hoc sciendum quod duplex est generatio
scilicet generatio simplex et generatio quedam
et secundum quod simplex est generatio
forme substantialis. Sed generatio
quedam et secundum quod est alteratio vel
mutatio id est producit forme
substantialis accidentalis. Subdit
Unde generatio simpliciter potest diffinire
sic, generatio est materiam conspoli-
ari a forma substantiali et mo-
veri in aliam formam substantialem
cum ergo ubi conspoliatio fit a con-
trario aptum generationem et corrup-
tionem sed mediantibus contrarietati-
bus primarum qualitatum. Et sub-
dit inferendo correlarium. Unde
circa patet quod materia est ingenita
et incorruptibilis, quia si esset
generata hoc esset ex alia materia ergo
materia haberet aliam materiam
et sic infinitum esset procedere
hoc autem est falsum ergo materia non
est generata sed creata. Nota primo nō
circa litteram divisio constat in hoc
quod quedam est generatio simplex et que-
dam secundum quid. Generatio simplex
est generatio forme substantialis
Sed generatio secundum quid est generatio

accidentalis communi primi sicut generatio
hominis dicitur generatio simplex, communi secundi sit
generatio albedinis dicitur generatio secundum
no quid. Secundo nota secundum quod dicitur in secundo
de generatione generationum quedam vo-
catur generatio secundum quid, quedam vocatur
substantie seu simplex. Generatio sub-
stantie simplex quando generatur substantia nobilior ex
corruptione ignobilioris ut quando generatur ignis
ex terra. Sed generatio simplex secundum quid
dicitur quando generatur ignobilior ex nobiliori
sicut quando generatur terra ex igne. Tertio
nota nota sit et in generatione accidenta-
lium formarum, quia quedam generatio for-
me accidentalis dicitur simplex ~~et quedam~~
secundum quid ~~comm~~ primi sicut quando generatur
forma nobilior formarum communis
formali dicitur generatio ~~simplex~~ sicut quando
generatur calidum ex frigido, quando autem
econverso minus formalis formatur
de formatione tunc vocatur generatio
secundum quid, sicut quando generatur frigidi-
tas ex caliditate. Quarto nota
no circa illam litteram unde generari simpliciter
potest sic diffiniri: generari simpliciter est ex
spoliari materiam aliqua substantiali
et mutari ~~in~~ ad aliam. Sed etiam potest dif-
finiri generari secundum quid quod est solum
ex spoliari aliqua forma accide-
tali et moveri ad aliam. Vel potest sic
diffiniri ~~generatio simplex~~ est spoliatio
materie de forma ignobiliori et
motus ad formam nobiliorem et generari
~~et secundum quid~~ potest sic diffiniri generari
secundum quid est ex spoliari materiam
forma nobiliori et moveri ad for-
Quinto no mam ignobiliorem. Secundo nota sicut
distinguitur sic distinguitur corruptio
quia quedam est corruptio simplex quando
corrumpitur forma substantialis vel
forma nobilior. Et quedam est

corruptio secundum quid quando corrumpitur forma acci-
dentalis vel forma ignobilior. Quinto nota circa no
istam litteram cum generatio omnis ex spoliatio fit accidenta-
rio et generatio est talis ex spoliatio generatio generatio
fit accidentario et maxime generatio elementorum
hec est ratione contrarietatum primarum quarum.
Sexto nota circa illam litteram unde etiam patet
quod ibi infert correlarium tale quod ex hoc sequitur
quod materia prima est generata et incorruptibilis
et si esset generata esset generata ex materia
consequenter probatur ex dictis, quia generatio est ex
spoliatio materie una forma et inductio alterius
ergo si materia esset generata materia materie esset
spoliata forma et reciperet formam sed sic
patet quia sic materiam haberet materiam
et illa iterum aliam materiam et sic procederet in in-
finitum sed ille processus est prohibitus ut patet
duodecimo metaphysice. Sequitur littera

Nota differentiam inter creare

hic Albertus ponit notabilia ~~et duo dicit~~
secundum quod ponit duo notabilia ~~secundo~~ ubi no-
tat quod generatio prima ad hoc in duo: primo ponit
notabile, secundo infert correlarium ~~dicendo~~
dicens patet. Primo dicit sic: Nota differentiam inter 1m
generare et creare et facere. Generare est aliquid
facere ex aliquo, creare vero est aliquid facere
ex nichilo. Facere vero est quod ad utrumque. Sub
dit correlarium patet quod illa elementa facilius
transmutantur ad invicem que conveniunt in aliqua
qualitate quam illa que in nullo conveniunt, facilius
enim est vincere unam quam duas ut terra facilius
transmutatur in aquam quam in aerem
conveniens enim cum aqua in una qualitate
cum aere non in nulla ~~et~~ et hoc est quod ipse dicit
Aristoteles in secundo de generatione et corruptione
quod habet similitudinem ideo est convenientia ad invi-
cem. Facilior est eorum transmutatio, quia facilius
est vincere unam quam multa transmutare. Nota 2m

primo potest dici creationem generationem et
factionem et est sic Creatio est productio rei non
presupposito subiecto Generatio est productio rei non aliquo
presupposito subiecto Sed factio est commune ad utrumque
et generamus quia creamus dicimur facere Secundo
nota quod creatio theologice loquendo bene potest
sed philozophice autem est impossibilis quod
confirmatur primo physicorum quod omnes philosophi hoc for-
midant quod ex nichilo aliquid fiat Tertio
nota circa illam litteram corporibus patet ubi in-
fert correlarium corporibus quod dicitur
quod elementa transmutantur adinvicem
sequitur correlarie quod illa elementa citius
transmutantur adinvicem que conveniunt in ali-
qua qualitate quam illa que in nulla conveni-
unt et ratio est quod citius et facilius transmutatur
una qualitas quam due ubi quam citius
generatur aqua ex terra quam aer quia aqua et terra
conveniunt in una qualitate scilicet frigiditate
sed terra et aer in nulla conveniunt quia terra et
aqua conveniunt in frigiditate et ergo in ge-
neratione aque ex terra facilius est cor-
rumpere solam siccitatem quam in generatione
aeris ex terra frigiditatem et siccitatem
quia in hiis ambabus qualitatibus contrari-
atur terra aeri Nota quinto ex littera eli-
citur conclusio sed secunda illius textus
Elementa que conveniunt in aliqua qualitate
citius transmutantur adinvicem quam illa
que in nulla conveniunt et probatur sic quia illa ele-
menta transmutantur citius adinvicem quorum
qualitates quam illa que in nulla conveniunt
quorum qualitates facilius se mutuo
vincunt sic est de illis in aliqua qualitate
maior probatur quia transmutatio elementorum
fit per actionem et passionem primarum qualitatum
dictum est videlicet quod facilius est transmutare
et vincere unam qualitatem quam duas et illa
conclusio confirmatur per auctoritatem aristotelis

in secundo de generatione minor patet in littera
Quarto nota quod qualitates
symbole dicuntur ille ut patet secundo de
generatione in quibus conveniunt duo
elementa ut in caliditate conveni-
unt aer ignis Similiter aqua aer
conveniunt in humiditate et aqua terra
in frigiditate et terra et ignis in sicci-
tate et ille tres dicuntur symbole
Sexto nota quod illa qualitas sym-
bola manet in eodem in generato et
in corrupto et ergo non oportet eam
corrumpi sicut quando generatur ignis
ex aere tunc non oportet corrumpi ca-
liditatem aeris sed utrum illa qua-
litas symbola maneat
eadem in uno generato que fuit in cor-
rupto vel eadem specie debet fuit
diverse opiniones ut patet secundo de
generatione Sequitur littera Nota quod ge-

Nota quod generatio unius

Hic Albertus ponit secundum notabile
et est ultra propositum illius capituli et dicit sic
Nota quod generatio unius elementi est
corruptio alterius et econverso quia
dicit quod generatio et corruptio idem
sunt in subiecto differunt tamen secundum
terminos sicut eadem est via de a-
thenis ad thebas et econverso dif-
ferens tamen secundum terminos Aly dicunt
quod non sit idem et probant ubi sed
generatio unius et corruptio alterius
probatur sic ad generationem sequitur
corruptio alterius et econverso Pro
primo circa litteram vult dicere quod generatio
unius elementi est corruptio alterius
et probatur sic Si generatio unius non
esset corruptio alterius sequeretur
alterum istorum duorum inconvenientium
aut quod due forme substantiales

distincte in formalibus succedit sibi in
eadem materia vel materia pro aliquo
tempore staret nuda de medietate a for-
ma illud autem inconveniens est
ergo illud ex quo sequitur falsitas
primi probatur / quia unius materie est actus
sed pluralitas sed patet per secundum de generatione
quod materia numquam separatur a ma-
teriis et passionibus consequentia
probatur / et pono quod in hoc instanti ge-
neretur forma ignis quaero tunc vel
ergo in eodem instanti corrumpitur for-
ma aeris vel non si sic habeo proposi-
tum quod generatio ignis est corruptio
aeris si non vel ergo prius vel in
aliquo instanti priori corrumpetur
sed non sequitur primum scilicet quod forma
aeris et ignis stant simul in eadem
materia si autem dicatur quod in aliquo
instanti posteriori corrumpitur ergo in isto
toto tempore corrumpitur intermedio
materia stabit sub forma ignis
et sub forma aeris si autem dicatur
quod est ante hoc instans corrumpitur
capiatur illud instans in quo cor-
rupta fuit et sit a / et iterum c / et inter
instans mediat tempus et illo tempore
materia stetit nuda quod est secundum te
inconveniens / probatur consequentia / quia
in a instanti forma aeris corrumpe-
batur ergo prius a instans non fuit et
in hoc instanti forma ignis aeris
corrumpebatur ergo prius a instans non
fuit et in hoc instanti forma ignis
primo generatur si autem ante hoc
instans non fuit ergo in tempore inter-
medio inter a et c instans
materia nec fuit informata for-
ma ignis nec forma aeris ergo stetit
nuda cum in ea non sit aliqua alia
forma introducta ut patet per processum

Secundo nota contra illa littera videtur quod dicat
quod propter hoc quod generatio et corruptio sunt idem
secundum subiectum id est sunt una et eadem mu-
tatio / sed differunt secundum terminos / quia terminus
generationis generationis a quo est non esse vel non
pura sed terminus ad quem est esse vel forma
econverso terminus a quo corruptionis est esse
esse a forma vel forma sed terminus ad quem
est non esse forme quod declaravit Aristoteles quia
eadem est via ab athenis ad thebeas
inter illas duas civitates ~~et econverso~~ ad the-
beas ad athenis / sed tamen ~~dicit~~ secundum terminos
a quo et ad quem sic etiam est de generatione
et corruptione quod est una et eadem mutatio
sed ~~dicit~~ in terminis / ~~tertio nota~~ possumus diffi-
nire generationem et corruptionem / Quia
generatio est motus rei vel materie de non
esse in esse sicut mutatio non musici in
musicum est generatio sed corruptio est motus
ab esse ad non esse id est mutatio materie
ab esse forme ad non esse sicut quando ex
musico fit immusicum / Quarto nota contra no
illa littera dicit quod generatio et corruptio
non sunt idem secundum subiectum hoc dupliciter
intelligitur uno modo quod sit idem quod generatur et quod
corrumpitur et hoc est verum alio modo quod non
sit eadem mutatio que est generatio unius et
corruptio alterius et hoc est falsum / Quinto no
nota contra glosam que ponitur in textu generatio
unius est prius corruptio alterius / si ibi post
dicit posterioritatem temporis falsum est quia
in uno et eodem instanti est generatio et
corruptio simpliciter sed li post dicit posterio-
ritatem nature sic est verum quia naturaliter corruptio
est prior generatione / quia naturaliter oportet primo for-
mam corrumpendam corrumpi antequam for-
ma generanda generetur / Sexto nota quod generatio no
substantialis capitur dupliciter uno modo capitur
generatio simpliciter id est generatio forme sub

stancialis. Alio modo sumitur generacio pro disposicione prima et illa est in tempore, similiter est de generacione et corrupcione quia quedam est corrupcio simpliciter et est corrupcio forme substancialis, et quedam secundum quid scilicet est corrupcio forme secundum accidentalis vel est disposicio ad corrupcionem. Primo modo dicte correspondet corrupcio primo modo dicta et econverso et generacioni secundo modo dicte correspondet corrupcio secundo modo dicta et econverso. Septimo
no nota quod hic Aristoteles in secundo de generacione probat perpetuitatem generacionis, quia generacio unius est corrupcio alterius et econverso et sic continue. Sequitur littera Alteracio est motus

Alteracio est motus

Hic est capitulum quintum illius tractatus et continuatur sic: Postquam Albertus determinavit de generacione elementorum et commixtorum, hic pro meliori intellectu dictorum determinat de speciebus motus et dividitur in tres partes, quia de tribus speciebus motus determinat per ordinem: primo de alteracione, secundo de augmentacione et diminucione, tercio de motu locali. Secunda ibi Sequitur de augmentacione, tercia ibi sequitur de loci mutacione. Prima adhuc dividitur in duas, quia primo diffinit alteracionem, secundo ponit differenciam inter alteracionem et generacionem simpliciter, secunda ibi Differt alteracio a generacione. Primo dicit sic: Alteracio est motus de una qualitate in contrariam qualitatem et subdit declarando eam, id est hoc quod dico qualitate, intelligo qualitatem accidentalem sicut sunt sanitas, egritudo, rotunditas et angularitas, dulcedo et amaritudo, albedo et nigredo, calidum et
no frigidum. Primo nota circa litteram illa est diffinicio alteracionis que ponitur in primo de generacione, in tractatu secundo, quod alteracio est transmutacio de qualitate contraria vel de contraria in media vel de media in contrariam extremi, sicut transmutacio de sanitate in egritudinem vel de calido in frigidum et sic de aliis qualitatibus in littera positis, secundo sicut transmutacio de albo in medium colorem puta in viridem et in rubeum, tercio sicut transmutacio medii in extremum sicut rubei vel viridis in album vel in nigrum. Secundo nota circa litteram quod hic no
quod dico ibi opponit se quidam intelligit per qualitate quod dicitur alteracio est motus ad qualitatem et videtur innuere talem distinccionem quod cum sit qualitas essencialis, sicut vocatur forma substancialis, et motus ad illam non est alteracio proprie dicta sed generacio. Alia est qualitas accidentalis et tales sunt que nominantur in littera quia et tales de illis intelligitur hoc nomen qualitas positum in diffinicione alteracionis.
no Tercio nota quod illa diffinicio alteracionis sit bona patet, quia est conposita ex genere et differencia patet, quia transmutacio ponitur ibi tanquam genus et ad qualitatem tanquam differencia, quia per hoc quod alteracio est motus ad qualitatem differt ab omnibus aliis motibus. Quarto nota quod quedam no
sunt qualitates prime et quedam secunde illorum que nominantur in littera et de utrisque qualitatibus intelligitur illa diffinicio alteracionis. Quinto no
nota dubitatur utrum transmutacio de rotunditate in angularitatem vel econverso sit alteracio et videtur quod non quia illa qualitate de quarta specie qualitatis est motus, rotunditas et angularitas sunt

qualitates de quarta specie qualitatis
maior patet septimo physicorum
minor probatur quia rotunditas et angu
laritas significant figuram Opposi
tum innuit albertus in libro ponens illas
qualitates inter alias Ubi nota quod al
teratio capitur duobus modis uno modo stricte et
proprie et sic est inter reales qualita
tes contrarias et medias et sic
cum obiectione contrariis et ceteris
conditionibus quae requiruntur ad conditiones
ad alterationem et sic accipiendo alte
ratio est subiectum ad qualitatem
de tertia specie qualitatis ut patet sep
timo physicorum et sic mutatio de
rotundo et angulari non est alteratio
ut probat ratio Alio modo alteratio sumitur
large et sic mutatio quae licet per quam
subiectum recipit aliam denominationem
potest vocari alteratio et mutatio
de rotundo in angulare potest dici al
teratio Sequitur littera

Differt autem alteratio

Hic est secunda pars illius particule in qua
Albertus ponit differentiam inter alterationem
et generationem simpliciter et dicit sic
differt alteratio a generatione quia
in alteratione est mutatio de quali
tate accidentali ad qualitatem
accidentalem in generatione est mutatio
de forma substantiali ad substan
tialem Quo dicit quod in alteratione
necesse est manere idem subiectum
sensibile in generatione non sed
secundum totum sit transmutatio et
dicit subiectum sensibile propter
materiam primam quae licet maneat
etiam eadem in generatione tamen
quia talis non est sensibilis Primo
nota quod sunt conclusio haec no

prima quarta Secunda alteratio et generatio simpliciter
differunt probatur primo ex libro ille muta
tiones differunt quarum termini a quibus et ad
quos differunt generatio et alteratio sunt huius
modi maior nota quia diversitas mo
tuum sumitur a diversitate terminorum ad quos
minor patet in libro quia terminus ad quem altera
tionis est qualitas accidentalis secundum terminus
ad quem generationis est forma substantialis
Secundo nota circa illam litteram quod in alteratione no
ubi sunt rationes secundum per eandem conclusionem Secundo
ille mutationes differunt quarum subiecta
differunt alteratio et generatio simpliciter sunt huiusmodi
maior patet quia ad unitatem motus re
quiritur unitas substantie minor patet in libro
quia in alteratione manet idem subiectum
ut patet sed in generatione simpliciter non manet
ergo non est idem subiectum generationis et altera
tionis Tertio nota ex illa ratione patet quod no
mutationes distinguntur uno modo penes ter
minos ad quos hic patet in prima ratione
Alio modo distinguuntur penes subiecta hic patet
in secunda ratione Quarto nota quod in gene no
ratione simpliciter non maneat idem subiectum
sensibile hic sic patet quod nihil est sensibile
nisi per formas accidentales quia accidentia
solum per se sunt sensibilia ut patet secundo de
anima Sed forme accidentales non possunt esse
a materia nisi mediante forma substantiali
ergo corrupta forma substantiali non manet
illa accidentia et per consequens subiectum
non manet sensibile In alteratione autem
licet fiat transmutatio in uno accidente tamen
adhuc plura manent ratione quorum sub
iectum est sensibile Quinto nota circa litteram
Subiectum sensibile dico Ubi vult dicere
quod materia prima bene manet eadem secundum
substantiam in generato et in corrupto tamen non
sub eisdem dispositionibus manet et ergo non
est sensibilis in quantum est subiectum for

me qualitatem que est ens in pura potentia et non
qualificatur aliqua qualitate ratione cuius sit
sensibilis. Sexto nota dubitatur hic utrum in generatione
simplici maneat subiectum simpliciter et
sequitur quod sic, quia in generatione elementorum ex
invicem que habent symbolum manet qualitas
symbola et illa est sensibilis, igitur consequentia
tenet. Et quod prima parte patet ex dictis et pro
secunda parte patet, quia qualitates prime sunt ob-
iectum sensus tactus. Ad oppositum dicitur in litera
Ubi dico quod litera debet intelligi quod subiectum non
sensibile ratione alicuius quod sit qualitas
illius quod est corruptum et per hoc patet ad rationem
quia licet qualitas symbola maneat tamen
ipsa non manet qualitas eiusdem subiecti
quia post generationem est accidens geniti. Sequitur

Sequitur de augmentatione

Hic est tractatus illius capituli quinti et continetur
sic, quibus Albertus determinavit de una specie
motus scilicet de alteratione hic determinat de
alia specie scilicet de augmentatione et diminutione
et dividitur quia primo diffinit augmentationem
et diminutionem, secundo ponit quedam notabilia
circa augmentationem et diminutionem. Secunda ibi et
nota quod augmentum primo dicitur sic. Sequitur
de augmentatione et diminutione. Augmentum
sic solum diffinitur. Augmentatio est de minore
quantitate in maiorem. Diminutio est motus
de maiore quantitate in minorem. Nota
no primo circa literam videlicet dicere postquam dictum
est scilicet de alteratione dicendum est de secunda
specie scilicet de augmentatione et diminutione
et subdit diffinitionem atque augmentationis
et est hec quod augmentatio est motus de minore
quantitate ad maiorem, sed diminutio est
de maiore quantitate ad minorem et ille di-
ffinitiones sunt sufficientes quia componuntur
ex genere et differentia propinqua. In diffinitione autem
augmentationis ponitur ly motus pro genere, sed
hoc totum de minore quantitate in maiorem
loco differentie et per hoc differt augmentatio ab omnibus

aliis speciebus motus ut sic patet de
diffinitione diminutionis. Secundo no
nota dubitatur hic, quia Albertus
dicit hic quod augmentatio et diminutio
sunt motus et prius dixit quod alte-
ratio esset mutatio. Ubi patet quod ratio
illius est, quod omnis augmentatio et di-
minutio est successiva et quod omnis ta-
lis motus est, sed non omnis alteratio
est motus vel successiva, sed quedam
alteratio est subitanea sicut altera-
tio in qualitatibus de prima specie qualitatis
et ideo dixit quod omnis alteratio est
mutatio. Tertio nota quod augmen- no
tatio et diminutio sumuntur dupliciter
uno modo proprie et sic solum est in rebus
animatis. Alio modo sumuntur large et improprie et
sic est in natura duplex augeri et
minui, secundum ille diffinitiones con-
veniunt utrique augmentationi et dimi-
nutioni. Sequitur litera

Augmentum et augmentans

Hic Albertus ponit notabilia circa
augmentationem et diminutionem et dividitur
in tres, quia primo facit hoc probando
augmentationem et diminutionem esse
motus, tertio probat augmentationem
et diminutionem differre ab alte-
ratione, secunda ibi, quod autem augmen-
tatio sit motus, tertia ibi differunt
autem. Primo dicit sic: Et augmentum
augmentans necesse est esse similia
et diversa. Similia quidem in materia
diversa sunt contraria in formis et
ratio est, quia agentia et patientia
ad invicem necesse est ad invicem
esse diversa et similia. Augmentans
autem et augmentum agunt et pa-
tiuntur. Nota primo circa literam quod no
quedam hic habet quod augmentans

et augmentum sunt similia et diversa et tunc per augmentativum intelligitur calor naturalis et per augmentum intelligitur alimentum. Alio modo sic habet augmentum vel augmentum sunt similia et diversa, tunc per auctum intelligitur corpus animatum quod augetur et per augmentum intelligitur cibus, quia cibus et membrum augmentando conveniunt in materia et differunt
no in formis. Secundo nota correlarium elicitur conclusio decisiva quantum illius textus auctum et augmentum sunt aliquo modo similia probatur sic quecumque habent se sic sicut agens et patiens illa sunt quo modo ut dicendo similia et quo modo ut dicendo diversa sed illa sunt huiusmodi ergo etc. maior nota ex primo de generatione quod agens et patiens in principio sunt dissimilia et in fine similia quando agens assimilat sibi passum sed minor ponitur in littera ubi augmen-
no tatur autem. Tertio nota circa textum secundo de anima movet illam questionem utrum alimentum alatur simili vel dissimili et solvendo dicit quod alimentum in principio antequam decoquatur est dissimile post decoctionem autem quando assimilatum est est simile sicut ubi generatum, quia cibus quo nutritur vel augetur primo contrarius in principio et dissimilis carni sed in fine post decoctionem assimilatur carni et transmutatur in naturam car-
no nis. Quarto nota quod quando dicitur in littera quod augmentum et augmentans sunt contraria, debet intelligi contraria recte large sumpta id est sunt
no disparata. Quinto nota quod augmentatus et augmentum sunt similia secundum materiam hec patet quia omnia generabilia et corruptibilia communicant in materia
no ut prius dictum est. Sexto nota

quod augmentatus et augmentum agunt et patiuntur. hec patet quia virtus in augmentando animam scilicet vegetativam quod agit in alimentum decoquendo ipsum et transmutando ipsum in naturam membri alendi sicut patet de cibo assumpto qui decoquitur et alteratur in digestione et postea superfluum digeritur. Sequitur littera Quod autem augmentum

Quod autem augmentatio sit motus

Hic est sententia prius illius particule in qua albertus probat quod augmentatio sit motus et dicit Quod autem augmentatio sit motus manifestum est oportet enim quod alimentum sive cibus transmutetur et subintret formam carnis scilicet [illegible] carneitate sive ossa et [illegible] illam subintrationem [illegible] sive ob [illegible] in superfluis et talis actus sive alteratio est motus [illegible] sequitur prius diversa in qua ponit differentiam inter augmentationem et divisionem et alterationem [illegible] autem augmentatio et diminutio ab alteratione quia alteratio est in qualitate augmentatio vero et diminutio in quantitate. Nota no
primo correlarium elicitur [illegible] sit augmentatio est motus probatur correlarium sic dilatatio successiva est motus ergo augmentatio est motus consequentia tenet quia talis augmentatio est dilatatio [illegible] ut dicitur in littera et per eandem litteram potest elici conclusio [illegible] diminutio est motus probatur [illegible] successiva est motus sed diminutio est motus consequentia tenet quia diminutio est [illegible] successiva [illegible] patet ex diffinitione diminutionis. Secundo nota circa litteram declarationem maioris illius [illegible] quia sicut aliquid [illegible] debet augeri oportet quod [illegible] in naturam alimenti vel augendi et coniungatur sibi ut si cibus debet augeri [illegible] puta carnem vel os et coniungatur et

sub mittit cum non vel ob sz p pos fuit
optet q prorsens cum dilateret et cedat
quia alias fiet penetratio dimensionum
et talis dilatatio e quedam motus g° aug
mentatio e motus ¶ Tercio nota circa illam no
titulum differunt tu q ibi ponit differentiam
inter augmentationem d et diminutionem ex una
parte et alterationem ex alia et pt ibi sui co
elusio septuagesima secunda augmentatio et
diminutio differunt et alteratio ¶ Probatur sic
Illi motus differunt quorum termini ad quos
differunt sz termini ad quos illorum motuum
differunt ¶ Consequencia nota ut prius minor
pz qr terminus ad quem alterationis est qualitas
sz terminus augmentationis et diminutionis e q
titas ut pz in litera unde terminus ad quem aug
mentationis e terminus a quo diminutionis et
econverso q sit pz qr augmentationis e ad
maiorem quantitatem tamquam ad terminum ad quem
et diminutio e a maiore quantitate tamquam
a termino a quo ¶ Quarto nota augmentatio no
non pt fieri nisi alteratio sit prima ut pz
qr alimentum alimentum oportz decoqui et non
pt fieri sine generatione simpliciter qr optet
alimentum in naturam aliti transmutari et cum
augmentatio nec e generatio nec alteratio simpliciter
et pl prout solum fuit in spacie cotid
litteram ¶ Quinto nota q illa de cotto ali no
menti fit per calore naturalem in strumentaliter
et per naturam vegetativam effective et vocatur
digestio qr ibi separatur purum ab impuro
et e bn tripx digestio vel dupx vel qua
drupx ¶ Prima digestio fit in ore ibi
superfluum resolvitur in salivam et in flecma
secundum aliquos et purum mittitur ad stoma
chum et ibi fit secunda digestio et separatur
purum ab impuro et impurum emittitur
per secessum et purum vero mittitur ad epar
et ibi celebratur digestio tercia et impurum
mittitur ad vasa urinalia puta ad pelli

ficam sz purum ulterius mittitur ad
cor et ibi celebratur ultima dige
stio et ibi impurum segregatum
mittitur ad vasa seminalia et tunc
purum e illud q mittit et auget
¶ Quinto nota dubitatur utrum no
augmentatio et diminutio sint secundum
quantitatem et arguitur q non quia
si sit sequitur q ad quantitatem
esset motus consequentia tenet qr
augmentatio et diminutio sunt motus
falsitas probatur qr si sit tunc quan
titati esset aliquid aliquid contrarium
falsitas consequentis pz per oppositum
mentis consequens probatur qr motus
est inter contraria ¶ Oppositum dicit
Albertus in litera ¶ Ad illam in contra
rio quando arguitur sequitur q ad
quantitatem esset motus concedo
consequentiam et consequens ad impro
bationem sequitur q quantitati esset
aliquid contrarium nego consequentiam
¶ Ad probationem quando dicitur q motus e
inter contraria ibi contraria sumitur
valde large et est sensus q
de isto q movetur verificantur con
traria termini logicaliter quorum e terminus
a quo et quorum e terminus ad quem qui
non possunt simul de eodem verificari
et taliter est bene quantitati ad eo
trarium ita q sint termini de genere
quantitatis qui non possunt simul et
semel verificari de eodem sed
sunt isti bicubitum tricubitum etc.

Sequitur de loco animarum

Hic e tercia pars principalis capituli
et continuatur sic prius Albertus de
terminavit de duabus speciebus motus
sz de alteratione augmentatione

hic determinat de tercia specie scilicet de loci
mutacione et dividitur quia primo diffinit
motum localem secundo dividit eum
ibi et talis motus est Primo dicit
sic Sequitur de loci mutacione
Mutacio loci est motus de uno lo-
co in aliud Subdit dividendo eum
dicens ipse est motus scilicet violentus
naturalis vel naturalis de quibus dictum
nota est supra in primo tractatu Nota
primo circa litteram diffinicio motus
localis est hec motus localis est
motus de uno loco ad aliud et
illa diffinicio est sufficiens quia ibi est
genus et differencia sufficientes distinguentes
diffinitum ab aliis suis generibus quia
ibi ponitur motus tamquam genus
et hoc totum de loco ad locum tamquam
nota differencia Secundo nota quod motus dicitur
ad ubi quia in motu locali mobile
continue acquirit novum et novum ubi
nota Tercio nota quod motus localis dicitur
primus omnium motuum et maxime motus
localis celi ut patet ex octavo physicorum
nota Quarto nota quod ipse est motus lo-
calis quidem naturalis quidem violentus
quidem naturalis et de illis speciebus
dictum est in primo tractatu Sed di-
ces tu racione est motus celi motus
localis quia non continetur sub aliqua
istarum specierum trium Dico quod sic quia
reducitur ad motum naturalem quia naturale
distinguitur contra violentum Sequitur

Transeundum est in dicendo

hic est capitulum ultimum illius tractatus
et continuatur sic Postquam albertus de-
terminavit de generacione elementorum
et de speciebus motus hic modo
determinat de mixtione elementorum
et dividitur in duas partes quia primo
determinat de tactu qui est necessarius ad
mixtionem secundo determinat de ipsa mixtione
secunda ibi sequitur de mixtione Prima adhuc
dividitur quia primo ponit unam distinctionem
de tactu secundo eligit membrum hic intentum
secunda ibi tactus Primo dicit sic Transeundum
est in dicendo de mixtione ut patet in littera
Nota primo circa litteram ubi dicit Post hoc
dicendum et transeundum de mixtione quia
tactus necessarius est ad mixtionem ergo
dicendum est de tactu et hec est conclusio
octuagesima secundum illius tractatus Tactus
est necessarius ad mixtionem probatur illud
est necessarium ad mixtionem sine quo mixtio
non potest esse tactus est huiusmodi ergo maior
nota consequens minor patet quia miscibilia oportet
esse activa et passiva sed actio et passio
fit per contactum ut patet primo de generacione
Secundo nota quod tactus dicitur tripliciter Primo tactus
in contiguus et hec est applicacio duarum specierum
methaphorice secundum similitudinem id est duorum
corporum secundum superficies sine medio Se-
cundo dicitur tactus methaphorice secundum
similitudinem et sic dicimus quod aliqua res
tangit contristans nos et non tangimus eam
Tercio dicitur tactus in continuus et sic di-
citur se tangere partes continue que copulantur
ad terminum communem sicut dicimus quod partes li-
nee tangunt se in puncto et hoc est quod dicit
aristoteles in sexto physicorum quod mediante
puncto ut tangunt Tercio nota quod tactus
primo modo dictus est tactus ipse dictus
et ille est necessarius ad mixtionem quia
est necessarius ad actionem et passionem et
diffinitur sic Tactus est applicacio duarum
superficierum sine medio sed quod activa et
passiva oportet se sic contingere quia si dicis
actio et passio aliqua in corpore celesti in quibus

misciobz oportet ut corpus celeste primo agat in
ignem ut ignis ultimus agat in aerem et sic
consequenter per tactum. Quarto nota circa litteram
no Unde dicitur quod activus. Ubi vult dicere quod contactus
est causa ad aptas mediorum actionis et passionis
ad agendum et patiendum. Secundo luxo est causa ad
aptas colore ad movendum licet enim color sit
obiectum visus tamen non potest actu videre dya
phano non illuminato et ergo luxo habilitat colo-
rem ad movendum visum sicut etiam licet cali-
dum et frigidum sint activa et passiva non
tamen possunt actu agere et pati nisi se contingant
no Quanto nota dubitatur utrum tactus sit neces-
sarius ad actionem et ad passionem et videtur
quod non multa sunt perfficit activa que tangunt
sua passiva ergo hoc primum consequentiam tenet
ans patet quia superiora agunt in illa inferiora
et tamen non tangunt ea. Similiter adamas attrahit
ferrum et tamen non tangit ferrum et sic de aliis multis.
In oppositum est littera. Ubi dico quod duplex est actio
quedam est proprie dicta que est inter contraria et in qua
agens repatitur et ad talem actionem et passionem
necessarius est tactus. Alia est actio metha
phorica et est ubi passio non contrariatur agenti
nec agens repatitur et ad illam actionem non requiritur
tactus et talis actio superiorum in illa superiora
Secundo de adamante dicitur quod alterat medium et sic
mediante medio agit per contactum et sic patet
per rationem adducta. Sequitur littera

Sequitur de mixtione Et nota quod

hic est secunda pars illius capituli et continuatur
sic prius Aristoteles determinavit de tactu qui
requiritur ad mixtionem hic modo determinat de
ipsa mixtione et dividitur in duas partes
quia prima facit hoc secundo ponit differentiam inter con
positionem confusionem et mixtionem. Secundo re
movet unum dubium secunda ibi dividitur
autem elementa prima adhuc dividitur quia
primo facit hoc quod dictum est secundo infert quoddam
correlarium secunda ibi Unde patet prima adhuc
dividitur primo facit hoc secundo ponit unum

notabile ibi et nota primo differentia sequitur
de compositione Subdit et nota quod duplex
est mixtio quedam est ad sensum vel minus
proprie et est quando ordo miscibilium
mixto et illa quedam videtur esse mix-
tio et non est aliter secundum veritatem
et illa diffinit aristoteles in primo
de generatione et corruptione. Mixtio
est miscibilium alteratorum unio. Et sub
dit ponendo notabile dicens. Et no-
ta quod omnia que sunt miscibilia oportet esse
agentia et patientia agentia in eo
quod dividunt patientia in eo quod di
viduntur. Subdit inferendo correlarium
Unde patet quod ea que non habent contrarietatem
non sunt miscibilia. Subdit inferen
do secundum correlarium patet etiam quod e-
lementa possunt misceri et facere compo-
situm aliquod quoniam quodlibet elementum
est contrarium alteri. Nota primo no
circa litteram vult dicere quod duplex est
mixtio quedam est mixtio proprie dicta
et illa est quando miscetur ordo cum fir-
mato et ista vocatur mixtio ad sensum
quia illa miscibilia manent salvata
et possunt discerni per sensum quid sit
unum et quid aliquod. Alia est mixtio
proprie dicta et illa diffinitur in fine primi
de generatione sic quod est miscibilium
alteratorum unio. Secundo nota circa illa no
litteram et nota ubi ponit unam condi-
tionem miscibilium et est quod omnia misci
bilia debet esse activa et passiva
ad invicem et ratio est quia oportet
quod miscibilia dividat se mutuo
et dividantur sed dividere et dividi
est agere et pati. Tercio nota circa no
illa litteram Unde patet ubi infert cor-
relarium et est conclusio manifesta
secundum quecumque non habet contrarieta-
tem non sunt activa et passiva
ad invicem probatur sic quecumque non

sunt activa et passiva non sunt miscibilia
sed quecumque non habet contrarietatem non
sunt activa et passiva igitur consequens maior nota
ex lit(tera) minor patet quia activa et passiva
sunt contraria ¶ Quarto nota circa illa no(ta)
litteram patet causa ubi infert aliud cor
relarium et est conclusio tertia illius
tractatus ¶ Elementa sunt adinvicem
misceri et generare ex se unum mixtum
differens ab miscibilibus ¶ Illa probatur
quecumque habet contrarietatem et sunt
activa et passiva adinvicem et illa
sunt adinvicem misceri elementa sunt
huiusmodi igitur consequens maior nota ex litt(era) minor
patet ex prius dictis ¶ Quinto nota pro
bat propter mixtio est miscibilium altera no(ta)
tio per unionem ¶ Dubitatur utrum miscibilia
maneat in mixto et sunt multe opinio
nes et rationes hinc inde quas
causa brevitatis relinquo sed breviter
dico quod elementa non virtualiter manet
formaliter ¶ Non formaliter hoc patet quia
tunc esset compositum et non mixtum et
causa non virtualiter probo quia sicut mix
tum est alterius speciei quam fuerunt
miscibilia sic et eius qualitates sunt
alterius speciei ¶ Sed mixto sic fit quod cor
ruptis elementis mixtis resultat
unum tertium differens specie ab utroque
miscibilium et hoc vocatur mixtum et sic
non manent miscibilia sed corrumpuntur
¶ Sed illa propter diffinitio mixtionis debet
sic intelligi quod mixtio est generatio
unius mixti ex miscibilibus generatis
alteratis et corruptis et illa ex dicat
contrarie ordinis id est prius miscibi
lia alterata ¶ Sequitur littera

Dividitur autem elementa

Hic Albertus inmovet unum dubium
et dividitur quia primo facit hoc secundo ponit
unam proprietatem mixtionis ibi Item

nota primo dicit sic ¶ Dividuntur autem elementa
in mixtione non usque ad indivisibilia ¶
Omne corpus est divisibile ¶ sed ad quasdam
minimas particulas aliquas determinatas ¶ sed usque
ad minima secundum speciem ¶ Subdit ponendo proprie
tatem mixtionis ibi ¶ Item nota quod proprietas
mixti est quod quelibet pars mixti et debet esse
homogenia id est debet esse eiusdem
speciei cum suo toto quia si alterius esset non
esset mixto secundum veritatem ¶ Nota primo no(ta)
ex quo prius dixit quod miscibilia debet di
vidi in mixtum et resolvi et ex hoc aliquis du
bitaret utrum debet dividi ad indivisibi
lia ¶ Ad hoc respondet quod non quia nullum corpus
est resolubile ad indivisibilia causa tunc illud
mixtum corporeum esset compositum ex illis
indivisibilibus quod est falsum ¶ Secundo nota dicens no(ta)
quo ergo debet dividi respondet in littera quod
debet dividi in minutissimas partes deter
minatas secundum speciem quod scilicet ulterius divide
retur non retineret illam speciem et sic Aris
toteles in primo physicorum concedit minima
naturalia secundum speciem non secundum qualitatem
¶ Tertio nota circa illam litteram Item nota no(ta)
ubi ponit proprietatem mixti et est illa quod
quelibet pars mixti debet esse homogenia id
est eiusdem speciei cum toto sicut quelibet
pars carnis est caro et quelibet pars ossis est
os et sic de aliis quia tunc non esset mixto
secundum veritatem et ideo dicit Aristoteles in primo
de generatione quod quelibet pars mixti debet esse
mixta ¶ Quarto nota dicens tamen homo no(ta)
est unum mixtum et tamen non quelibet pars hominis
est homogenia cum toto igitur videtur hoc esse
falsum ¶ Dico quod homo non est unum mixtum sed
compositum ex pluribus mixtis sicut ex carne
et osse et sic de aliis ¶ Quinto nota ex prima no(ta)
parte littere elicitur conclusio tertia prima ele
menta in mixtione non dividuntur ad in
divisibilia probatur ¶ Nullum corpus est divisi-

-bile in indivisibilia elementa sunt corpora etc.
maior nota quod primo de generatione minor patet
de se. Sexto nota quod illa parte licet sint
conclusio tertia secundum quamlibet partes mixti debet
esse homogenea cum toto probatur quia si non
tunc non esset mixtum secundum veritatem. Sequitur

Et nota differentiam inter

hic est ultima pars illius capituli in qua albertus
ponit differentiam inter compositionem confusionem
et mixtionem et dicit sic. Et nota differentiam inter
compositionem confusionem mixtionem et subdit Com-
positio est quando utraque componentium manet
in sua virtute et ponuntur partes mixta ad partem
sicut quando ponitur ordeum cum frumento. Subdit
confusio non est quando non proportionantur virtutes et
trahuntur ad speciem et tunc ~~epylogat dicens~~
quod de elementis dicta sufficiant. Nota primo
circa litteram ut ponatur differentia inter compositionem con-
fusionem et mixtionem et est sic. Vel compositio est
quando componuntur partes quarum quaelibet retinet
suam virtutem et suam formam sicut quando miscetur
ordeum cum tritico tunc ponitur ordei granum
circa granum tritici et tamen quodlibet retinet suam
formam et suam virtutem. Sed confusio est quando
illa quae componuntur non habent debitam proportionem
ad invicem ut sunt activa et passiva et species
alterativa non resultat aliqua nova species
vel nova forma et sic ~~intelligit~~ auctor cum
dicit et non trahuntur ad novam speciem id est
inde non producitur nova species ~~ubi gene-~~
ratur vinum cum aqua sub eadem quan-
titate et confunduntur illa non retinet suas
virtutes quia hic potest dici vinum nec potest dici
aqua sed est quaedam confusio quod tamen non est alicuius
speciei ab istis confusis. Sed mixtio est
quando virtutes miscibilium sunt proportionate
et trahuntur ad speciem id est producitur unum
tertium alterius speciei a miscibilibus sicut vir-
tutes elementorum sunt ad invicem propor-
tionate quia elementa sunt activa et passiva

ad invicem. Actio autem fit ex certa pro-
portione agentis ad passivum et trahun-
tur ad speciem quia ipsis corruptis
generatur unum mixtum alterius speciei sed
patet in diversis speciebus mixtorum. Se- no[ta]
cundo nota quod post illam elicitur conclusio
tertia tertia et ultima illius tracta-
tus scilicet haec: Compositio confusio
mixtio differunt ~~probatur~~ illa diffe-
runt quorum descriptiones differunt
illa sunt huiusmodi igitur etc. maior nota quod
primus minor patet in littera. Tertio nota
quod tunc epylogat in littera et patet et sic
finitur summa tractatus tertii et sic est finis.
Explicit dicta super tertium tractatum
summe naturalium et incipiunt dicta super
quartum tractatum illius summe
qui tractatus correspondet quatuor
libris methaurorum

Incipit quartus liber de elementis

Dicto de corpore mobili simpliciter dicendum est nunc de corpore etc.

Hic est tractatus quartus illius libri
et continuatur sic. Prius Albertus de-
terminavit de corpore mobili generabili
corruptibili simplici. Hic nunc de-
terminat de generabilibus et corruptibi-

libus inmotis et in aliatis ~~et cuiusdam~~ in prima
capitula secundum quod ipse de pluribus determi-
nat et illa capitula patent in legendo
secundum partes ~~capitulum dividitur~~ in tres partes
primo premittit intentum suum secundo conse-
quitur ponendo unam distinctionem demon-
tibus et inmixtionibus ~~tertio~~ intelligit illa
que dixit in illo capitulo secundo ibi de
quibus primo notandum ~~tertia~~ ibi sit igitur
elementorum et ~~primo dicit sic~~ Dicto
de corpore mobili generabili et simplici
dicendum est nunc de corpore generabili
mobili composito scilicet de elementis
no. Nota primo circa litteram ubi dicit quod
in precedenti tractatu dictum est de ente
mobili generabili et corruptibili simpliciter
dicendum est nunc in illo tractatu de cor-
pore mobili generabili corruptibili com-
posito scilicet mixto sicut de elementis
~~et compositis patet~~ ordo illius tractatus ad
precedentem quia simplex precedit com-
positum / sic tractatus de simplici
precedit tractatum de composito / patet
etiam ordo dicendorum quia ubi hic
no. dicit [supra: dixit] de elementis Secundo nota quod
causa illius ordinis est / quia tracta-
tus illius libri ordinatur correspon-
dentes libris magne philosophie naturalis
Aristotelis Sicut secundo ~~Aristoteles~~ or-
dinavit librum de generatione ante librum
metheororum Sic tractatus precedens qui
correspondet libro de generatione or-
dinatur ante istum quia ille correspondet
libro metheororum Alia etiam cau-
sa quia de generatione prius est speculatio
sicut prius dictum est Sed quia scientia
tractatus primi qui est de ente mo-
bili ad ubi tamen est generalior quam scientia
ad ubi et ad formam / simpliciter qui tracta-
tur in isto tractatu et scientia de ente
generabili et corruptibili simplici est.

prior quam scientia de ente mobili generabili et corrup-
tibili composito qui tractatur in isto tractatu ergo
debito ordine primus tractatus precedit secundum
et secundus tertium et tertius istum Tertio nota
quod impressiones metheologice de quibus hic
determinatur cuiusmodi sunt grando nix et similia
non sunt simplicia elementa sed sunt mixta
et generantur ex vaporibus qui sunt resoluti ex
aqua et terra ut patebit Quarto nota quod
quedam sunt mixta perfecta et quedam imperfecta
Mixta perfecta sunt mixta animata de quibus
determinatur in sequenti tractatu et in libro de
animalibus et vegetabilibus et plantis Sed mixta
imperfecta sunt duplicia quedam sunt imperfecta et
quedam imperfectiora Imperfecta sunt ut mineralia
sicut sunt metalla aurum et argentum etc
et illa non cito resolvuntur in ista ex quibus sunt
generata Sed mixta imperfectiora sunt impressio-
nes metheologice cuiusmodi sunt nix grando
etc et illi cicius resolvuntur Quinto nota nos
videmus multos mirabiles effectus contingere
in aere circa impressiones metheologicas sicut
aliquando coruscus perutit et scindit aliquem
gladium et non ledit vaginam interficit hominem
et non apparet in eo lesio et sic de aliis ef-
fectibus mirabilibus et quia miramur de illis
effectibus investigamus causas ~~eorum~~ priorum
quia propter admirari inceperunt antiqui sacerdo-
tes in egypto phylozophari ut patet primo
methaphysice et secundo in isto tractatu albertus
investigat causas istorum effectuum mira-
bilium Sequitur littera de quibus primo

De quibus primo Ex quo

hic est secunda pars principalis illius capituli trac-
tatus quarti in qua Albertus consequitur
intentum suum ~~et dividitur~~ illa pars in duas partes
~~in prima~~ parte determinat de mixtis prime
mixtionis / secundo determinat de mixtis secunde
mixtionis vel compositionis / ~~tertio dicit~~ / quod sunt
mixta tertie mixtionis quarto ostendit quod

sut qite mixtionis et quarto q sut mixta qte mixtionis / secundo pb ibi qui cum eleuet sup terram / terra ibi sut aute quatuor elementa quanta ibi et q vapores quanta ibi et hoibz aute / primo dicit sic suppleo ex quo hic dicendum e de elementatis primo Notandum e q quatuor sut elementa prime compositionis sicut vapor resolutus ex aqua et terra et per calore sed manet clausus in visceribz terre sed eleuet in aere plus et minus mixta tpx in estiuum aeris vnde q etiam causatur abipso diuerse passiones sed in impressiones aeris ¶ Nota primo qualiter litteram in textu alberti est li q tpx e gradus mixtionis quatuor enim sut mixta prima mixtionis et quatuor sut mixta secunde mixtionis et sic illa dicuntur simplicia at ex quibz illa miscentur dicuntur elementa Secundo nota q vult dicere q vapor sit elementum prime mixtionis q resoluitur immediate ab aere et terra vel aqua et ex hoc patet error quorundam antiquorum qui dixerunt q vapor erat elementum Et patet q e elementatum per albertum in litteram ¶ Tertio nota dicit notanter ex terra et aqua ad denotandum q illa duo elementa aqua et terra solum sut vaporabilia et non aer vel ignis et hoc patet q ois vapor e grossior aere vel igni et subtilior terra et aqua resolutum et sic debet esse subtilius illo ex quo sequitur resoluitur ergo patet q ex aere vel igne non resoluitur vapor / q ois vapor e grossior illis ¶ Quarto nota dicit resolutum per calore solis per hoc tangit efficiente resolutionis vaporis hic e calor solis Sz diceres tu nunquid etiam alij planete possunt resoluere et eleuare vapores dico q sic ymo mars et alij planete resoluunt et eleuant vapores / sz tn non tot vel tantos sicut sol et ideo principaliter attribuitur soli per excellentiam q sol maior et calidior e alijs ¶ Quinto nota q sol e aliquando e ita debilis q non potest eleuare vaporem / sed bn potest resoluere eum et tunc manet inclusus in visceribz terre et ex eo generantur metalla et fiunt terre motus et hoc tangit ibi cum dicit sed manet inclusus in visceribz terre ¶ Aliquando autem e ita fortis q sufficit eum hic eum eleuare et hoc diuisimode aliquando eleuat eum altius quando est fortioris virtutis / sol aliquando eleuat eum minus alte et secundum hoc distinguitur tpx in estiuum tota id est spacium aeris diuiditur in tres partes que vocantur interstitia / primum interstitium e pars aeris inferior prope terram et vocatur infima regio aeris et ad ipsam eleuet vapor quando virtus solis e debilis et ibi generantur alique impressiones sicut pruina ros et nebula ¶ Aliquando autem quando virtus solis e fortior et eleuat vaporem ad medium partem aeris que vocatur media regio aeris vel medium interstitium et ibi generantur impressiones frigide sicut grando nix et ¶ Aliquando autem virtus solis e fortissima et tunc eleuat vaporem ad supremam partem que vocatur regio suprema et ibi generantur impressiones ignite et calide / cuiusmodi sunt comete et stelle ¶ De modo autem generationis illorum dicetur in processu et hoc tangit albertus cum dicit sed eleuetur in aerem plus sed minus in mixta tpx interstitium aeris ¶ Sexto nota secundum albertum super primo metheororum duplex e vapor quidam e calidus et humidus et ille proprie vocatur vapor ¶ Aliter e calidus et siccus et ille proprie vocatur exalatio / Item ibidem dicit q ois vapor per se e frigidus / et ratio est quia resoluitur ab elemento frigido

gradu puta aqua vel terra sed accidit
taliter calefit per virtutem solis / Sep-
timo nota Albertus tangit in littera
duplicem causam in passionum metheorolo-
gicalium scilicet causam materialem que
est vapor et causam efficientem que
est calor solis et celi locum genera-
tionis quia corpus intrinsecum aeris
Octavo nota dubitatur utrum vapor
solum resolvitur ex aqua vel solum ex
terra et videtur quod non quia si sic fie-
ret aliquod ~~elementum~~ inmotum ex
uno elemento cum falsum consequens
tenet de se. Oppositum patet in littera
ubi dicit quod potius proprie non resolvitur
vapor nisi aqua, sed ex aqua mix-
ta vel terra mixta, qualis est hic
apud nos et hec satis probat ratio
Sequitur littera Qui enim vapor

Qui enim vapor ele

hic Albertus ostendit que sunt ele-
menta secunde mixtionis et dividitur
quia primo facit hoc secundo movet
dubium ibi elementorum ~~primo dicit~~
sic Qui enim suple vapor elevatur
super terram primum est eorum que fiunt in
aere secundum diversa intrinseca sicut
sunt comete tonitrua fulgura
et coruscationes nubes pluvia grando
nix pruina ros qui non in visce-
ribus terre manet ipse calefacit
fontes in hyeme ipse etiam est
principium terre motus ex eo generantur
corpora mineralia sicut sulphur ex
cuius combustione sunt terme id est
balnea calida, lapis vivum arge-
ntum quod est principium omnium metallorum
sicut sunt plumbum stannum es aurical-
cum cuprum argentum et aurum Subdit

inmovendo dubium dicens Effectum autem non
est simpliciter metallum quod quidem fit ab arte et
non quale a natura melius est et illa sunt elementa
secunde compositionis Nota primo circa litteram ut
dicit quod in passiones metheorice que manent
in terra et que generantur in aere sunt mixta secunde
compositionis et mineralia puta metalla et
sulphur et argentum vivum sunt mixta secunde
compositionis, ratio est quia illa sunt plus
alterata quam vapores quia immediate re-
sultant ex vaporibus que sunt mineralia prime
mixtionis. Secundo nota prius dictum est
ab Alberto quod vapor per calorem solis ele-
vatur in aerem et tunc generantur ex eo in
passiones que fiunt in aere sicut comete
et tonitrua et sic que manent in terra aliqui
autem manet inclusa in visceribus terre
et tunc generatur ex eo motus terre et mineralia
et metalla sicut est aurum et argentum et alia
que manent in terra / ~~Tertio~~ nota vapor inclusus
intra terra calefacit fontes in hyeme probatur
modo vapor ille est calefactus a sole
et in hyeme pori terre sunt clausi per frigus
contrarium circumstantiis et sic vapor talis manet
intus et calefit aquas subterraneas que
sunt fontes et hoc Albertus tangit cum dicit
qui non manet in visceribus terre ipse cale-
facit fontes in hyeme / Quarto nota
ex illo vapore incluso generatur sulphur dicitur
sulphur generatur ex vapore viscoso terrestri
combusto per calorem solis etiam ex illo va-
pore generatur argentum vivum et illa duo
sulphur et argentum vivum sunt principia
omnium metallorum sicut dicit Albertus in
mineralibus unde dicit quod in compositione me-
tallorum argentum vivum sicut materia est ultimata
scilicet sulphur tamquam pater sive forma et ex diversa
commixtione sulphuris cum argento vivo ge-
neratur diverse species metallorum / de diversis
constellationibus unde sub domo Saturni ge-
neratur tamen plumbum quia Saturnus est deus

plumbum. Et sub domo Jovis generatur es quia Jupiter est dominus eris. Sub domo martis generatur cuprum quia mars est dominus cupri. Sub domo solis generatur aurum quia auri dominus est sol. Sub domo mercurii generatur argentum vivum quia mercurius est dominus argenti vivi. Sed sub domo veneris generatur stannum quia venus est dominus stanni. Sed sub domo lune generatur argentum quia luna est dominus argenti ~~et hoc~~ sciunt alchimiste sub quibus constellationibus debet metallorum species fabricari et ideo in alchimia nomina metallorum vocantur per nomina planetarum sicut argentum vivum vocatur ~~mercurius~~ et sic patet quod secundum diversam mixtionem sulfuris cum argento vivo generantur diverse species metallorum quod cum predominatur sulphur in mixtione tunc generantur que habent colorem sulphuris sicut aurum cuprum es quod autem econverso predominatur argentum vivum tunc generantur que habent colorem argenti vivi sicut argentum stannum plumbum quod autem generantur dicit albertus in suis mineralibus Sed dicens ~~contra~~ Avicenna dicit in suis mineralibus sciant autem ~~artifices~~ alchimiste species rerum transmutare non posse ~~quod~~ videtur quod ex argento vivo et sulphure non generantur alie species metallorum ~~dico~~ quod verum est quod aliqui alchimiste non possunt simpliciter transmutare species rerum sed per magnas transmutationes primas ut faciunt argentum ex argento vivo certis corrosivis (?) et declarat hoc ipsi dictum est quod salvia (?) et species sunt diversarum specierum et tamen salvia potest transmutari ut inde generentur serpens (?) sed exemplum est plurimo modo Capiatur salvia sub domo scorpionis et ponatur in aliquo vase sub fimo per aliquod tempus tunc ibi salvia putrescat et ex ista materia putrefacta generatur serpens et si hoc possibile est non minus possibile est generari aurum vel argentum ex sulphure et argento vivo sub debita constellatione sic ~~quod per~~ quod argentum vivum et sulphur sint principia omnium metallorum ¶

no ¶ Quinto nota ex combustione sulphuris generantur ~~calida balnea italia~~ plurime modo vapor sulphureus est calidus et quod pori terre sunt clausi quod non potest exire tunc confortatur et inflammatur ex repercussione ex superficie terre et quod tunc terra aqua ex motibus vel ex motibus (?) ubi est aliquis vapor inflammatus aqua calefit ab ipso vapore sulphureo et sic generantur ibi balnea calida sicut contingit ~~in ytalia~~ et in [illegible] et in aliis locis ¶ et hoc patet ad experientiam quod talis odorat ex sulphure et hoc tingit albus in linum tunc dicit ex cuius combustione terrene id est balnea calida generantur

¶ Sexto nota contra illam literam Electrum ibi ante ponit notabile tale quod electrum non est simpliciter metallum quia aliquod fit ab arte ex mixtione sed ex mixtione auri vel argenti vel stanni vel eris ¶ aliquod fit natura et hoc est melius electrum quam illud quod fit ab arte no

¶ Septimo nota dubium utrum metalla sint elementa et arguitur quod non sit quia sit terre mixtionis quia ex vapore melioso in terra primo generatur sulphur et argentum vivum ~~quod~~ sunt secunde mixtionis et ex illis ultimo generantur alia metalla ut prius dictum est ergo videntur esse terre mixtionis ¶ Oppositum dicit Albertus in libro dicens et illa sunt elementata secunde compositionis Ubi dico quod gradus secunde mixtionis non stat in indivisibili sed habet adhuc alios gradus sicut in primo gradu secunde mixtionis sicut sulphur et argentum vivum et in secundo alia metalla quia in illis contrarietas magis melius perfecta est ¶ ~~ulterius~~ gradum sunt metalla non mixta sicut est electrum et auricalcum ¶ Sequitur litera Sunt autem quedam

Sunt autem quedam

Hic Albertus determinat de elementatis
terre mixtionibus ~~et dicit~~ sic Sunt autem
quedam elementata media que nec sunt sub
terra nec super terram Et horum quedam fixe
sunt terre sicut terre ~~nu~~ nascencia ut sunt
plante arborum et herbarum Et quedam non
sunt sic infixe terre sicut animalia Videtur
ponitur tamen quedam media esse inter ani-
malia et plantas ut spongia marina que
nutriuntur ut plante et tactu senciant
ut animalia // Sed horum principia sunt
vapores / qui cum generantur primo plante
generantur ex fetore terre vel mediante
pluvia sine nutrimento nutriuntur cum
terre nascencia commixtione terre et aque
et ille sunt ~~terre~~ mixtionibus secundum composi-
tionis in qua compositio iam constructa
est contrarietas que prohibeat elemen-
ta prime et secunde composicionis habe-
re animam ut plante habent animam vege-
tabilem / Nota primo circa literam
ut dicit quod plante et herbe sunt ele-
mentata terre mixtionibus et racio con-
trarietas elementorum est plus reducta
ad medium quam in elementis
prime et secunde mixtionibus et ideo habent
animam vegetativam quam non ~~pot~~ possunt
habere elementata prime et secunde
composicionis / Secundo nota quod dicit
nota: illa sunt media inter sensibilia Hoc patet
quia elementata prime mixtionis puta
vapores sunt super terram totaliter ultima
terra terram totaliter Sed elementata
secunde mixtionis quedam sunt supra terram
sicut impressiones metheologice / quedam
sunt intra sicut metalla / illa autem
sunt mixta terre mixtionibus tenent
medium partim sunt intra per radices
et partim supra terram sicut sunt per

ramos / hoc Albertus tangit cum dicit / quedam
elementata media que nec super terram nec sub
terra sunt / Tercio nota quod mixtorum terre mix-
tionibus sunt / quedam sunt infixa terre sicut
terre nascencia puta plante et arbores / et
quedam non sunt infixa terre sicut animalia
imperfecta / Quarto nota quod ~~animalia imperfecta~~
quod inter animalia et plantas sunt media spongie
marine et alia animalia affixa petris quia
illa sunt perfecciora plantis quia habent sensum
tactus et in hoc conveniunt inter cum animalibus
sed nutriuntur per radices et in hoc assimilantur
plantis / Quinto nota quod elementata terre
mixtionibus nutriuntur ex elementis prime mixtionis
sicut arbores crescunt ex seminibus et nutriuntur
ex aqua pluviali et commixtione terre et aque
sicut patet quia coloni fundunt super radices
arborum mixturam aque et fimi ut
eo melius crescant et hec est mixtura aque
et terre Sed dices tu / tamen videmus quod si aqua
funditur super radices arborum imbibitur et
attrahitur ab ipsis ergo videtur quod possint nu-
triri pura aqua Ubi dico quod illa aqua
que est apud nos non est pura sed est mixta
ex vaporibus terre ergo nichil nutritur apud
nos pura aqua Sexto nota quod anima non
potest esse nisi in corpore disposito et orga-
nico et ideo quanto aliquod corpus melius est
reductum ad medium et melius dispositum
tanto nobiliorem animam recipit et ideo mixta
terre mixtionibus sunt melius disposita quia
contrarietas est ibi ad medium melius
reducta ideo habent animam vegetativam quam non
potuerunt habere mixta prime mixtionis
et secunde et hoc Albertus tangit cum dicit
In qua commixtione iam constructa est contrarie-
tas / Septimo nota dubitative quare Albertus
non locavit alia animalia imperfecta sicut sunt
spongie marine inter commixta ~~terre~~ mixtorum
terre mixtionibus sicut alia animalia / ubi dico

q̄ ꝫ̄ hoc q̄ ipa habet sensum tactus multum di
minute. q̄ nō sentiunt nisi valde dolorose
g° contrarietas nō est in eis ita bñ reducta
admedium sicut in alijs animalibus ¶ Octauo nō
no dubitatur utrū adhuc de illis spongijs mari
nis utrū debeant dici plante vel animalia ubi
dicit q̄ est quedam piscis ī ꝯ firide maris
secundum aliam partem sentit q̄ constringitur esse
si pungitur et dilatatur si de sentit delectabi
le est g° est dicendum q̄ licz sensum tactus
h3 ~~dicebatur~~ quod est g° dicendum ad aucto
torem qui dicat q̄ est medium inter plantas
et animalia | dico q̄ sic dz intelligi q̄ aliquas
h3 condiciones plantarum et aliquas animalium
habet quedam sensum tactus ut animal sunt
nutrimentum p partes affixas sicut plante
p radices terre in fixas Sequitur litera

Et quia vapores sunt pri

Hic Albertus determinat de elementatis
quantum mixtionibus ~~et dicit sic~~ Et quia vapo
res sunt principia terre nascentium et ex terre
nascentibus generantur humores animalium ex quibus
humoribus ipa animalia nutriuntur et semen vel
ova generantur formantur de quibus animalia ge
nerantur ¶ manifestum est q̄ vapores sunt pri
cipia animalium irracionabilium q̄ sunt quantum
compositionis et alia racionabilia hominum q̄
est contrarietas quam ~~inter~~ in terre nascentibus
ideo recipiunt nobiliorem animam sz sensibilem
no ¶ Nota primo circa literam ubi dicit q̄ animalia
irracionabilia bruta sunt quantum mixtionis
q̄ in eis est contrarietas melius reducta
ta quam in elementis terre mixtionibus et g°
recipiunt nobiliorem animam secundum animam se
no sitiuam ¶ Secundo nota q̄ contrarietas eleme
torum vocatur contrarietas ex parte primarum
qualitatum et de mixtione illa contrarietas
rest refringitur id est remittitur q̄ sptz misti

bilia actiua esse et passiua admixtione
ut dictum est in precedenti tractatu
~~et g°~~ unum contrarium remittet aliud
~~et g°~~ qualitates contrarie in sunt
remissiores et magis refracti quam
qualitates contrarie miscibilium
quanto ~~g°~~ maior sit mixtio tanto
maior refractio et p consequens no
bilior forma mixti resultat et per
feccior et g° in mixtis quantum
mixtionis est maior refractio
quam in mixtis terre vel fide mix
tionis ~~et g°~~ resultat ibi nobilior
forma mixti quam in alijs puta
anima sensitiua ¶ Tercio nota dicitur in
litera q̄ vapores sunt principia ter
re nascentium ~~hoc pz~~ q̄ ex vapori
bus generantur pluuia et ros et huiusmodi
et ex illis crescunt plante et herbe
et g° dicunt coloni q̄ plus prodest
aqua pluuialis ad arbores quam nota
alia aqua ¶ Quarto nota q̄ ex
terre nascentibus generentur humores
hoc pz q̄ ex fructibus arborum et
herbarum sumptis ab animalibus generatur
humor vel humidum animale et g° ex
spiritus ultimus generatur semen in viris
et menstruum in mulieribus et ex illo
procreantur propagacionem tam animalia
racionalia quam irracionalia etiam
ex istis humoribus in animalibus vola
tilibus fiunt ova ex quibus generantur
animalia volatilia volatia unde
ovum nichil est nisi semen licet
differat disposicione a semine ani
lium ¶ Quinto nota p quomodo nota
generatur semen ex terre nascentibus pot
commentator in secundo colliget ubi
ponit tres digestiones in stomacho primo quomodo generatur

ibi cibus assumptus digeritur et illius superfluum est urina et stercus. Secundum
ponit in epate et illius superfluum est
menstruum. Tertium ponitur in corde et illius
superfluum est semen vel sperma et sic
patet quod optime nascentibus comestis
cibaribus generatur semen et quo
ultimus alia aliqua generantur. Sexto
nota quod dicitur patet quod vapores
sunt principia omnium terrestrium mixtorum
tamen ante quod immediate sunt principia
mixtorum secundum mixtionibus mediate
autem sunt principia mixtorum terre
et quante mixtionis et quante etc.

In hominibus autem

Hic Albertus ostendit quod sunt mixta
quante compositionis et dividitur quia
primo facit hoc secundo infert unum cor-
relarium secundum ibi: ergo homo. Primo
dicit in hominibus autem quia maior
est deperancia et maior decoctio
vetate actu ideo eorum corpus
humanum ad nobiliorem et digniorem
animam habet dispositionem quam alia
ideo recipit animam nobilissimam scilicet
rationabilem et nobiliorem et dig-
niorem inter homines habuit. Nota
primo circa litteram ut dicitur quod ele-
menta quante mixtionis ut ho-
mines in illis contrarietas optime
consistit ad medium corpus huma-
num scilicet dispositionem ad recipiendam
nobilissimam animam. Secundo nota
quod inter omnes homines Christus habuit
nobilissimam formam et optimam dis-
positionem et ergo dicunt quidem propter
nobilitatem compositionis Christi et bo-
nam compositionem Christus potuisset eternaliter
vixisse si non fuisset morte interfectus violenta et reddunt rationem quia
materia Christi fuit sub nobilissima forma et
ergo potuisset habere vel habuisse appetitum
ad aliam formam sed ut prius dictum est
corruptio in entibus generabilibus et corrup-
tibilibus contingit ex hoc quod materia habet appe-
titum ad aliam formam ergo Christus potuisset
naturaliter in eternum vixisse. Hoc bene tenet theo-
logi quod philozophice esset bene ante di-
ctum. Tertio nota circa litteram dicitur quod Christus
habuit nobilissimam animam quam aliquis
alius homo prout dicitur intelligi secundum speciem quia
sic Christus excessisset speciem humanam quod est falsum
sed debet intelligi quo ad operationem quia anima sua
in corpore melius complexionato et disposito
ideo potuit perfectius operari. Quarto
nota circa litteram utrum corpus
humanum propter hoc sit susceptivum nobilitatis
anime eo quod est nobilius reductum ad medium
et videtur quod non quia anima intellectiva que
est forma hominis illa optimus infunditur et non
resultat ex aliqua mixtione. In oppositum
videtur innuere Albertus in littera. Ubi dico quod
in facto contrarietatis in homine non requiritur
propter eductionem forme sed propter dispositionem
corporis ad receptionem forme. Anima enim in-
tellectiva non in quodcumque corpus infunditur
sed in corpus dispositum. Aliter potest dici
quod anima cognitiva hominis est forma in herens
et consistens extensa et ista resultat ex
mixtione. Sequitur littera

Nulla igitur homo inter omnes

Hic Albertus secundus infert unum corre-
larium et dividitur. Primo facit hoc. Secundo infert
perfectionem universi ibi: In universo. Primo dicit
sic: Nulla igitur homo inter omnes creaturas summa
temperancia et ideo ex hoc continet animam nobilio-
rem et ideo dicitur omnium creaturarum

(Heus in eternum vi-
vere potuisset
misi [illegible] orinis)

Unde aristoteles in secundo physicorum sumus et
quodammodo nos finis omnium / finis autem hominum
est christus / quia homo est finis et consumatio omnium crea-
turarum aliarum / christus autem est finis hominum
omnium recte dicitur in psalterio finis omnis consuma-
tionis est christus / Nota primo circa litteram contra-
rium madet sic / quia prius dictum est quod
homo habet nobiliorem temperanciam et constitucionem melius
redactam et propter hoc habet nobiliorem animam quam
aliquis aliorum et etiam est dictum quod christus
habuit nobiliorem complexionem quam aliquis
alius homo quo posito sequitur quod homo sit finis omnium
aliarum creaturarum ad se quia omne quod est nobi-
lius ordinatur in nobilius et perfectius tamquam
in finem et hoc patet per aristotelem secundo phy-
sicorum qui loquens de homine dicit sumus et
nos quodammodo finis omnium etiam sequitur eodem
modo quod ipse christus est finis omnium hominum et aliorum
creaturarum quia omnia ordinantur in ipsum / secundum magis
perfectum et minus perfectum et quarto psalmista loquens
omnis consumationis vidi finem ibi I vocat
christum consumationem finis / Secundo nota
ut elicitur prima illius tractatus et
est hec christus est finis omnium creaturarum pro-
batur omnia ordinantur in christum tamquam minus per-
fectum in perfectum christus est finis omnium consequen-
ter tenet antecedens patet in littera / Tercio nota dubi-
tatur homo sit finis omnium creaturarum et videtur
quod non / quia si sic tunc esset finis angelorum
consequentia tenet falsitas probatur quia angeli sunt
nobiliores et perfectiores hominibus / Oppositum
videtur innui per albertum in littera ubi dico
quod theologice loquendo homo est nobilior an-
gelo quia hominibus datum est a deo tincture
corporis christi quod non est concessum angelis / quia
angeli etiam sunt deputati in ministerium hominum
et sic ordinatur in hominem tamquam in finem
licet non ultimatum philozophice loquendo

ut dici quod intelligencie sunt fines
hominum quia sunt nobiliores eis vel
possunt dici quia ut possunt elici ex dictis
commentatoris duodecimo metaphy-
sice intelligencie primo movent ho-
minem propter consumationem in fine
et sic movet quodammodo propter illa
in finem tamquam propter finem etc.

In unione enim divini

Hic Albertus in dictis ostendit per-
fectionem universi et dividitur quia primo
facit hoc secundo inmovet dubium
ibi nec est dicendum Primo dicit sic
In unione enim divine et humane
nature ordo universitatis completus
est sunt enim alterne primo tamen
personarum in una natura scilicet patris et filii
et spiritus sancti et in principio creationis
id est angelice sunt unio unius
nature in una personarum ut patet in an-
gelo et patet hoc sunt unio duarum
naturarum in una persona ut in homine
habet videri et ut ultimum correspondens
primo optime de iure complexionis
universi / quod sicut primus homo fuit unio
primo fuit unio trium personarum in
una natura / ita quod ultimo esset unio
trium naturarum in unam personam
quod completum est in christo / et ipse sic
ex humanitate et divinitate unitur
nobis deo per fidem et karitatem
ut sic reducat hominem ad primum a quo
factus est et sic divina natura est ubique
essencialiter quod appropriatur potencie pa-
tris et in sanctis per graciam / quod appropriatur
spiritui sancto et est in homine per unionem
quod appropriatur filio et sic est unita natura
humana in persona filii sicut natura fi-
lii in celo localiter correspondens

ei quod est esse ubique in pluribus altaribus
in sacramento quod respondet ei quod est
esse in sanctis et in divina natura per uni-
no — one que correspondet tercio modo. Nota
primo circa litteram ex precedenti litera dicit
quod Christus est finis consumacionis, modo
vult ostendere quomodo ordo universi completus
et consumatus est per Christum et vult quod
in nativitate Christi ordo universi fuit
completus et consumatus id est hunc modum
quod ab eterno fuerunt tres persone divi-
ne unite in una essencia et in
una natura postea quando deus creavit
angelum fuit una persona unita
uni nature quia angelus est una perso-
na et una simplex essencia postea
in creacione hominis fuerunt due nature
scilicet corpus et anima racionalis unite
in una persona puta in homine. In
nativitate autem Christi fuerunt
tres ~~persone~~ nature unite in una per-
sona sicut ab eterno erant unite
tres persone in una ~~persona~~ naturam scilicet
natura ~~divina~~ divina et natura anima racio-
nalis et natura corpus ~~vel~~ fuerunt
unite in persona Christi et sic ultimum
correspondeat primo et sic ordo
universi fuit completus quia in tali
ordine debet ultimum correspondere
no — primus. Secundo nota quod adhuc deus
cottidie unit tres naturas in una
persona scilicet animam racionalem et cor-
pus humanum et cum hoc unit seipsum
per karitatem et ideo dicitur quod karitas
est indissolubile vinculum uniens
nos deo et sic et ~~deus~~ reducit hominem
ad primum principium unde sequitur.
nota — Tercio nota essencia divina est
ubique ~~et hoc~~ et hoc competit persone patris
et est in sanctis per graciam et hoc competit
spiritui sancto et est in homine per unionem et hoc competit
filio. Sic eciam natura humana assumpta a Christo
est in celo et hoc correspondet ei quod est esse
ubique et est in sacramento in pluribus alta-
ribus et hoc correspondet ei quod est in sanctis et u-
nitur homini per karitatem et hoc correspondet
unioni filii in divina natura et sic ultima natura
correspondet prime unioni trium personarum Christi
in unam essenciam et sic ordo universi est com-
pletus per Christum. Quarto nota dices — no
tu quomodo est hoc possibile quod persona filii
unitur humane nature et tamen manet semper in toto
cum patre dicendum quod est possibile et po-
nunt theologi exemplum de hoc sicut sol mittit
lumen ad illa inferiora tamen semper habet lumen
sic pater misit filium in mundum et tamen semper cum
eo mansit. Secunda litera

Nec est dicendum quod Christus

Hic Albertus removet unum dubium et dicit
sic. Nec est dicendum quod Christus fuit sexte
composicionis sicut prius homines quinte quia
talis unio non dat ei aliquam novam com-
posicionem que apponatur simpliciter quia ex duabus
naturis non est una natura simplex media
nec eciam est mixcio vel confusio sed unio. Com-
posicio quando ex pluribus fit unum in manentibus
partibus principalibus et secundariis ut patet ex
pariete et tecto et fundamento fit domus.
Confusio est quando ex pluribus fit unum in manen-
tibus partibus secundariis et non principalibus ut
ex modio frumenti et ordei fit unum.
Mixcio est quando ex pluribus fit unum non re-
manentibus partibus principalibus nec secundariis
ut ex aqua et melle fit ydromel.
Unio est quando plura remanencia in sua
natura conveniunt in aliquo sicut plures homines
uniuntur in tractacione manus et due nature scilicet
humanitas et divinitas in una persona sicut
in Christo. Nota primo circa litteram dubium — not.
incidit sic quia iam dictum est quod Christo

et natura divina quod non est in aliis hominibus, propter hoc si a-
liquis crederet quod Christus fuit ex parte mixtionis
hoc Albertus removet et dicit non
est dicendum quod Christus fuit ex parte mixtionis
quia talis commixtio divine nature cum humana non
fuit compositio neque confusio neque mixtio, sed fuit
unio, sed si ibi non fuit nova compositio vel
nova mixtio non debet dici ex parte mixtionis
nota vel compositionis. Secundo nota quod in Christo non
fuit compositio nature humane cum divina, quia compo-
sitio est quando plura componuntur et componunt unum
tertium distinctum ab ipsis sicut parietes et tectum
et fundamentum componunt et constituunt domum re-
manentibus tamen partibus principalibus et secundariis et
per partes primarias intelligit partes formales
sed partes secundarias intelligit partes
materiales, modo in compositione domus ma-
net partes formales, sicut manet lapis et
lignum etiam et eadem ratione manent partes
materiales vel secundarie, sed in unione divine
nature et humane nichil novum quod prius non fuit
resultavit. Tertio nota declarat quod illa
nota natura divina cum humana non fuit confusio, quia
confusio est quando ex pluribus fit unum remanentibus
partibus secundariis et non principalibus ut patet quando
miscetur modius frumenti cum modio ordei
ibi manent partes materiales, quia non alteratur
sed tamen non manent partes formales quia hoc
totum non potest dici ordeum vel frumentum, sed
hoc non fuit in unione illarum secundariarum naturarum
ut ibi utraque natura remansit. Quarto nota
nota dicit quod illa unio non fuit mixtio et hoc sic
mixtio est quando ex pluribus fit unum non remane-
tibus partibus principalibus nec secundariis sicut quando
ex aqua et melle fit ydromel, ibi non ma-
net partes formales quia non est unum dicere
quod hoc sit aqua vel mel, nec etiam manent
materiales quia miscibilia sunt alterata sed
autem non fuit in Christo quia ibi mansit utra-
que natura salvata. Secundo nota. Quinto nota

quod illa unio nature fuit unio, quia
unio est quando plura remanentia in
sua natura conveniunt in aliquo sicut
plures habentes intentionem na-
vis sic fuit in Christo quod ille due
nature humana et divina permanentes in
sua natura fuerunt unite in persona
Christi quia ergo in unione illarum na-
turarum non est facta aliqua nova compo-
sitio vel mixtio ergo Christus non debet dici
ex parte mixtionis vel compositionis.
Sexto nota quod compositio debet nota
fieri quando alique partes componunt
aliquod totum sine alteratione, sed
confusio fit quando ex pluribus fit unum
cum alteratione imperfecta, sed mixtio est
quando ex pluribus fit unum et miscibilia
alterantur alteratione perfecta. Septimo nota
nota illa tria compositio confusio mi-
xtio habent quendam ordinem sic
quod posterius semper presupponit prius, sed
non debet fieri mixtio oportet primo quod
miscibilia componantur, etiam oportet
quod ibi sit confusio antequam miscibilia
se mutuo corrumpant et sic tandem
fit mixtio perfecta. Hec littera

Sic igitur elementatorum

hic est secunda pars et ultima principalis
illius capituli in qua Albertus epylo-
gat et resumit dicta in illo capitulo et
in duas partes quia primo
resumit distinctionem mixtionis dicens
inducit causam et occasionem di-
visionis hujusmodi, ibi et nota
quod hec dicit sic. Sic igitur ele-
mentatorum quedam sunt prime composi-
tionis ut vapor virtute solis re-
solutus ex terra et aqua que est prin-
cipium omnium aliorum compositionis

ut mineralia, terre mixtionis ut terre nascentia ut vegetabilia, quarte compositionis ut animalia bruta, quinte compositionis ut homines. Subdit et nota quod elementatorum quintuplex divisio potest induci ad similitudinem. Si enim elementatorum quedam sunt animata quedam inanimata, inanimatorum quedam sunt immediate causata ab elementis sicut vapores, quedam mediate sicut corpora mineralia. Subdit animatorum quedam non mutant locum motu progressivo sicut plante herbarum et arborum, quedam mutant locum et illorum quedam agunt anima sicut irrationabilia, quedam vero a voluntate moventur sicut rationalia. Subdit de elementatis et inanimatis dicendum est prius.

nota Nota primo circa litteram ut dicit quod compositus dicitur potest quod quedam elementata sunt prime mixtionis sicut vapores qui resolvuntur in terra et aqua qui sunt principium omnium elementatorum, et quedam sunt mixta vel ~~secunde mixtionis~~ sicut sunt inanimalia puta metalla et huiusmodi que generantur in terre concavitatibus, et quedam sunt mixta ~~terre mixtionis~~ sicut terre nascentia sicut plante et herbe que habent animam vegetativam, et quedam sunt mixta ~~terre co~~mpositionis sicut terrenascentia sicut ~~pl~~ plante et herbe que habent animam vegetativam ~~et quedam sunt mixta~~ quarte compositionis sicut animalia bruta perfectum, et quedam sunt mixta quinte compositionis sicut homines.

nota Secundo nota circa litteram. Et nota quod hic forte aliquis diceret quod illa divisio mixtorum esset mala quia omnis bona divisio debet esse

Imp[illegible] vel [illegible] inter impositioni[bus]

similitudinem. Hic dicit quod illa quintuplex divisio potest induci ad similitudinem sic. Elementatorum quedam sunt mixtorum, quedam sunt animata, quedam inanimata. Si inanimata hoc autem dupliciter est vel enim immediate causantur ab elementis et sic sunt elementata prime mixtionis puta vapores, vel causantur ab elementis mediate et sic sunt mixta secunde compositionis puta mineralia. Si autem sunt animata hoc iterum dupliciter vel enim movetur motu progressivo vel non; si non tunc sunt mixta terre mixtionis puta herbe et arbores. Si autem movetur motu progressivo hoc etiam adhuc dupliciter vel enim movetur tali motu naturali vel voluntate. Si primo modo sic sunt mixta quarte mixtionis puta animalia bruta. Si autem movetur voluntate ut sunt mixta quinte compositionis puta animalia rationalia puta homines et inter illa enim in illo tractatu dicendum est de inanimatis. Tertio nota quod quidam dicunt quod impressiones metheorologice sunt secunde compositionis que resultant in concavitatibus que sunt prime mixtionis. Alii autem dicunt quod sunt prime mixtionis et illius intentionis videtur esse Albertus in libro qui dicit esse mineralia secunde compositionis tractando de impressionibus istis. Sequitur littera.

Restamus ergo ad una

Hic est capitulum secundum illius tractatus et continuatur sic. Postquam Albertus premisit unam distinctionem de elementatis, hic modo redit ad propositum de tractando de impressionibus metheorologicis et in illo capitulo ostendit materiam et causam efficientem et locum generationis impressionum illarum ~~et dividitur illud capitulum~~ in tres partes principales. In prima parte ostendit quod sit causa materialis illarum impressionum. Secundo ostendit quod sit locus generationis. Tertio ostendit quod sit causa efficiens

secundo ubi loca generationis sunt / tertio ubi causa ef-
ficiens / quarta ibi hic dividitur quia primo propo-
nit intentum suum secundo consequitur / ibi secundum
in primo dicit sic redeamus ad vaporem
ex quo causantur elementata generata circa
sublimi que in superioribus terre. Subdit secun-
dum in quo omnis vapor / aut est ab aqua
vel terra / aer enim vaporabilis non est / aut
enim rarefieret ultra illud quod est sue nature
et tunc statim erit ignis / aut inspissatur
amplius et tunc non est vapor / quia vapor
generatur per subtilisationem et rarefactionem / sed
aer tunc efficitur aqua et terra supple quando
sic inspissatur. Subdit hic in dupliciter vapor
causa materialis est illorum corporum que in imo
vel in alto generantur et distinguamus eos sic
quia vel in impressionibus aut est ex vapore sicco
terreo tantum vel humido tantum / vel ab utroque. Nota
nota primo circa litteram quod dicit notanter redeamus
innuit per hoc in precedenti capitulo digressionem
nota fecisse. Secundo nota ubi dicit quod omnis va-
por resolutus vel est ab terra vel ab aqua
quia aer non est vaporabilis / quia si aer
subtiliatur ultra naturam suam tunc fit ignis
et non vapor. Si autem inspissatur vel conde-
satur ultra naturam suam tunc vero non fit
vapor / quia vapor fit per subtiliationem et
rarefactionem et tunc generatur aqua vel terra
nota Tertio nota quod licet dicatur generaliter secundum
illius tractatus omnis vapor resolvitur a terra
vel ab aqua probatur quod licet ~~sit aer et ig-~~
nis non sunt elementa vaporabilia ergo omnis
vapor resolutus ab elementis resolvitur a terra
vel ab aqua consequentia tenet contra autem
probatur de aere in littera et formaliter tamen
sic. Si aer esset vaporabilis vel hoc esset
per subtilisationem vel per inspissationem nullo modo
~~in fumum~~ primo sed ~~minor~~ probatur / non per sub-
tilisationem / quia quando aer subtiliatur ultra suam
naturam subtiliatur tunc fit ignis non ergo

per inspissationem quia vapor est
subtilior eo a quo resolvitur
ergo fit per subtilisationem eodem modo probatur
quod ignis non sit vaporabilis quia ignis
non potest subtiliari / sed quando inspissatur
ultra naturam suam fit aer. Quarto nota
nota quod ab isto vapore resoluto a
terra vel ab aqua generantur omnia que ge-
nerantur in alto id est in aere et in imo
id est in visceribus terre. Quinto nota
nota quod quidam vapor est calidus et siccus
sicut iste qui resolvitur a terra et quidam
est calidus et humidus et sicut ille qui
resolvitur ab aqua. Sexto nota circa
nota illam litteram et distinguamus ubi dicit
quod quedam sunt impressiones que generantur
ex vapore sicco et calido sicut impres-
siones ignite vel comete et talia
que generantur ex vapore humido tantum id est
ex vapore humido et calido sicut
grando imber et pluvia et quedam ex utroque
sicut de illis postea videbitur. /
nota Septimo nota dubitatur utrum ille va-
por sit materia corporum generatorum in
alto et imo et videtur quod non quia
si sic tunc materia generata et cor-
rupta esset eius in actu consequens
falsum ut dictum est in primo terre
tamen probatur consequentia quia vapo-
res isti sunt entia in actu unde
ut dicit Albertus in littera. Ubi dico quod
materia prima dupliciter potest capi uno modo
circumscriptis dispositionibus et vocatur
materia prima et illa est eius in potentia
ut probatur ratio. Alio modo pro materia
disposita et materia secunda et sic va-
pores possunt esse materia generabilium
et corruptibilium. Secundum litteram

Loca autem generationis

hic est secunda pars principalis illius

capitulo et continuatur. Sic postquam Albertus
ostendit causam materialem in impressionibus
metheorologicis, hic modo ostendit
loca generationis in quibus generantur
et dividuntur, quia primo facit hoc, secundo
ostendit qualitates locorum, secunda
ibi Superior autem. Primo dicit sic:
loca autem generationis sunt quattuor,
scilicet superior regio aeris que continuatur
ad ignem, que nominatur a philosophis estus,
et media sive secunda regio que vocatur
locus frigoris, et inferior pars non
longe super terram habens aliquid ca-
loris et aliquid frigoris que vocatur
venter terre. Nota primo circa litteram
(nota) quattuor sunt loca in quibus generantur
ille impressiones, scilicet suprema regio
aeris que vocatur estus a philoso-
phis propter hoc quod est vicina igni in
qua generantur impressiones ignite
sicut cometa, sub ascendens et con-
fila. Secundus locus est media regio
aeris sive medium interstitium et
illa vocatur secunda sive locus frigoris
in qua generantur impressiones frigide
sicut grando, nix, et tercius locus
est regio inferior aeris que non multum
distat a terra in qua generantur impressi-
ones que generantur circa terram sicut
est ros et pruina. Et quartus
locus est venter terre id est interior
terre ubi generantur terre motus. Se-
(quare suprema regio dicatur estus, media frigoris locus — nota) cundo nota quare suprema regio
vocatur estus et media regio ae-
ris locus frigoris et quare in-
fima regio habet aliquid caloris
et aliquid frigoris in subsequen-
tibus dicetur. Tercio nota quod
(nota) per ventrem terre dicunt aliqui quod
Albertus intelligit aerem sub
centro terre. Alii dicunt quod intelligit

superficiem terre. Alii dicunt quod intelligit par-
tes interiores terre prope superficiem, et hoc
forte est verisimile. Sequitur

Superiori autem pars aeris

Hic Albertus ostendit qualitates illorum lo-
corum et dividitur in quattuor partes secundum quod
ostendit qualitates illorum quattuor regio-
num sive locorum predictorum, quia primo declarat
qualitates superioris loci, secundo ostendit
qualitates tercii loci, tercio ostendit qualita-
tes quarti loci, quarto ostendit secundi loci,
secunda ibi Inferior autem, tercia ibi Velut, quarta
ibi Regio autem aeris. Primo dicit sic: Supe-
rior autem pars aeris pura et rara et est
subtilis propter vicinam ignis et est vehementer
calida propter radios stellarum et luminum
ipsarum, que sibi sunt vicinio viciniores simpliciter
quam alie partes aeris, et est luminosa
magis et magis tranquilla et magis
subtilis quam simpliciter alie partes aeris.
Subdit hic autem locum non ab igne ratione
sed vicinitate stellarum, quia umbra terre ibi
contrahitur et moritur, propter quod radii solis di-
rectus moritur in ea. Ideo illa pars aeris
est locus inflammatus ipse. Nota primo
circa litteram ut dictum est quod primus locus sive suprema
regio aeris est ita pura et rara propter vici-
nitatem ignis, quia supra ignis est sibi vicina.
Ignis autem hic purificatur, rarificatur. Secundo (nota)
nota quod illa eadem regio est vehementer
calida et hoc est uno modo propter vicinitatem
ignis, alio modo est propter vicinitatem stellarum
que habent caliditatem et quia radii stellarum
perveniunt ad istam partem aeris ad hoc for-
tiores sunt quam quando perveniunt ad alias
partes propinquiores sunt suo fonte luminoso.
Tercio nota illa regio est luminosa et hoc (nota)
dicit Albertus quod in iudicio suo magis
fit virtute stellarum quam ab igne, quia

ignis in spera sua no lucet sed illuiat' astel-
lis alias videremus igne in spera sua si lu-
ceret. Quarto nota dicit q illa regio est
tranquilla et subtilis illius racio e, qr ibi
no fiut tales impetus ventorum et aliarum im-
pressionum sicut in aliis ptibus, sz est valde
subtilis ppt vicinitate ignis. Quinto no
q albertus dicit q causa luositatis fit
illius regionis q umbra tre totaliter
et diminuit' ibi ~~et generaliter~~ radii solares diucius
morat' i ista regione aeris quam in aliq
aliarum et raro est luosior et hoc dz sic
ymaginari quia aliq corpus luosum pro-
icit radios suos ad unum corpus densum
opacu q e mi9 eo / tunc vero illud opa-
cu fit una umbra cuata sev pyramidalis
et illa umbra ppe opacu est latissia et
quato plus elongat' ab opaco tanto fit
stricior et minor sit e de sole q e corpus
luosum et tra e corpus opacu et densum
sol e maior tra go qn sol spargit radios
sup tram tunc ex alia pte tre fit talis
umbra et illa i ptib3 aeris ppe tra est
lata et in pte remociores tra puta in
suprema regione aeris e stricior et sic ra-
dii solis diucius morat' ibi quam in ali-
qua alia pte aeris ~~et gne~~ qn in oppo-
sicione luna submittit illam orbem um-
bram totaliter vl scdam ptem tunc fit
eclipsis lune totalis vl ptialis. Sexto
nota dicit ille locus e locus i flamatus
ipse et hoc pz qr ibi generant' ille impressio-
nes ignite q generant' ex vapore inflam-
mato &c. Lra Inferior aute

Inferior aute vero cu sit ita

Hic Albertus ostedit qualitates terciu
loci sz inferioris regionis et dicit sic
Inferior aute vo cu sit circa tram et supra
tram habes quidem ex se frigus ppt
aquam et tram / Calidu aute ex repercussione
sev ex reflexione radiorum solis
ad solidu id e duriciem et pla-
niciem tre id e superficies tre
et aque efficit' illa regio non
inflamado flamas, sz quasi in
forti spumis vapore sui nam
q prohibes siple vapore ut eo
buint' vl inceditur ex reflexione
et fit radiorum cuorilla spumis
ex se vaporem. Primo nota circa
tram Albertus vult dice q in-
flamato aeris q e hic circa
nos illa vocat' tercius locus
et illa aliqualiter e frigida et
aliqualiter calida Est enim fri-
gida, qr e aliqualiter ppe tram
et aquam q sunt elementa frigi-
da, sz e calida ex repercussione
sev reflexione radiorum solarium
et densa superficie tre, quia ra-
dii solares reflexi a superficie
tre multiplicant' qr tunc con-
gunt' radii incidentes et refle-
xi et qr sol calefacit p radios
multiplicat' calor et sic illa re-
gio inferior calefit. Scdo no
dicit q illa regio non inflamat
vaporem sicut superior, sed
ppt frigus ferri quod prohibet
intensionem vaporum, sed tn ppt
caliditatem sua ex spirat eos
id e impellit eos ad latus
vl in sinus. Tercio nota illa re-
gio posset calefi ex reflexione
et q talis reflexio generat ca-
lor hoc pz per experienciam de spe-
culo comburente qr ppt reflexionem
radiorum et speculo concavo in
puncto census radiorum fit tantus ca-
lor q incendit stuppam et aliq

nota
nota
nota
nota
nota

combustibile. Quarto nota secundum perspectivum secundo de anima dicentem est inflexio scilicet directa et indirecta. Directa est quando radius perpendiculariter incidit et in se inflectitur et ex illa non generatur lux vel talis incensio quia non multiplicantur radii. Alia est indirecta quando radii oblique incidunt et ex tali inflexione fit lumen et calor. Sequitur littera

Ultima vero regio

Hic Albertus ostendit qualitates quarti loci scilicet ultime regionis et dicit sic: Ultima vero regio scilicet inferior que est circa nos tangit elementum solidum quod est politum et plane superficiei sicut est aqua ~~et ideo fit~~ hic inflexio radiorum magna unde ex ea dicitur lux hic generari. Nota primo circa litteram notanter dicit quod infima regio est luminosior quam aliqua aliarum et illius ratio est quia ipsa tangit elementum bene politum et plane superficiei et ab illo fit bona inflexio et quia ex inflexione generatur lux ideo fortior lux generatur ibi. Secundo nota aliqui exponunt illam litteram et dicunt quod Albertus per illam regionem intelligit illam que est in visceribus terre puta in cavernis aquosis terre, ille tangit hoc elementum politum et planum puta terram et aquam. Alii dicunt quod per illam regionem intelligit aerem hic circa nos qui est mediate circa terram et quia ille est iuxta terram et aquam a quibus fit bona inflexio et ergo ipse fortius

eius illuminatur. Sed diceres tu: ubi ergo locat Albertus terciam regionem? dicitur ipse quod locat illam in aere distanti aliquantulum licet modica forte modica sit illa distantia. Sed quartam regionem locat in aere contiguo terre et aque et consequenter patet quod ipse veritate terre primus intellexerit illum aerem contiguum terre, ratio est quia ipse solum diffinit regiones aeris in quibus generantur impressiones meteorice. ~~tercius~~ Diceres tu: Albertus videtur sibi contradicere quia primus dixit quod suprema regio esset luminosior, hic modo dicit quod infima sit luminosior. Ubi dico quod suprema regio est luminosior per se quia est vicinior illius, sed illa est luminosior per accidens ratione inflexionis radiorum. Quarto nota quod ad hoc quod sit bona inflexio requiritur quod illud corpus a quo fit inflexio sit densum et non porosum et quod sit planum et non asperum et ergo aspecto fit bona inflexio. Sequitur littera

Regio autem aeris que est prope

Hic Albertus ostendit qualitates medie regionis aeris ~~et dividitur~~ quia primo facit hoc, secundo regreditur ad ostendendum qualitates regionis terre, secunda ibi regio que est inter illam. ~~primo dicit sic~~ Regio autem aeris que est prope distantia supra ab aliis duabus frigida est valde propter causam appositam. Nota primo circa litteram ubi dicit de qualitatibus medie regionis aeris et dicit quod illa regio sit per eque distantiam ad regionem superiorem et inferiorem et hoc non debet intelligi quod sit in medio spere aeris eque distans aliquantum a superiori regione quia Albertus dixit supra primo ~~mathematicorum~~ quod nix et grando generantur usque ad distantiam sex miliarium aliquantum et illa generantur in media regione ut dicitur in littera modo tota

spera aeris est multo spissior quam duodecim mi
liaria ita quod sex sunt miliaria usque ad me
diam eius regionis et sic patet quod non dicitur me
dia regio propter hoc quod directe sit in medio
superioris et inferioris et in medio totius
spere aeris sed intelligi quod sunt per equalem
distantiam illuminationis et caloris ita quod sicut
superior regio est calida illuminata propter vicini-
tatem stellarum et inferior regio est calida
et lucida propter reflexionem radiorum sic illa
est media quia neutram causam habet illuminationis
vel caloris. Secundo nota dicit quod media re-
nota gio aeris sit frigida illius ratio est quia
caret utraque causa caliditatis quas habent
superior et inferior regio. Superior enim regio
est calida ut dictum est propter vicinitatem
ignis et radiorum stellarum, modo media re-
gio non est propinqua igni nec stelle et illa
inferior regio est calida propter reflexionem radiorum
solarium etiam modo in media regione aeris
propter [illegible] fit reflexio talis radiorum quia aer non
est densus sed est transparens modo reflexio
non fit nisi a corpore denso polito et tale fit
est speculum vel terra vel humor. Tertio nota dicit
nota quod illa regio media est obscura quia caret
utraque causa illuminationis quam habent alie
regiones, superior enim est lucida propter vicini-
tatem lucis stellarum et inferior est lucida
propter reflexionem radiorum, modo media regio
caret utraque causa, modo enim est vicina stel-
lis ut dictum est nec fit reflexio radiorum
ibi ut supra et ideo caret utraque causa
nota illuminationis. Quarto nota dicit quod illa re-
gio est impetuosa et caligosa illius ratio
est quia ibi generantur tempestates et ideo
est grando nix et pruina ut supra dicitur.
nota Quinto nota dicit quod quidam sic dicunt
quod in media regione aeris sit infernus

et ibi sunt demones et hoc ipsi probant
sic quia demones generant ventos
et faciunt ventos et tonitrua ut
timeant homines et confirmant per hoc
quia aliquando in aere audiuntur soni tanquam
mugitus vel ululatus
quod ille sonus sit demonum in inferno
et ideo quod sunt illius opinionis fuerunt
contra quidem philosophi unde dicit contra
aristoteles in secundo posteriorum quod quidam
dixerunt quod tonitrua fiunt ut time-
ant hii qui sunt in tartaro. Sexto nota
nota quod tonitrua et choruscatio
sunt effectus naturales et non sunt a de-
monibus etiam illi soni qui audiuntur
in aere fiunt per percussionem vaporum
vaporis aliquando tamen condensantur quia
percussione corporum fit sonus sicut
percussione corporum durorum unde
sic dicit aristoteles in de proprietatibus
elementorum quod circa mare sunt
quidam montes ardentes in quibus
fiunt mirabiles soni percussione
lapidum ita quod naute transeuntes
credunt ibi esse infernum quia vident
ibi ignem et audiunt sonum. Sep-
nota timo nota contra hoc quod prius est dictum
quod media regio aeris sit frigida
aer de sui natura est calidus ergo
media regio aeris cum sit pars ae-
ris non est frigida sed calida. Ad hoc
dico quod aer bene per se est calidus
sicut ver et autumpnus Sed dices tu
quare non grandines in estate dico
quod propter hoc quia in estate radii solis
ut plurimum sunt adurentes et consumunt
vapores vel inflamant eos et sic
generantur impressiones ignitae Secundo nota
nota dictum fuit quod ille vapor co-
rarus fortius congelatur propter hoc quia
est rarus et undique dat introitum
frigori hoc ipse declarat per signum
quia si sunt in hyeme aqua calida
et aqua frigida et ponantur sub tecto
et aqua frigida et ponantur sub tecto
id est ad aliquem locum extra domum
tunc aqua calida fortius congelatur
quam aqua frigida et ratio est
quia aqua calida est rarior quia vapo-
res grossi exhalat et sic frigus a-
lia vel
rius penetrat et exhalo quia fri-
gus applicatum suo contrario puta
calido fortificatur et sic fortius in-
frigidat sic est in proposito quod ille
vapor est rarus fortius penetrat
ipsum frigus et fortius congelatur
Tertio nota aristoteles dicit primo nota
metheororum quia piscatores in hyeme
calefaciunt aquam maris et faciunt
eam congelari et ligant adiecta ut
trahat retia ad profundum hoc est propter
hoc quod calida aqua fortius congelatur
quam frigida et ergo plus cadit frigori Sed

Aliud signum quod

Hic Albertus ponit signum secundum dicens
Aliud signum quod grando non est recte ro-
tunda sed in forma lentis deposita
guttis congelatis et hoc accipit ex hoc
quia tunc vapor esset expansus in latum
frigus contrahens ipsum magis contra-
hit de materia lateribus quam a superi-
ori vel inferiori parte et non esset frigus
magnum congelant partem antequam a-
lia fluet ad ipsam et ibi aqua co-
lisa fluens ad ipsam adhesit ei
sicut gutta congelata Ubi autem quandoque
invenitur grando rotunda hoc est per acci-
dens et est propter illam causam propter
quam superius est liquescens et non sicca quia
quando cadit in regione frigoris tran-
sit per inferiorem aerem qui ex reverbe-
ratione radiorum calida et aqua et per
inmixtione vaporum est sparte calidus
et ideo ex motu et caliditate aeris
illius liquescit exterius et invenitur
no cadens liquida Nota primo circa
litteram Albertus declarat per aliud
signum quod ille vapor a quo generatur
grando est valde calidus illius sig-
num est quia grando non est directe ro-
tunda sed est forme lenticularis et illius
causa est quia frigus plus contrahit
de materia lateribus quam a superiori
vel inferiori quia ille vapor fuit multum
in latum expansus et hoc est signum quod
fuit calidus dilatat se et exte-
no dit Secundo nota quod grando non est
perfecte rotunda cuius racio est quia frigus
prius congelavit unam partem ante-
quam alia effluxerit et sic alia pars
adhesit parti congelati prius sicut una
no gutta congelate alie Tercio nota
forte aliquis diceret contra hoc quia
videmus aliquando quod grando est rotunda
tunc respondetur quod hoc est per accidens sicut

hoc eciam est per accidens quod grando cadens super
est liquida et tamen in medio interstitio est sicca et
fortiter congelata cuius utriusque causa est hec
quia quando grando cadit de medio regione tunc
pertransit per illam regionem inferiorem que est ca-
lida ex reverberacione radiorum calidorum cum
illo aere et sic partes extremales liquescunt
et sic cadens grando est liquida et sic eciam
partes tortuose liquescunt sic quod aliquando est rotunda
et tamen in media regione est lenticularis figure
et cum hoc sicca et fortiter congelata Quarto
nota quod sic per auctorem assignantur due cau-
se quare grando liquescat et aliquando est rotun-
da Est enim una causa caliditas regionis
per quam transit Alia est velocitas motus
quia motus calefacit ut patet secundo celi Sequitur

Fit autem quo ad tempus

Hic est secunda pars principalis capituli ~~et continuatur~~
sic Prius Albertus ostendit modum generationis
grandinis hic modo ostendit modum generationis
nivis et dividitur in tres quia primo facit hoc
secundo ostendit dictum suum per quedam signa
tercio dat causas quorundam accidencium circa
nivem secunda ibi et hoc signum tercia ibi hec
in accidit Primo ~~dicit~~ sic Prius autem quo
ad tempus contrario se habet grandini in quibusdam
in materia conveniunt eo quod supple nix ge-
neratur ex vapore calido glosa sicut gran-
do Nota primo circa litteram dicit quod nix habet se no
contrarie grandini quo ad tempus quia grando
generatur in tempore calido sicut in fine veris et in
principio autumpni nix autem generatur in tempore fri-
gido puta in hyeme et sic patet tempus generationis
nivis Secundo nota dicit quod grando et nix no
conveniunt aliqualiter in materia quia utraque generantur
ex vapore humido et calido tamen vapor ex quo
nix generatur non est ita calidus sicut ille ex
quo generatur grando et in hoc differunt Ter-
cio nota aliquis diceret quis est generationis locus no
generationis nivis Ubi dico quod infima pars
medie regionis que est subiecto loco in qua gran-

nō grando Quarto nota quod ex illo potest elici modus generationis
nivis quia in hyeme calor solis est debilis
et ergo non multum calefacit fortem vaporem quem
contrahit ergo ille vapor non potest alte elevari
nec est ita rarus sicut vapor grandinis ita maxime
circa verticem medie regionis et tunc frigus illius
loci sufficit istum vaporem quantum et congelare in gla-
ciem imperfectam et sic cadens vocatur nix
Sed dices quod potest in hyeme calor solis elevare
tales vapores cum tamen prius dictum sit quod frigus
constringens impedit elevationem vaporum dico quod ca-
lor solis aliquando in hyeme sufficit contrahere
vaporem licet non sufficiat ipsum formaliter
calefacere etiam non est semper in hyeme tale frigus
nō constringens Quinto nota Albertus post grandinem
statim declarat de nive quia grandini et nivi aliqua
conveniunt Sequitur littera et huius signum est

Et huius signum est prognosticatio

Hic Albertus declarat dictum suum per quoddam signum
et dividitur in duas secundum quod ponit duo signa
secunda ibi Aliud non signum verius est Primo
dicit sic Supplete quod modo generetur sic huius
signum est prognosticatio rusticorum qui in hyeme
quando immittitur frigus conspiciunt nivem nisi sint
nubes obscure Subdit ostendens secundum signum
Aliud non signum verius est ergo absurum et
non in eo supple signo fu-
turum inveni fallaciam in eo supple signo fu-
tunc lucidus et pallens est et videtur in-
et hoc est signum raritatis quamdiu durat stat
et hoc est signum calo-
macie quoque per octo dies et hoc est signum calo-
nō ris Nota primo circa litteram dictum fuit quod nix
generatur ex vapore humido et calido sicut grando
non tamen ita calido sicut est vapor gran-
dinis hoc ipse declaravit per duo signa Primum
est prognosticatio rusticorum quod in hyeme quando
frigus immittitur conspiciunt nivem quia vapor
nivis est calidus et aptus tempore in quo elevatur
esse aliqualiter calidus et hoc est signum quod ille va-
nō por calidus est Secundo nota secundum signum eiusdem
est quod vapor nivis est lucidus et pallidus
et hoc est signum quod est rarus propter hoc est bene perspi-
cuus et quod est rarus est signum illius quod est cali-
dus quia caliditas rarificat Tertio nō
nota ibi quod ibi quamdiu stat in aere scilicet
per octo dies vel plus et hoc est etiam
signum caloris et propter hoc stat diu
in aere non potest faciliter consumi a frigore
nec generari Quarto nota Albertus dicit nō
quod rustici in hyeme immisso frigore
conspiciunt nivem nisi nubes sint ob-
scure illius ratio est quia si nubes
sint obscure tunc citius generatur plu-
via quam nix quia nubes aquo-
sa generat pluviam et obscura propter hoc quod
est densa Quinto nota quod dicit quod nō
signum secundum est verius quam primum
huius ratio quia secundum signum dicit propter quid
et causam et ergo certius est quam primum
Sequitur littera Sed non elevatur

Sed non elevatur

Hic Albertus dat causam quorundam
accidentium circa nivem et possunt dividi
in tot secundum quot declarat accidentia
partes patebunt Primo dicit sic Sed
non elevatur nisi tempore hyemis supple
vapor nivis et hoc est ideo quia sol
tunc debilis est et ideo cum adiuto-
rio lune vel alicuius alterius stelle vel
plurium stellarum sufficit tunc istum
vaporem elevare et non sufficit ip-
sum attenuare et calefacere sicud in
estate Deinde infert causam secundi
accidentis secundo dices hoc ergo accidit
quia vapor nivis pertingit usque ad re-
gionem frigoris sed manet citra in
regione prima frigida frigide cum
regioni de qua dici convenior quantitate
Deinde infert causam tertii accidentis
dicens et ideo quia frigus quod non
adeo forte super ipsum supple vaporem
nec vapor adeo rarus ut det in-
gressum frigori ideo contingit
quod vapor nivis fit continuus et conge-
latur Deinde infert causam quanti-

accidentibus dictis et quia in gustione est
diffusus vapor sicut carpmata lana
ideo nix cadit lata sicut partes lane
sparse Deinde infert causam quarti acci-
dentis quia non fit frigus non fuit for-
te super illud vaporem ideo in ipso in-
gressu caloris congelatur et quia ipse
vapor ingrediens aliquantulum resolvit
illud quod est debiliter congelatum ideo nix
est mollis et faciliter comprehensibilis quod non
esset si esset omnino glacies sicut gran-
do Deinde infert causam sexti acci-
dentis dicens hic autem locus supple
in quo generatur nix est inferior quam locus
grandinis ideo in estate non potest fieri
nivem quia tunc reflexio radiorum sola-
rium est nimis fortis ideo illud frigus
est insufficientius congelationi quia nix sufficit
congestioni sicut accidit in pluviis ut
postea statim dicetur Nota primo circa
no litteram quamvis prius hic incidit sic quia
quereret aliquis quomodo potest vapor ni-
vis elevari in hyeme cum tamen radii so-
lares propter obliquitatem super nos e-
xistentem sunt valde debiles Ad hoc re-
spondet albertus quod in hyeme calor so-
lis de sole non solum sufficit elevare
vapores sed adiutorio lune vel alterius
planete sufficit bene elevare sed non
sufficit incendere vel calefacere ut in
no estate Secundo nota causa debilitatis
caloris solis in hyeme est obliquitas
radiorum quia quando sol est in signis
meridionalibus radii oblique incidunt
ad nos et oblique respiciunt emisperium
nostrum magis quam in estate sed
quanto aliquis radius est obliquior
tanto debilius incidit et ideo debilius
lumen et calorem generat Tertio nota
tibi hoc ideo accidit ibi ponit secundam
causam quia aliquis quereret quare
vapor nivis non elevetur ad mediam

regionem aeris sicut vapor grandinis Respon-
det albertus quod est propter debilitatem caloris quia
licet sol adiutorio stellarum sufficiat at-
trahere calorem vapore non tamen alte elevare
sufficit propter resistentiam frigoris et ideo vapor
nivis manet circa regionem mediam tamen propinquior
manet medie regioni quam prime sic et ideo
illo patet causa quare in altissimis montibus non generatur
nix vel pluvia quia cacumina montium illorum
pertingit ultra locum generationis nivis vel
pluvie Quarto nota circa illam litteram et ideo no
quia frigus ibi dat causam tertii accidentis
quia diceret aliquis quare vapor nivis non
convertitur prius in aquam et postea congelatur
sicut vapor grandinis Respondet albertus
quod hoc est propter hoc debilitatem frigoris quia
frigus illius loci non est tantum sicut frigus
medie regionis circa vapor ille non est adeo
calidus quod det ingressum frigori undique et
ideo simul generatur et congelatur Sed si aliquid generatur
in aquam et generatur pluvia contra illo vapore hoc
est per accidens quia frigus est ita debile
quod non potest ipsum congelare Quinto nota circa no
istam litteram et quod in gustione ibi reddit causam
quarti accidentis Quereret aliquis quare
est hoc quod nix cadit sparsa et lata sicut lana
carpmata Respondet quod illius causa est
quia in gustione illius vaporis vapor dis-
persus sicut lana carpmata et quia frigus
non sufficit vaporem constringere ideo cadit sicut no
lana dispersa Sexto nota circa illam litteram
Quia non frigus ibi reddit causam quinti
accidentis diceret enim aliquis quare est hoc
quod nix est mollis et bene comprehensibilis cum tamen
grando sit dura Ad hoc respondet albertus quod
frigus loci in quo generatur nix est debile
ideo non potest calorem omnino expellere sed debi-
liter congelat et calor exiens resolvit illud
aliquantulum quod est debiliter congelatum et sic nix
est mollis et bene comprehensibilis quia non est
glacies ac tamen compacta sicut grando et secundum
quod frigus fuit fortius vel debilius secundum

no hic nix est durior vel mollis Septimo nota circa
istam literam hic aut locus ubi reddit
causam sexti accidentis Diceret aliquis quare
nix non potest generari in estate in illo loco in quo
generatur in hyeme Respondet quia in estate locus
ille calefit ex forti reflexione radiorum so-
lium calidum et ideo non sufficit congelationi nivis
sed nix sufficit conversioni vaporis in aquam
pluvialem sicut postea dicetur quando dicetur
de generatione pluvie Secundum literam ex hiis duabus

Ex hiis duabus causis

hic est quarta pars principalis capituli et conti-
nuatur sic Superius philosophus ostendit modum genera-
tionis grandinis nivis hic modo ostendit mo-
dum generandi parvorum grandulorum et dividitur
in duas partes primo ostendit modum generandi
eorum secundo declarat per signum secunda ibi et
huius signum est Primo dicit sic ex hiis duabus
causis scilicet grandinis et nivis concluditur causa
grandulorum que calide consueverunt in martio
et aprili in nostris climatibus id est in sexto et
septimo et ultra in parte octavi supple climatis
que supple pars plus distat a via solis quam
alia supple pars climatis Videmus enim gran-
dula rotunda et frequenter habeant rectis talis
grani rotunde habere formam et generantur ex ea
mixta ex utroque horum supple vaporum scilicet vapore
magis calido et magis elevato quam nix sed
minus quam grando et in utroque duorum locorum nota
torum et in mixtus hic raritate nivis sed non mol-
liciem eo quod magis frigus viget super ea
mixtus extinis non tendit ad grandines eo
parato eum autem generatur aliquantulum ille va-
por ex gravitate subitus dilatatur et superius
magis attrahit de calido subtili et ideo ef-
ficitur acutum Deinde declarat dictum suum
per signum dicens Signum est quod licet in mediis
temporibus generatur in vere et in principio ve-
ris magis quam sub medium tempus yemis tamen
sole consistente in piscibus et in principio arietis
no nota primo circa literam quod granula de quibus

dicitur in litera sunt quedam impressiones que
generantur et cadunt in vere et sunt parv-
ula et alba que sunt densiores quam
nix et duriores quam grando
Secundo nota quod litera habet materia
illorum granulorum generatur ex communi
duriori quam sit vapor nivis et ex
tepidiori quam quam sit vapor gran-
dinis Tercio nota quod litera circa habet no
locus generationis illorum granulorum
que generantur in loco medio inter locum ge-
nerationis grandinis et locum genera-
tionis nivis et ratio est quia vapor
ille est durior et calidior quam va-
por nivis potest altius elevari
quam vapor nivis et minus calidus
quam vapor grandinis non potest tantum
elevari et sic manet in medio tamen
duorum locorum predictorum Quarto nota no
dicitur in litera quod granula sunt mixtus
habentia raritatem nivis et non
molliciem illius ratio est quia ex
quo vapor ille non est rarus sicut
vapor grandinis ergo frigus loci
non penetrat tantum eum et sic partes
in profundo apparent rare sicut nix
et non compacte sicut grando et quia
frigus loci magis viget super eum
quam nivem ergo cicius congelantur
et non sunt mollia sicut nix Quinto no
nota quod ille vapor licet superius partes
subtiliores ergo inferius dilatatur et
superius acuitur hic apparet quod in forma
peryramidali Sexto nota quod ille no
sit modus generandi illorum grani-
lorum scilicet quod generantur ex vapori calidi-
ori quam nix et minus calido quam
grando hic declarat per signum quod
tempus generationis illorum granulorum
est medium inter tempus generationis nivis
et grandinis hic apparet quod nix generatur

in hyeme et grando in fine veris illa non granula generantur in principio veris sicut in marcio et in aprili et dicit quod generacio eorum cessat sole consistente in fine piscium et in principio arietis sed in mediis climatibus scilicet in sexto et septimo climate et in parte octavi quod magis est remota a via solis quod frequencius generantur in aprili et in marcio. Septimo nota aristoteles in primo metheororum tractatu ~~quarto capitulo secundo~~ dicit quod tres impressiones generantur in loco frigoris non constringentis secundum diversitatem materie quia materia que est multa tunc generatur nix, quando autem materia est pauca et frigus forte tunc generantur [illegible] et hec sunt illa granula de quibus dicitur in littera quando autem materia est multa et frigus debile tunc generatur pluvia ut dicitur. Octavo nota ~~dicens~~ tu auctor ponit octo climata et tamen auctor de spera ponit nisi septem. Ubi dico quod forte temporibus auctoris spere ille partes que vocantur octavum clima non fuerunt habitabiles vel potest dici quod sapientes communiter inhabitabile ~~dicunt~~ dividunt in septem climata, octavum autem non est conveniens inhabitabile propter frigus. Secunda littera Vapor vero aqueus

Argumentum contra auctorem in posicione climatum

Vapor vero aqueus

de generacione pluvie

Hic est quinta pars principalis capituli et continuatur sic. Postquam Albertus determinavit de generacione grandinis minus granulorum ~~hic movet~~ determinat de generacione pluvie et dicit sic Vapor vero aqueus ut frequenter non est rarus subtilis et calidus sed pocius est humidus grossus et fumosus et ideo alte non ascendit ad regionem magni frigoris ~~sed manet~~ in inferiori regione cuius frigus sufficit conversioni sed non congelacioni nisi per accidens et ideo ex tali vapore

recedit aqua fluens. Subdit dico autem per accidens quia ex frigore accidentali consistente in aere ipse gutte pluvie antequam veniant ad terram congelantur et cadunt ut glacies. Nota primo circa litteram quod littera habet materiam pluvie que est vapor humidus et fumosus et non multum calidus. Tercio habet locus generacionis pluvie quia inferior regio que sicut regio ubi generatur nix. Secundo nota quod modus generacionis est ille quod vapor humidus est aliquid grossus et fumosus et non multum calidus ~~et ideo~~ non potest alte elevari et ideo elevatur in inferiorem regionem, ideo frigus sufficit solummodo conversioni vaporis in aquam sed non congelacioni et sic vapor conversus in aquam pluit. Tercio nota circa illam litteram dico autem, ibi auctor dicit quod aliquando per accidens contingit quod gutte pluviales congelantur quando transeunt per inferiorem regionem que aliquando est frigida et sic per accidens congelantur gutte pluvie et cadunt quasi grandines. Quarto nota diceret aliquis hic Albertus dicit quod ille vapor pluvialis non sit calidus et postea declarabit [illegible] quod est calidus quia habet virtutem constipativam veris ergo videtur sibi contradicere hic et ibi. Ubi dico quod non vult dicere quod non sit calidus sed vult quod non sit adeo calidus sicut vapor de quo generatur nix vel grando et ideo non elevatur ita alte et ideo locus generacionis pluvie est infra locum generacionis nivis. Quinto nota diceret aliquis quare auctor non dicit tempus generacionis pluvie sicut dixit in aliis. Dico quod pluvia potest generari in qualibet parte anni indifferenter et ideo non competit sibi tempus speciale. Secunda littera In estate vero

In estate vero cum est calor fortior

Hic est sexta pars principalis capituli et generatur sic. Postquam Albertus determinavit modum generacionis nivis grandinis et sic ostendit modum generacionis magnarum guttarum que aliquando cadunt in estate ~~et descendunt~~ in duas

partes quia primo facit hoc quod dictum est secundo declarat dictum suum per signum ... quod autem sit hec generatio primo dicit sic quod in estate non quia tunc calor fortior est quam in aliis temporibus anni ideo tunc impetuose elevat vaporem non bene conglutinatum qui simpliciter vapor divisus in partes grossas elevatur parum subdesursum sed partes frigide invente in aere ducuntur a calore elevante vaporem supra partem vaporis spissi et sunt ibi circa nube aqua et frigida et ideo frigus illud sic fugiens tangit partes grossi vaporis stantis in nube ibi et subito convertit eas et inde fiunt gutte magne cadentes in estate sine tonitruo et videtur per lumen solis transire vel circumdare pure et sunt calide et multum humectantes Nota quod gutte magne que quandoque cadunt in estate generantur sic quia ille vapor aquaticus grossus et fumosus aliquando in estate elevatur impetuose sursum et divisim ita quod partes sunt disiuncte et tunc quando venit ad regionem frigoris statim generatur in aquam et cadunt ille gutte magne Secundo nota quod colliguntur ille gutte magne habetur materia illarum guttarum quia est vapor valde grossus elevatus cum aliis vaporibus pluvialibus et causa habet locus generationis causa quia est alter locus generationis pluvie ... hoc quod impetuose a calore solis elevatus elevatur causa habet causa efficiens quia frigus loci convertens Tertio nota dicit aliquis ... quia ille vapor elevatur cum alio vapore pluviali quare ergo citius convertitur quam ille dico quod ille vapor est grossior et ergo citius convertitur in aquam Quarto nota dicit in littera quod ille gutte transeuntes per radios solares apparet quasi quedam stella vel candele illius ratio est quia cum ille vapor sit grossus aqua generata est grossa et ergo sit inde fortior reflexio radiorum solarium quam ab aliis pluvialibus guttis et ergo sit ibi luminositas et sic apparet quasi candele Quinto nota dicit quod iste gutte cadunt sine vento et ratio quia citius convertitur quam vapor ventus appellatur et sic bene sequitur eas ventus

sed non precedit Sexto nota dicit quod ille gutte sunt calide et multum humectates illius ratio est quia ille vapor fuit grossus ergo bene retinuit calorem in passo et quia gutte sunt magne et multum aquatice ergo multum humectant quia magna pars aque plus humectat quam parva Secunda littera hec sit

Hec sit generatio pluvie

Hic Albertus declarat illam generationem illarum guttarum per signa et dicit sic Dicit hec sit generatio pluvie et guttarum magnarum signum est quod in aquis pluvialibus eo quod rapiendo vaporatum vel vaporantem non abeat in motum et ideo manet in eis vis constipativa ventris aqua enim pluvialis constipat ventrem et valet dissentericis id est patientibus fluxum ventris Nota primo contra quam dictum est quod pluvia generatur ex vapore humido grosso in superiori parte medie regionis aeris et sunt gutte magne ideo ubi est frigus generans sed non congelans quod hoc sic verum declarat per signum quod patet hoc quod pluvia et ille gutte non congelantur quia non omnino evaporavit calidum in passo a sole quia per congelationem plus compellitur calor quam per conversionem aqua pluvialis et aqua illarum magnarum guttarum habet virtutem constipativam ventris et ergo valet patientibus fluxum ventris Secundo nota quod aqua pluvialis vel aqua illarum magnarum guttarum constipat ventrem illius ratio potest esse duplex prima quia illa ... calore evaporato et ille impedit digestionem et sic restringit fluxus Alia potest esse causa quia illa aqua est grossa et non bene digestibilis et ergo

attendit digestionem et constringitur fluxus
no Tertio nota dicet aliquis quae est
causa quod illud calidum evaporatum
impedit digestionem dico quod tale ca-
lidum est calidum solis cuius proprium est
aperire poros et sic aperit poros et
exit calor naturalis et debilitatur di-
gestio propter hoc quia calor naturalis non
potest super calore solis. Quarto nota
no dissenteria curatur fluxus ventris
unde dissentericus qui patitur flu-
xum talem et illi vult bibere aquam plu-
vialem propter dictas causas. Quinto
nota nota quod propter eandem causam aqua
pluvialis plus valet segetibus et
aliis crescentibus quam aqua alia
quia ab adhuc habet calorem quem non
habet alia aqua. Sequitur littera Consequenter vide-

Consequenter videtur

Hic est septima pars principalis capituli
et continuatur sic quia prius albertus ostendit
modum generationis grandinis nivis et
hic ostendit modum generandi roris et
dividitur quia primo facit hoc secundo ponit
quo vapor roris congelatur secundo ibi Fit
enim conversio ~~primo dicit fit~~ Conseque-
no nter videtur etc. Nota primo circa litteram quod
quod ros habet similitudinem cum pluvia hoc
patet quia congelatur in aquam et non conge-
latur sicut etiam pluvia. Sed tamen dif-
fert a pluvia quia non generatur in eodem
loco etiam non ex eodem vapore et non
ex eadem causa etiam dicit quod
pruina habet similitudinem cum nive quia
etiam congelatur in glaciem in superficiem
sicut nix et tamen differt a nive in loco
generationis et in materia. Secundo nota
no quod habet causam materialem roris
quia est vapor grossus magis quam
vapor pluviae et minus calidus. Ter-
no tio nota quod habet locum generationis
roris et est in infima regione aeris quia

ros generatur prope terram aliquando ad spissitudinem unius
cubiti aliquando unius palmi aliquando ad latitudinem
unius tibie et ratio est quia vapor iste non est
multum calidus et etiam habet multum vaporis terrestris
admixtum et ideo non potest alte nimium elevari.
Quarto nota quod etiam habet tempus generationis no
roris quia generatur in tempore temperato ~~scilicet in vere et in~~
~~autumpno~~ non in tempore magni caumatis et caloris
nec in tempore magni frigoris sed in tempore temperato scilicet in
vere et in autumpno. Et ratio est quia tempore magni
frigoris constringitur terra et non exalant va-
pores. Sed tempore magni caumatis consumitur
a calore solis qui est tunc fortis prope terram.
Nota aristoteles dicit in primo metheororum no
tractatu quarto capitulo secundo quod ros fit a va-
pore qui facilis generabilis in aqua et hoc probat
ex tempore generationis quia generatur in tempore ~~generato~~
temperato et ideo vapor non est multum calidus et ideo
cito convertibilis. Sequitur littera Fit enim conversio

Fit enim conversio duplex

Hic albertus ostendit quae sit causa effectiva
roris scilicet quid generat ~~primum~~ in aquam et dicit
sic Fit enim conversio etc. Nota primo circa litteram no
duplex est causa efficiens convertens vapo-
rem roris una est per se alia est per accidens.
Causa per se est frigiditas aeris de nocte
quia de nocte quando sol recessit ab hemispe-
rio tunc aer infrigidatur et illa frigidi-
tas aeris sufficit convertere vaporem in a-
quam et ratio est quia ille vapor habet modi-
cum calorem et ideo cito convertitur a debili fri-
gore. Secundo nota quod de die sol cito con- nota
sumit rorem et citius quam aliam aquam et
illius ratio est quia vapor suus generabatur
fuit parva hora et ideo cito consumebatur.
Tertio nota quod calor solis multum attrahit no
rorem sicut expertus est quod si sumatur testa
ovi et impleatur aqua roris et ponatur ad
solem iuxta unam hastam et per attractionem solis
illa testa ascendit iuxta illam hastam.
Quarto nota alia est causa conversionis

roris per accidens et illa est resolutio multi vaporis
in se et ad aquam inflectens. Unde cum vapor fuit
multus et fuit inflectens ad aliquam superficiem ex
illo frigiditas vaporis fortificatur et sic per acci-
dens convertitur in aquam. Quinto nota auctor de-
clarat illam generationem roris per accidens per aliquod
signum quod ponitur in littera. Primum est quod in olla
bulliente et cooperta propter percussionem fumi resoluti
ab illa aqua ad illud coopertorium generatur aqua ex
sua inflexione sicut in rore aqua. Unde patet ad
experientiam quod illa coopertoria sunt intus humida.
Aliud signum est in instrumentis illis cum quibus
fit aqua rosacea ubi propter inflexionem vaporis re-
solutorum a rosis ad illud coopertorium compositi
causa generatur aqua rosacea. Aliud signum est
quod aliquando cenamus de vespere in crepusculo in
granariis accidit quod mensa inferius est humida propter
inflexionem vaporis roris qui ibi convenerant
rore et inflexione mense convertitur per accidens ille
vapor et generatur ros et sic patet modus generandi
roris quia fit in tempore tranquillo ex vapore grosso
non multum calido per generationem frigoris aeris
prope terram vel propter percussionem alicuius densi prope
terram ad modicam distantiam. Sequitur pruina autem

Pruina autem est vapor

Hec est octava pars principalis capituli in qua
albertus ostendit generationem pruine ~~et dividitur~~
quam ~~pro facere~~ hec secundo regreditur ad ostendendum
unam aliam generationem roris specialiter dictam
secunda ibi fit autem quidem generatio roris // pruina
ad hunc ~~in tribus primo~~ ostendit generationem pruine
secundo declarat dictum suum per signum / tertio dicit
causam cuiusdam accidentis pruine // secunda pars ibi
Vel autem cum sit / tertia ibi diversi autem
Primo dicit sic et patet in littera. Nota primo circa litteram
no̅ quod pruina habet causam materialem pruine quia est vapor
eiusdem nature cum vapore roris qualis autem
autem sit ille vapor dictum est. Item pruina
habet causam efficientem pruine quia frigus constans
iuxta terram quod generat illud illum vaporem et conge-
lat ipsum et ponit autem sicut alias tempore generationis

eius quia yemalis in principio hyemis no̅
quia tunc aer circa terram est frigidus. Secundo
nota quod potest sic modus generandi
pruine fit quod quando ille vapor humidus
grossus resolvitur circa non potest alte
elevare quia modicum caloris habet
et ergo manet circa terram et tunc frigus
constans terram generat et congelat ipsum
et sic tunc generatur pruina. Tertio nota no̅
circa illam litteram quia non frigus magis
est. Ubi vult dicere quod in corporibus densis
sicut circa lapides et in hiis est forte
~~lapis~~ frigus propter densitatem materie
quia retinet frigus suum impressionem accep-
tam et ergo frigus egrediens ab
illis corporibus duris fortiter congelat
vaporem circumstantem se et sic ut semper
circa talia corpora dura magis est
pruina quam alia. Quarto nota circa no̅
illam litteram Vel autem sit cum ibi
declaravit dictum suum per signum et
vult quod hec est verum simpliciter quod pruina generatur
hec patet in hyeme quia tunc spi-
ramen expiratum ab ore animalium
~~hoc est~~ humidum quod emittitur ex ore
super vestes vel super pilos statim frigus
circumstans congelat ipsum et sic circumstat
vestes et pilos sicut pruina ut patet
de illis qui ambulant in hyeme. Ergo
circa consilimo ille vapor humidus
constringitur a frigore circumstante terram
et generatur pruina. Quinto nota quod spiritus nota
ramine hominis et aliorum animalium fit
grossus et humidus in hyeme quam
in estate hoc patet quia in hyeme potest
hoc spiramine videri et non in estate
et hoc est propter grossiciem / sed causa quare
est humidus quia est de natura flegmatis
quod magis humidum in hyeme propter
conformitatem temporis. Sexto nota nota

tra illam literam diuersi autem Albi
dicit aliquis quare est hoc quod pruina
est rigidior quam nix illius causam
reddit quia in niue ut prius dictum est
est calor successiue conpulsus et agit
et in conpascendo resoluit aereum vapo-
ris congelati et sic apparet liquida
In pruina autem quia frigus circumstans terram
et corpora densa est valde intensum et
ideo conpellit totum calorem ab illo va-
pore et sic manet ibi quod mollefiat
sed pruina manet rigida et eadem est
causa quare pruina est frigidior niue
quia totus calor est conpulsus Sexto
no nota aristoteles dicit in primo metheo-
rum quod pruina et ros non generantur nisi
in tempore tranquillo quia si esset venti non
generarentur et racio est quia venti disper-
geret vaporem et non permitteret con-
gelari et eciam quia illi vapores
ventorum sunt calidi Sequitur litera Fit autem

Fit autem quedam roris

Hic Albertus ingreditur ad ostendendum
alium modum generacionis roris et diui-
ditur ~~quia primo~~ facit hic ~~secundo~~ ostendit
quid ex illo vapore pronosticatur de
accidentibus futuris ~~secundo~~ ibi Et pronosti-
catur hijs duo accidencia Primo dicit
sic Fit autem quidam roris generacio
plus a pastoribus quam a phisicis inventa
cuius defectum ego edoctus conpasto-
ribus frequenter obseruaui et diligenter
Videlicet est autem vapor ille multum
spissus id est fumus olei uel aceti
uel alterius adipis id est pinguedinis
et ille vapor est generatus ex conmixcione
duorum elementorum ~~terre~~ et aque aeris
et calidum ignis est in eo vigens id est
calidum solis et ideo efficitur ex eo quedam
humiditas unctuosa valde dulcis
ad modum mellis et quando cadit super

talis dulcis unctuositas super super vegetabi-
lia et super super plantas et herbas primo efficitur
talis planta uel herba quasi perunctum melli
uel perfusa postea autem euaporato humido
subtili aereo remanet grossus terrestre
et quia bene permotum et digestum erit et videtur
quasi fuma molendini sparsa super folia ar-
borum olerum et herbarum conspicatur quoque
intrat illa folia et contrahit et sic inducit
subtilitate plantis quoque eciam euaporante
calido ex se ipso ad superficie contrahit seu
humiditatem et confrigore aeris generatur
pellicula ex totius circa talem folium et ideo
aer inclusus super in tali pellicula ge-
neratur ad speciem sensibilem id est ex eo
generantur species animalium sicut vermes et parue
musce Nota primo circa literam quod ad hoc est no
alia generacio roris a priori et dicit Albertus
quod illam plus obseruauerunt pastores quam
phisici quia forte ~~aristoteles~~ autem de illa
dixit et dicit se ex informacione pastorum ob-
seruasse et conpertum fuisse illum rorem Secundo no
nota ponit tunc causam materialem illius
roris et dicit quod est quedam mixtum ex aere
aqua et terra et quando hic conuenit fit quedam hu-
miditas unctuosa que est valde dulcis
propter hoc quod calidum solis bene digessit illud
humidum ~~et ideo~~ quando spargitur supra folia plan-
tarum et herbarum faciunt quasi sint mel-
le perunctum ~~et ideo~~ vocatur ros mellicus
Tercio nota quod ille ros sepe cadere solet no
in estate post pluuiam quia fit ex humido
pluuiali permoto Quarto nota quod po- no
stea quando per calidum solis humidum illius roris
consumatur tunc remanet siccum terrestre et
quia humidum fuit bene digestum ideo residuum
apparet quasi fuma molendini sparsa
super folia herbarum et olerum et ideo rustici so-
lent nominare illum rorem rore fume ~~meltaw~~
Quinto nota quod illud siccum ibi no

imaneus qd contrahit folia et attrahit hu
hiditatem aplatis et sic plate fiunt steriles
no Secundo nota qd illud sicud sic contrahit hu-
miditatem aer cristtanus generat in superficie
foliorum quandam pelliculam et tunc aer inclu-
sus in illa pellicula petit et ortum movetur
hinc et inde et sic putrefactione solis corruptio-
hinc fiatque generatur ibi spiritus vivus et sic generantur
in illa pellicula quedam animalia pure musce et
alie et hoc apparet quoniam in arboribus Tercio
no nota dubitatio de hoc quod dicit quod ille vapor
generatur ex commixto vapore ex tribus elementis
aqua et terra et aere et sic videtur sibi contradicere
quia prius dixit quod aer non esset vaporabilis
quia quando rarefieret fiet ignis et quando condensa-
retur fiet aqua vel terra hic autem dicit quod
ille vapor resolvitur ab aere ergo videtur sibi
contradicere Ibi dico quod prius dixit quod aer se
solo et seorsum sumptus non est vaporabilis hic autem
dicit quod coniunctus tribus scilicet aqua aere et terra
resolvitur vapor mixtus et hoc bene stat scilicet cum
predicto Sequitur littera et pronosticatur

Et pronosticatur in hoc tecte

Hic Albertus ostendit causam cuiusdam accide-
tis quod rustici pronosticantur ex generatione illius va-
poris ~~et dividitur~~ quia ~~primo~~ facit hoc ~~secundo~~ ita
petulat et ponit unum accidens quod oritur
in passionibus generatis ex vapore humido et sicco
~~secundo~~ ibi in utrisque ad hoc ~~dividitur~~ in duo secundum
quod assignat duas causas illius accidentis
~~secundo~~ ibi Alia causa primo ponit duo acci-
dentia secundo reddit causam ibi et huius causa
Primo dicit sic et pronosticatur in hoc supple ex re
duo accidentia ut frequenter et quoque tempus quod
duo primorum supple accidentium unum est morbus
ovium et pecorum sed precipue ovium Subdit
causam dicens et huius causa duplex assignatur quarum
una est quod ex dulcedine tunc comedunt inde
quod fel earum ex multa colera augmentatur ita quod
frangitur et per intestina diffunditur ex multitudine
et acumine sui scindit ea et prosequens innata
moriuntur Subdit secundam causam Alia causa
est quia oves inde sumendo dulce re-
plentur corpus et multum nutrimentum at-
tractum ab ipso corpore tunc non potest ul-
timo digeri sed supple mittitur ad ali-
a membra propter repletionem venarum
corporis et ibidem manens supple
nutrimentum coagulatur et ebulit et illam
ebulitionem sequitur putrefactio et prin-
cipium corruptionis ex quo sequitur transfor-
matio id est nova generatio vel
putrescit in epate et generatur inde
~~sanguinis sanguis et~~ et replet totum corpus
et subdit et utriusque ovibus corruptionis
et tunc epylogat et dicit quod hec dicta
sufficiunt de vapore humido generato
no in sublimi Nota primo circa litteram quod
quod generatur talis ros de quo dictum
est supra ex hoc rustici pronosticantur
aliqua accidentia quorum unum est
no morbus pecorum et maxime ovium Secundo
nota quod causa illius quod oves mo-
riuntur ex isto rore est ut dictum est
quia prius gramina et herbe infecte illo
rore sunt multum dulces ~~et quod~~ oves
et alia pecora multum delectantur
comedere herbas illo rore perfusas
et tunc comedunt quod humor colericus
fellis nimis augmentatur quia secundum
medicos ex dulce augmentatur hu-
mor colericus ~~et quod~~ ex tali dulce
tunc augmentatur humor fellis quod vel-
licula gemens istum humorem rumpitur
et sic fel diffunditur per totum corpus
et per omnia intestina et quia fel acutum
et mordax et corrosivum corrodit in-
testina valde et ex illa corrosione
intestinorum moriuntur animalia Tercio nota
nota circa illam litteram Alia causa
Ibi reddit aliam causam eiusdem et
est illa quod propter dulcedinem herbarum
et graminum illo rore perfusorum oves
tunc sumunt de alimento quod corpus
non potest digerere et tunc propter nimia

complexionem nutrit partes nutrimenti indige-
sti ad alias partes corporis et alias venas
et reliquum manet indigestum in epate
et hoc ebulit et putrescit et generantur
inde vermes illi qui dicuntur sanguisuge
et ibi consumit epar naturalis et sanguinem
et sic animal moritur et dicit albertus quod
ipse vidit utriusque actibus sub(?) cla-
nota ro nota ipse dicit quod tamen prognosticat
accidentia inde et dicit tunc solum cum
serum unius quod sit quo aliud duo dico
quod secundum est subtilitas herbarum et planta-
rum et illius causa est quia siccum re-
lictum corrore consumpto attrahit cum
humiditate in herbis et plantis et sic
fiunt steriles Tertium autem accidens
est pestilentia hominum et illa est propter
consilem causam sicut in omnibus quia ho-
mines nimis comedunt de herbis et
fructibus isto rore confusis et sic acci-
dit eis sicut omnibus Quarto nota e-
pilogat tunc et dicit quod nunc dicta
sufficiant de impressionibus genitis ex
vapore id est humido in sublimi Sed

Universaliter autem perhabitis

hic Albertus declarat unum accidens
quod accidit tam genitis ex vapore
sicco quam illis que generantur ex vapore
humido ~~et dividit~~ quia primo facit hoc
~~secundo~~ declarat dictum suum per signum
~~secunda~~ ibi et huius signum est prima ad
hunc ~~dividitur~~ in duo secundum quod assignat
duas causas illius accidentis ~~secunda~~
ibi natura tamen prime ~~prima dicit sic~~
Universaliter autem perhabitis se generatis
ex vapore humido et generatis ex vapore
sicco inflammabili et est unum accidens
quod non est preveniendo silentio id est
quod non debet subire sed quod ~~quamque est tem-~~
~~pestuose~~ quod est subito tempestuose
descendunt supple impressiones ille et
quamque suaviter et morose cadunt et huius

~~dupex~~ est causa frigus compellens contrarium sibi
et una sicut accipit in consubascendente et in stella
cadente et in dracone volante primum movetur
ad latus non directe in finis quia ille vapor non
est equaliter levis et gravis et ideo est in tantum se
per motum nubium et inflammatur concofrictione
supple vaporis ad nubem quod ~~aliud~~ unum latus
pellit frigus obvians et calidum consilie id est
calida nubes attrahit eum ad alterum latus
consub autem descendens cadit compulsum contrarii
quod supple contrarium inclinat se ad unam plagam
mundi et dicit maimonij quod ventus sub illis
sufflat ad secundam partem supple impressionem illam
et subdit albertus puto verum esse Subdit
allegando secundam causam dicens Alia causa est
fortissima impulsio conduplici impellente quorum
unum est frigus loci ut dictum est Subdit
declarando dictum suum per signum dicens ~~et huius~~
signum est quod funditur ignis in aquam circa ibi
sit impulsio et compulsio eius ab alto subita
et impetuosa Aliud supple impellens est va-
por siccus compellens humidum et converso et huius
supple signum est quod impetuosa in fluenta est
vento procedere et volvere et impulsare supple
aerem ~~et tunc epylogat~~ dicens ~~hec dicta~~
sufficiant de generatis in alto ex vapore sicco
inflammato vel de vapore humido non inflammato
Nota circa litteram dicit albertus quod accidens nota
est quod tamen impressionibus que generantur ex vapore sic-
co inflammabili quam illis que generantur ex va-
pore humido inflammabili et hoc non est pretendum
sub silentio et hoc accidens est quod aliqui ille impres-
siones descendunt valde tempestuose aliqui
autem descendunt suaviter et morose sicut videmus
de stella cadente ~~vel~~ de consubascendente quod ali-
qui valde velociter descendunt et aliqui valde
morose sicut de dracone volante videmus quod
aliqui volat velociter et aliqui successive et
morose que sit causa illius Secundo nota quod illius no
velocitatis albertus assignat ~~duplicem~~ causam
quarum una frigus compellens vaporem quia
ut prius dictum est Vapor unde generatur draco

~~volans non e equaliter gravis et levis et subtilis~~ in oibz ptibz ~~et ge~~ ptes graviores sunt in fine et leviores supius ge in tnat. in medio etiam ut prius dictum e i tnat. ppt intactum nubis calide et oppulsionem nubis frigide intequas icludit et ge oprosictaoe pcum intedit et q tunc fortiter oppellitur a nube frigida et fortiter a nube calida ge velociter volat et hec e causa una

no Tercio nota q stella cadens seu a sub ascendens oppellitur a frigore sibi obviante qm ascendit vapor si ge illud frigus e forte fortiter oppellit ipm et sic velociter descendit Si aute non e forte tunc ipellit eum successive et sic morose descendit Quarto nota

nõ q illa stella cadens vel a sub descendens s movetur ad una plagam mundi puta deorsum ~~et ge~~ dicunt navigantes i mari qm movetur ad aliquam plagam mundi q ab inde fiunt venti flatus unde venit q ventus prellit

nõ Quinto nota cum illa litteram Alia e causa Ibi assignat aliam causam et dicit q illius impetus due sunt cause quarum una e frigus locum impellens sicut iam dictum est q aute frigus oppellat calidum et econverso hoc patet q si generat ignis ad aquam ibi fit subita oppulsio unius ab alio sed ad impellens e vapor humidus qui oppellit siccum et econverso siccum humidum q aute vapor humidus oppellat siccum illius signum est q qm pluvia cadat impetuosa et tunc precedit ob ~~et siccus raro~~ est quia vapor sed generatur pluvia e humidus ~~et vapor sed~~ generatur ventus e siccus ~~et ge~~ q vapor humidus oppellit siccum precedit ventus et sic patet causa illius accidentis Sexto nota q qm illa impellentia sunt fortia tunc impulsum velociter et impetuose movetur qm aute non sunt fortia tunc descendit successive Septimo nota

nõ tunc epylogat circa finem illorum duorum capitulorum et dicit q hec dicta de generatione impressionum q generantur ex vapore sicco i flamabili et etiam de illis q generantur ex vapore humido sufficiant Sequitur capitulum quintum de ventis

Capitulum de ventis

Nunc omnis ventus

Hoc e capitulum quintum illius tractatus ~~determinat~~ sic quibus albertus determinavit de impressionibus generatis ex vapore sicco et inflamabili et de generatis ex vapore humido hic determinat de impressionibus generatis ex vapore sicco terrestri et non inflamabili sicut sunt venti et dividitur i duas ptes principales in prima parte determinat de ventis in generali ~~secundo~~ determinat de ventis in speciali ~~secundo~~ ibi hys visis ponamus venti prima adhuc in duo q primo ostendit generationem ventorum secundo ostendit causam quorundam accidentium circa ventos ibi sic i determinata prima ~~dividitur~~ in tres primo ostendit causam materialem ventorum ~~secundo~~ ostendit causam efficientem ~~tertio~~ ostendit locum generationis ~~secundo~~ ibi deficientes autem ~~tertio~~ ibi locus aute generationis primo dicit sic ~~dicendum est de ventis et~~ causam materialem ventorum efficientem et locum generationis eorum Subdit ostendendo causam materialem dicens ventus i fit ex vapore sicco terrestri materialiter Subdit causam efficientem dicens Efficientes aute calore solis hoc vapore super ventum et non solum hoc consumit Subdit declarationis hoc per signum dicens huius signum est q venti fortes precipue sunt in autumpno sole consistente circa equinoctium autumpnale et q sol comburendo consumit elementa et ideo vapor e elevatus et magis e siccus et tenuis et ideo i autumpno dicitur complexione tunc frigida et sicca ~~et tunc subdit~~ declarando locum generationis dicens Locus aute generationis e circa mediam regionem q super mediam regio e

frigoris illuc ascendit vapor terreus
et eum sic primum gravius et frigidus
simpliciter ille vapor obviat ei frigus
loci et inspissat et gravat ipsum et facit
descendere aliquantulum ~~calor~~ autem solis
qui est in ipso non est similiter separabilis
ab ipso quia simpliciter calor solis magis
confortatur in sicco terrestri quam simpliciter
in vapore humido et ideo iterum reelevat
ipsum et adeo fit involuta impulsio
aeris que ventus vocatur. Nota primo
no circa litteram quod causa materialis ipsorum
ventorum est vapor terrestris grossus
et ille vapor propter grossiciem non est
inflammabilis sicut vapor terrestris sub-
no tilis. Secundo nota circa illam litteram efficiens
dicit ibi quod causa efficiens venti potest
esse duplex. Una disponens et hec est
calor solis qui elevat istum ~~et~~ vapo-
rem sed tamen non consumit ipsum sed causa
principalis ipsius venti est frigus. No-
no tertio circa illam litteram ~~sed frigus~~ Ibi Al-
bertus declarat hec per signum quod vapor
ventorum sit elevatus a sole et non con-
sumptus ab ipso quia experimentum quod ~~in aut~~
~~tumpno~~ sepe fiunt fortes venti quando
sol est circa equinoctium autumpnale ~~ratio~~
illius est quia tunc sol combussit elementa
et attrahit vapores illos siccos et
tunc propter debilitatem ipsius non sufficit
eos consumere et sic generantur venti. Nota
no quarto circa illam litteram propter locus ge-
nerationis Ibi dicit quis sit locus
ipsorum generationis ventorum est infima pars
medie regionis aeris quia frigus ibi
existens sufficit expellere istum va-
no porem. Quinto nota ex isto dicto
potest colligi modus generationis ventorum
quia quando vapor ille grossus terrestris
elevatur donec ad infimam partem medie
regionis aeris et tunc frigus ibi ex-
istens ingrossat eum et pellit eum de-
orsum et quia ille vapor est desubtus qui
est materie terrestris ergo faciliter retinet

calorem sibi a sole impressum et calor iste iterum eo
elevat eum et tunc frigus obvians iterato re-
primit eum et iterum calor relevat eum et sic conti-
nue generatur involuta impulsio aeris que vocatur
ventus. Sexto nota dubitatur utrum ventus no
generetur ex vapore terrestri et videtur quod non
quia si sic tunc videtur quod ventus deberet esse
grossior quam ille vapor. Sed ~~hec consequens est~~
falsum ut patet ad experientiam ~~probat~~ tamen consequentia
quia est coperterior quam ille vapor. Oppositum dicit
Albertus in littera. Ibi dico quod de sui natura ventus
deberet esse grossus ~~et hec probat~~ sed motus ad
ductum sed tamen valet in clausus ~~nota circa hec quod~~
~~dicit quod locus generationis ventorum~~ rarefacit
eum et subtiliat et sic sed est subtilior. Septimo no
nota circa hec quod dicit quod locus generationis ventorum
sit in fine partis medie regionis aeris et videtur
quod non quia Aristoteles dicit ~~in fine~~ metheororum in
principio tractatus secundi ubi sic loquitur de ve-
tis quod velit determinare de illis que generantur circa
terram sicut sunt ventus et terre motus ergo etiam
videtur innuere Aristoteles quod ventus generetur
circa terram et non in infima parte medie regionis
aeris. Ibi dico quod generatio venti est in loco predicto
licet status eius est hic circa terram. Octavo no
nota quare hec quod dicit quod autumpno datur com-
plexio melancolica quia totus est quadripartitus
in quatuor partes et quelibet quarta habet complexionem
correspondentem ~~humori~~ humori in corpore animalis
quia ver est calidum et humidum sicut est sanguis
Sed estas est calida et sicca sicut est cole-
ra. Autumpnus autem frigidus et siccus sicut est
melancolia. Yemps vero est frigidus et humidus
sicut est flegma. Sequitur Sic igitur determinata

Sic igitur determinata causa

Hic Albertus determinat causas quorundam acciden-
tium circa ventos et dividitur in quinque partes secundum
quod quinque sunt accidentia. In prima parte ostendit cau-
sam quare ventos sequuntur a lateribus et
non de sursum. In secunda parte ostendit causas
quare flat discontinue. In tertia parte ostendit
causam tortuositatis ipsius venti. In quarta parte
parte ostendit cessationem ipsorum ventorum. In quinta

parte dicit causam quare ventus non cadit directe
super nos sicut pluvia vel nix secundum quod ibi causa
autem terrea ibi huius causis, quia ibi gelu, quia
ibi gelu cetera liquet primo dicit sic Igitur
declarata causa materiali et efficienti et loco in
quo venti in quo optime magis ad speram id est
ad spericam naturae ut sciatur quare ventus super-
venit a lateribus nubis et non descendit in pectu
flata sive de sublimi de sursum quemadmodum
pluvia. Et ut reddit causam dicens Dico ergo quod
locus generationis venti secundum quod flare incipit est
in extremis terrae et non super terram directe
Causa autem huius est quod inflexio radiorum in extre-
mis est debilis et in medio fortis et hoc est propter
angulum incidentiae qui est in extremis ob-
tusus valde sed in medio terrae valde erectus
vel acutus vel rectus cum igitur causa efficiens sit
calor debilis et evocans tunc est conformiter venti
in extremis terrae inter habitationes et non directe
super terram. Nota primo circa litteram quod in predicti
no littera albertus ostendit causam efficientem et materia-
lem loci generationis ventorum in quo hic modo
videtur naturae ad magis specialia et videtur reddere
causam quorundam accidentium circa ventos et est
unum accidens quod ventus flat a latere a borre-
a vel ab occidente vel ab alia plaga mundi et non
directe flat a sursum sicut pluvia quod sit cau-
sa illius videtur dicere. Secundo nota circa litteram
no illa Dico ergo ubi reddit causam et dicit quod causa
est quia ventus generatur in extremis terrae inter
habitationes et ergo ab illis extremitatibus
et ab illis lateribus flat. Tertio nota dicet
no aliquis quae est causa quod magis generatur in extre-
mitatibus terrae quam directe super terram respon-
det et dat causam causa autem dicens quod causa
est quod calor solis est debilior quam directe super
terram et quia calor elevans materiam ventorum est de-
bilis quia evocat solum et non consumit et ergo ille
calor generat ventos. Quarto nota dicit aliquis
no quare est hoc quod in extremitatibus terrae inter habi-
tationes calor solis est debilior quam in medio
ad hoc respondet Albertus quod est propter hoc quia calor
solis generatur a stellis in fioribus per inflexionem radiorum

contra ubi est debilis inflexio ibi est debilis
calor et ubi fortis inflexio ibi fortis
calor. Quinto nota dicet aliquis quare no
est hoc quod in extremis terrae est debilis re-
flexio magis quam in medio respondetur
quod hoc est propter hoc angulum incidentiae Vnde
angulus incidentiae vocatur ille angulus
quem constituit aliqua linea incidens contingens
radium cum circumferentia radii cum autem
terra sit figurae sphericae et radius solaris
imaginetur tamquam linea ille angulus
quem facit radius solis incidens oblique
ad circumferentiam terrae pro in proposito vocatur
angulus contingentiae et ille idem angulus
vocatur angulus incidentiae quia fit a radiis
incidentibus circumferentiam terrae quando ergo radius
oblique incidit tunc ille angulus fit
acutus et radius modicum frangitur in terra
et sic radius generat debilem calorem
et sic est in extremis terrae quando autem
incidit directus tunc ille amplior
fit angulus et sic radius fortior fran-
gitur et per consequens fortior calor genera-
tur et sic est in medio terrae. Sexto nota quod
ventus non semper generatur in extremis
terrae sed in extremis inter habitationes
terrae et adest dicendum quod generatur in extremis
terrae quia apud vulgares quod extremum
terrae inter habitationes fit extremum sim-
pliciter licet non sit vere. Septimo nota
quod de hoc dubitatur quod dicitur quod ventus
generatur in extremis terrae quia prius dicitur
quod generatur in inferiori parte mediae regionis
aeris. Dico quod non sic est intelligendum
quod generatur supra terram in extremis terrae
sed generatur in infima parte mediae regionis
aeris quae est circa extremitates terrae
secundum litteram Causa autem quare flat

Causa autem quare flat

Hic Albertus reddit causam secundum accidens
circa ventos et dicit sic Causa autem
quia flat ventus desquamme unum flatum
et cessat ad horam et iterum flat est

debilitas caloris solis qui est in isto vapore
et frigus loci est etiam causa istius natura
enim vaporis est talis quod superior pars de-
primit inferiorem partem vaporis valde
vehementer et quia ille vapor sit latus
ratione quod est inspissatus a frigore minus
augmentat aerem et dat flatum continue
donec descendat confusio superioris extremi-
tatis sufficienter terre deinde insurgit
calor ~~superiorem~~ circa terram ardoris so-
no lis ¶ Nota primo circa litteram quaeritur aliquis
quae sit causa quod ventus flat discontinue
sic quod nunc facit unum flatum et manet
ad horam facit alium flatum iterum ¶ Secundo
no nota quod causa illius accidentis est
quod vapor venti elevatur ad locum fri-
gidationis tunc frigus ibi existens in-
spissat et impellit partes superiores de-
orsum usque ad terram et sic fit unus flatus
~~deinde~~ calor solis existens circa terram
elevat eum econverso et multiplicat sibi plus
de materia et calefacit ibi et rarefacit
et sic pellitur sursum et hic est secundus flatus
et tunc iterum per horam ibi inspissatur et iterum
depellitur et iterum calefacit et pellitur
sursum et sic continue et propter hoc flat
no discontinue ¶ Tertio nota circa illam litteram
Oportet nos quaerere Vult dicere quod vapor terrestris
non potest equaliter elevari in omnibus partibus
quia in eo sunt virtutes contrarie scilicet cali-
ditas solis et frigiditas terre et ideo pars
calidior ulterius elevatur et pars frigidior
inferius manet et sic elevatur conversus
ad locum generationis et terram sicut pellitur
et latitudo illius est versus ad nos et
ideo venit nobis ventus a latere ut
no dictum est ¶ Quarto nota aristoteles
in secundo metheororum solvit hic quod hic mo-
vet talem distinctionem quod vapor venti potest
~~dupliciter~~ considerari ~~a motu~~ quo ad ma-
teriam id est quantum terrestris et sic sit
descendit et quia motus descensus est

ascensus non potest esse ~~quia~~ flat discontinue Se.
hys visis facilius est

Hys visis facilius est videre

¶ Hic albertus declarat causam ~~cuius~~ accidentis
et dividitur quia primo facit hoc secundo ~~infert~~ causam
ventorum sonorum secundum ibi et est causa primo dicit
sic ¶ Hys visis facile est omnino videre quare
unus flatus venti fortior est alio et quare corus est
fortior quia cum superior extremitas est inspissata
a frigore loci descendit et inspissat aerem fortius
impellit quam ceteri et ideo fortior est flatus
descensionis quam ascensionis ¶ Autem propter ista ascen-
sionem et descensionem vaporis venit ipse motum
tortuosum terrestris vaporis et etiam venit impetu va-
pore ipse magis firmum propter sui terrestreitatem
et vapore aqueo magis ipse dicitur vocari ipso
vice vaporem ¶ Subdit hic autem non est fac-
le quod aer est elementum obediens impulsioni et fortiter
cuius motus fit ad omnem partem propter naturam sui id est
ad omnem differentiam positionis et signum ~~huius est~~
projectio sagittarum in aqua levi impulsa violente
fortissime impellitur aqua et inundat et propter hoc
impellit quousque cessat vis violente ~~sagittam~~
primum est pellentis adeo forte dat sibi motum
non est mirandum si fumus latissimus dat flatum huiusmodi
fortem et fortem motum aeri ¶ Tunc infert causam
soni dicens hec etiam est causa soni venti quod fit
ad motum undarum constringentium ~~sisi~~ quia ille quando
complicatur quod una inundatio aeris succedit alia
et effundit se super eam ¶ Nota primo circa litteram no
tortuositas venti venit generatur ex duobus flatibus
quorum unus ascendit et alter descendit et quia illi
obviant sibi quod descendens deprimit ascendentem
et descendens resistit ascendenti et sic fit tortuosus
motus ventorum et inclinatio ¶ Secundo nota quaeritur de eo no
quae est causa tortuositatis ventorum adhuc respondet
albertus in littera quod causa illius est quia superior
pars illius vaporis inspissatur a frigore tunc de-
scendit et deprimit inferiorem que adhuc est calida
et inferior que adhuc est calida et calefacta propter calorem
appetit ascendere quod tunc sibi mutuo occurrunt
tunc involvuntur et fit motus inclinatus quia

inferior quam egredi alicuius et sic fit tortuositas in motu venti. Tertio nota quod conprobatur dictis patet quod flatus sit fortior utrumque ascendens vel descendens quia flatus descendens est fortior quam ascendens quod patet, scilicet quia superior pars vaporis inspissata a frigore impellit fortius spissum aerem quam inferior et ergo flatus descensus est fortior quam ascensus.
no Quarto nota circa illam litteram sicut natura est solo quod aer est elementum fluxibile obediens omni impulsioni et est de facili mobile ad omnem partem positionis et ergo impulsio vaporis dat forte sonum et huius signum est quia si proiciatur sagitta vel aliquid aliud ad aquam tunc quomodo impulsu violente aqua impellitur et pars impulsa impellit aliam et sic continue donec cessat vis impellentis ut patet quia ut continue fiunt inundationes quasi circuli quando proiciatur lapis ad aquam. Si ergo tam parvum impellens dat forte tam forte sonum movendo aquam non est mirum si ille vapor latus impulsus et aggregatus frigore facit forte motum aeris quia aer est nobilior quam aqua. Quinto nota circa illam litteram
no Iter est causa etiam reddit ibi causam quare venti sibi faciunt sonum fortem sicut unde vel procelle aquarum se invicem constringentes dicit quod illius causa est quia una inundatio aeris percutit aliam et effundit se super eam et cum tali percussione generatur sonus ventorum sicut sonus aquarum percutientium. Quod patet quod inundatio aquarum effundit se super aliam et cum tali percussione fit sonus in undarum. Sexto nota dicit quod vapor tristeris
no dicitur fumus et quia habet siccitatem generat ventuositates et fumus sicut patet de ratione quod generant ventuositates in ventre. Hic littera Ex hijs

Ex hijs que dicta sunt de pluvio

Hic Albertus reddit causam quare accidit et dicit sic Ex hijs supple que dicta sunt de pluvio patet causa abscisionis ventorum quare frigus est intensum frigus et intensus calor et hec duo abscindunt ventos simpliciter causa est pluvia sequens ventum et hec supple pluvia abscindit ventum secundum quod quia frigus abscindit sic patet quia constringit poros terre et non permittit terram aperire ut elevet fumum sursum secundum quod intensus calor etiam abscindat ventum patet quia comburit fumum de vapore. Etiam quod pluvia sit causa abscisionis venti patet consequenter quia pluvia infrigidat aerem et debilitat vaporem iterum et generat ipsum quod cum descendit subito quod potest elevare a debili calido. Etiam pluvia humefacit terram et obstruit poros superficiei per quos exiit vapor et ideo abscondit materia augmentans ventum et quia quoque non continue generatur et regeneratur cito deficit ideo cessat ventus post magnas pluvias. Sed quia cessante pluvia iterum insurgit calor intrinsecus et inmanet et excitat et elevat vaporem venti et frequenter post aliquam horam quando pluvie cessant iterum insurgit ventus. Pluvia sit valde longa quod post multam frigiditatem facit victoriam in fine venti.
Nota primo circa litteram ipsius est causa no [illegible]
cessationis et intensionis ventorum primo est intensum frigus et hoc constringit poros terre quia vapores non possunt elevari et sic vapor venti elevatus consumitur quod non elevatur. Alia materia ad augmentum eius et sic intensum frigus abscindit ventum et facit eum cessare. Secundo nota
no quod causa effectus ventorum est intensus calor quia comburit et constringit terram et calor quia comburit omnem vaporem antequam generetur et sic abscindit ventum. Unde ventus et sic abscondit ventum et sic intensus calor et intensum frigus ipse dicit omnem generationem impressionum sicut prius dictum est sed tamen calor temperatus et frigus temperatum promovent generationem earum.
no Tertio nota tertia causa faciens cessare ventos est pluvia ita quod quando fuerint venti et sequitur pluvia in adventu pluvie cessat venti illius causa est quia vapor pluvie infrigidat et inspissat aerem ita quod vapor venti descendens non potest

fecit elevari ex calore loci. Alia causa est quod pluvia impellit poros terre humiditate et obstruit poros quod non potest elevari aliqua exalatio terrestris que istud vapore venti augeat et ideo vapor venti elevatus cito deficit. Quarto nota quod pluvia non abscidit ventum simpliciter sed adhuc cessante eam pluvia iterum aer calefit et pori humidi exsiccantur et sic iterum elevatur vapor venti et sic ventus et ideo ut sepe post pluviam redit ventus nisi fuit pluvia ita diu durauit quod terram infrigidauit et tantum humectavit quod non possit de facili calefieri et exsiccari tunc bene post tempore suspendit pluvia. [illegible]

Ex hys ergo patet iz

Hic Albertus reddit causam quare ventus non cadit directe supra nos sicut alie impressiones puta pluvia nix et cetera. Primo nota primo circa litteram quod veret aliquis quare est hoc quod vapor venti non cadit directe deorsum supra nos sicut pluvia vel sicut nix sed ante tamen a latere illius in littera assignat duplicem causam in littera et hec est quarto accidens circa ventum. Secundo nota circa illam litteram hunc secundum circa superiorem ibi reddit causam unam que est principalior et est hec quod vapor venti est siccus propter hoc quod est terrestris et ideo non est bene generabilis sed dispergitur sicut [illegible] aliquid humidi quod est [illegible] quod tunc materia venti resolvitur tunc non manet [illegible] ut sensibiliter descendat sicut pluvia vel nix quarum partes bene coherent sed dispergitur commodum ad [illegible] dispergitur in aere tamquam illa minima corpora que videntur in radijs solaribus. Tercio nota circa illam litteram Alia est causa ibi assignat aliam causam et est quod vapor non apparet supra nos sicut vapor pellit pluvie vel nivis sed generatur in extremo terre et ideo venit de late et non directe desursum. Quarto nota Aristoteles et Albertus dant aliam causam huius et est quod vapor venti propter calorem solis est levis et ideo aer impellit eum quod non potest ita perpendiculariter descendere ac si esset gravius et ideo non directe descendit sicut pluvia vel nix et hoc videmus ad experienciam quod grave sicut lapis vel ferrum descendit multo perpendicularius quam leve aliquid sicut penna vel huiusmodi propter eandem causam. Quinto nota circa illam litteram dico autem quod concedo ibi videtur removere dubium quia dixit quod ventus generatur in extremo terre vel in extremo alicuius [illegible] terre habitabilis. Moveret aliquis [illegible] terra est rotunda quare potest dici extremum terre quod in circulo non potest capi principium neque finis. Ad hoc ipse respondet quod non generatur simpliciter in extremo terre sed in extremis terre in qua flat quia aliquis flat in una regione et non in alia et tunc generatur circa terram [illegible] concepi correspondentis illi regioni desuper [illegible] terre quia licet terra sit spherica tamen propter eius quantitatem et magnam [illegible] vicinitatem non consideramus convexitatem terre in qua nos habitamus sed credimus eam esse planam. Secundo

Hijs visis ut supra

Hic est secunda pars principalis capituli et continuatur sic quoniam Albertus ostendit causas quorundam accidencium circa ventos hic determinat modo in speciali de ventis et dividitur in duas partes. Prima parte ostendit distinctiones ventorum secundum loca. Secunda parte ostendit declarat causas accidencium circa ventos speciales secunda ibi que autem de dextris. Primo dicit sic hijs visis et cetera. Nota primo circa litteram quod ventus in speciali denominatur ventorum et loca generacionis et numero eorum. Secundo nota generaliter [illegible] quod digniores sunt venti et illorum sunt quatuor principales illi scilicet qui flant ex principalibus plagis et angulis terre et alij octo sunt collaterales qui sunt medij inter illos. Tercio nota quod inter ventos principales primus est boreas et ille flat a polo artico versus

meridiem et flat ab angulo septentrionali. Secundus principalis est subsolanus qui flat ab angulo orientis contra occidentem. Tertius principalis est auster qui flat ab angulo meridiei versus septentrionem. Et quartus principalis est favonius qui flat ab angulo occidentis in orientem. Et patet quod boreas et auster directe contrariantur, et similiter subsolanus et favonius qui veniunt ex oppositis plagis. Quinto nota quod inter boream et subsolanum sunt duo venti collaterales scilicet aquilo ille iuxta boream et vulturnus ille iuxta subsolanum. Sicut inter subsolanum et austrum sunt duo collaterales scilicet eurus qui est iuxta subsolanum et nothus qui est iuxta austrum. Similiter et sic de aliis ut dicitur in littera. Quinto nota circa illam litteram "inter duos eorum angulos" ibi vult quod aliqui ponunt adhuc duos ventos principales illos sed tamen illi possunt reduci ad illos et sic patet quod quarto ventorum illa sit in figura. Sexto nota illa loca ventorum possunt disponi in figura sic describatur circulus et trahatur linea ab oriente in occidentem et ab oriente ponatur subsolanus et ab occidente favonius. Similiter trahatur linea a meridie in septentrionem et ex parte meridiei ponatur auster et ex parte septentrionis boreas. Alii autem collaterales ordinantur in circulo qui dicitur linea. Septimo nota quod isti venti principales sunt illius complexionis: boreas est frigidus et siccus et auster ex quo opponitur boreae est calidus et humidus. Sed subsolanus est calidus et siccus; favonius autem ex quo sibi opponitur est frigidus et humidus. Collaterales autem venti participant illas complexiones secundum magis et minus secundum appropinquationem et remotionem a principalibus sibi sequitur.



Super est autem

Hic Albertus declarat causas quorundam accidentium circa ventos speciales et dividitur in quatuor partes. In prima parte ostendit accidentia boreae seu septentrionalium. In secunda parte ostendit accidentia ventorum australium seu meridionalium. In tertia parte ostendit accidentia ventorum orientalium. In quarta ostendit causam accidentium ventorum occidentalium. Secunda pars est ibi "meridionales autem". Tertia pars est ibi "Subsolanus autem". Quarta pars est ibi "Favonius autem". Prima pars adhuc dividitur in duas quia primo facit hoc, secundo declarat dicta sua per quoddam signum. Secunda pars est ibi "et huius signum". Primo dicit sic "Super est autem" etc. Nota primo circa litteram vult dicere quod nunc est dicendum de accidentibus ventorum quae habent diversa accidentia seu diversos effectus; quidam enim sunt fortis flatus et paucae pluviae sicut sunt venti septentrionales. Alii autem sunt debilis flatus et cum hoc multae pluviae sicut sunt venti meridionales; illorum effectum seu actus hic dicetur. Secundo nota quod subsolanus et favonius conveniunt in hoc quod sunt fortis flatus ambo sed tamen differunt in hoc quod subsolanus [illegible] pluvias sed favonius multiplicat pluvias. Tertio nota circa illam litteram "Sed autem ubi" vult dicere quod boreas et sui collaterales sunt fortissimi flatus et hoc est unum accidens eorum et illius accidentis causa est quia veniunt a loco frigore scilicet a polo arctico ubi est locus frigoris propter causam prius dictam scilicet propter nimiam distantiam solis et ergo frigus inspissat istum vaporem et condensat eum et ergo talis vapor fortius flat et fortius impellit ipsum aerem. Quarto nota quod secundum acci-

dens illorum ventorum septentrionalium est
illud quod abscondit et tollit pluviam
causa illius est illa quia propter frigidi-
tatem constringit partes terre quod non possit
vapores emittere deorsum aut abscondere
eo materiam pluvie puta vapores
abscondit etiam et pluviam. Quinto
nota ille ventus frigidus etiam constrin-
git partes corporum nostrorum ne calor natura-
lis possit exalare a nobis et sic fla-
te illo vento calor naturalis fortificatur
in naturalibus. Sexto nota dicit quod quidam
ventus sunt corrumpentes aerem glosa potest
dupliciter intelligi uno modo sic quod faciunt
aerem nubilissimum seu nebulissimum
sicut sunt isti qui generant pluvias
Alio modo potest intelligi sic quod faciunt aerem
sanum insanum. Septimo nota dicit litera
quod venti boreales. Contra hoc aliquis
diceret illud quod contrariatur principiis
vite hoc non est sanum sed ille ventus
borealis seu septentrionalis est huiusmodi
minor patet maior probatur per exemplum, amor probatur
quia principia nostra sunt calidum et humidum
vita enim consistit in calido et humido
ille enim est ventus frigidus et siccus
ergo contrariatur principiis vite. Ad solu-
tionem dico quod ille ventus borealis
non est sanus per se ut probat argumentum
sed tamen est sanus per accidens quia con-
stringit partes corporum et confortat ca-
lorem naturalem quia quando pori sic sunt con-
stricti et clausi tunc calor naturalis non
potest habere exitum et per consequens for-
tificatur in corpore naturalis. Octavo nota
medici dicunt quod ille ventus septem-
trionales excitant passiones (?) horum et
generant tussim et hoc patet ad experientiam
in hyeme illo vento flante et nulla litera
patet quod per ventum septentrionalem est signum
serenitatis et cessatio pluvie. Secundum litera

Et huius suple quia iam dictum

nota

nota

nota

nota

quomodo bor-
eas dicitur esse
sanus vide
per tertiam sol-
utionem (?)

hic Albertus declarat dicta sua per quedam signa et
dividitur in duo secundum quod ponit duo signa secundum
ibi Aliud est quod habetur primo dicit sic Et huius
suple quia dictum est pono duo signa quorum
unum est Ypocras talis ingenii dicit in hyeme
ventres animalium calidiores esse quam in estate
huius causa est eadem tunc ponit aliud signum
dicens quod aliud signum est quod habetur pontifico (?)
iacob ysaac viri qui posuit virgas ad aquam
quam primo fuit admissura suple ovium ad arie-
tes id est in tempore coytus ovium et hoc fuit quando
flavit aquilo sicut ista propositum quia tunc
aquilo constringit poros feminis in generatione quod
virtutes non possunt evaporari et quod materia non debi-
litetur conceptus tunc subdit Et Aristoteles
dicit in libro de animalibus quod pastores quando volunt
quod oves generent masculos faciunt ascensiones
ovium versus aquilonem tempore venti aquilonaris
Subdit hoc etiam ventus suple boreas et sui
collaterales dicunt aliqui flare recte idest di-
recte non motu elevationis vel depressionis
in fine flatus et illius causa est quanto plus
flatus eius ab aquilone in meridiem tanto et
quanto plus venit in meridiem tanto plus as-
cendit ad calidum propter quod rarificatur vapor et
subtiliatur et non deprimitur sed elevatur. Nota nota
primo circa litteram dictum est venti boreales con-
stringunt poros hoc declarat per duo signa
seu per duas experientias primum est quod Ypocras
dicit in libro amphorismorum quod ventres
animalium sunt calidiores in hyeme quam in estate
et ratio est quia in hyeme ut plurimum flant venti
boreales et illi constringunt poros animalium in cor-
pore et sic calor naturalis manet intra et calefacit
interiora et ergo tunc est melior digestio quam
in estate et animalia plus possunt sufferre de ali-
mento quam propter fortem calorem et ergo sunt
famosa (?). Secundo nota circa illam litteram Aliud
est quod habetur ibi declarat idem per certificum (?)
iacob filii ysaac legitur enim in Genesi quod
iacob fugatus esau fratrem suum venit ad La-
ban avunculum suum et fecit pactum secum ut
pasceret sibi oves pro filia sua pulcriore

rachel ehepsib ~~in septem annis~~ laban decepit
eum tradendo sibi lyam que erat deformior ra-
chel / tunc iacob videns se deceptum fecit tale
pactum cum laban quod omnes oves que generarent habentes
maculas vel colorate quod ille essent sue et albe
essent laban quo facto accepit virgas et coloravit
eas diversis coloribus et posuit eas ad aquam
unde bibebant oves in admissura ad arietes
id est tempore coytus et sic ymaginatione ovium super tales
virgas oves genuerunt agnos coloratos et pelle-
bat eas contra aquilonem ut constringerentur po-
ri ne fetus debilitaretur / Tercio nota quod
no in hoc signo duo inveniuntur inveniuntur enim primo quod
ventus aquilonaris fuit causa quod oves ge-
nuerunt masculos et illius causa est quod dicitur in littera
quia ventus tales constringit poros ne ventus se-
minis evaporat et sic semen fortificabatur et genera-
batur masculi quia fortior ventus requiritur ad generacionem
masculi quam facere seu femelle / Et invenitur hic
quod ille virge colorate fuerunt cause illius quod isti
agnelli generabantur colorati illius racio est quia ex
forti ymaginacione illarum ovium super illas virgas se-
cundum huiusmodi coloratas figuris mutabatur et per
consequens semen et imprimebatur secundum figuram
et formam illarum virgarum et sic generati arietes
fuerunt consimiles coloris virgarum / Sed quod talis
ymaginacio habeat efficaciam hic albertus probat
alibi experimento tali / fuit quedam regina que
tempore coytus vidit unum depictum ethyopem
et tamen ymaginabatur super illo quod concepit ethyopem
et tempore partus peperit ethyopem / licet tamen ~~...~~
~~...~~ tamen ipsa quam ipse fuerunt albi / Aliud
experimentum quedam gallina debuit incubare ova
vidit ante se sedentem accipitrem et ex forti
ymaginacione super accipitre incubavit tamen
tes accipitres et sic fuit in proposito hic / Quar-
to nota circa illam litteram et dicit aristoteles
/ ubi confirmat dictum suum per auctoritatem ari-
stotelis in libro de animalibus qui dicit quod quando pa-
stores volunt quod oves generent masculos tunc
pellunt eas contra aquilonem flante vento aqui-
lonari propter causam dictam scilicet ut constringantur
pori et fortificatur semen et ventus seminis et sic
nota generantur masculi / Quinto nota circa illam litteram

Sic etiam ventus / ubi reddit causam cu-
iusdam accidentis ventorum borealium et
est talis quod venti boreales semper flant di-
recte quod non elevantur nec deprimuntur
~~et illius racio~~ est quia illi venti flant con-
tra meridiem et quanto igitur est frigidior
tanto plus subtiliatur ille vapor calide
et quanto plus subtiliatur tanto directius
procedit et non incurvatur et illa est causa
quod directe incedit / Sequitur littera

Meridionalis autem ventus

Hic albertus ostendit accidentia circa
ventum meridionalem et causam eorum
~~et dividitur~~ in tres partes primo facit hoc secundo mo-
vet quoddam dubium ~~tercio~~ ostendit tempus
flatus istius venti / secundo ibi hora autem
~~tercia~~ ibi / tempus autem flatus / primo dicit
sic ~~meri~~dionalis autem ventus oppo-
situs de causis et esse / Prima nota circa litteram no
dicit quod ventus meridionalis sit con-
trarius accidentia septentrionali per oppo-
sitas causas quia isti venti sunt oppo-
siti patet quia veniunt ex oppositis locis
et venti capiunt suam complexionem ex
proprietate locorum / Secundo nota in littera cir- no
ca accidentia venti meridionalis ad
unum est quod ventus meridionalis ad-
ducit morbos illius racio est quia ille
ventus est calidus propter hoc venit a loco
calido et ergo dissolvit et aperit poros
corporis animati et sic evaporat calor natura-
lis et submittit calidum aereus qui est
corruptum et sic inficiuntur animalia et
fiunt morbida / Tercio nota secundum no
accidens illius venti quod tangitur in littera
est tale quod ventus meridionalis flat
tortuose et non recte illius causa est
quia flat a meridie que est regio cali-
da et sic propter frigiditatem aquilonis in-
spissatur et per consequens incurvatur
et sic flat tortuose / Quarto nota sed
tercium accidens quod causatur in littera est

quod ventus meridionalis adducat pluui-
as et illius causa una est quia est calidus
et ideo aperit poros terre et facit vaporem
pluuialem exalare. Alia causa est
quia cum venit versus aquilonem inspissat
vapores pluuie inuectos in aere con-
stringit eos propter frigiditatem loci et sic fiunt
deorsum cadere pluuiam. Sequitur littera

Nec autem ductum est unum

Hic Albertus innuit quoddam dubium et
dicit sic. Nec autem ductum est unum
duorum ventorum scilicet meridionalem et
septentrionalem flare tortuose puta
meridionalem et alterum dicunt puta
septentrionalem licet quandoque in predicta
procedens sicut dicit aristoteles quod
in ista tormentum id est calorem insulam
flat aquilo tortuose et hoc contingit
propter inundationem in undatis vapores
ad quosdam montes altissimos ibidem
consistentes et sic econuerso quandoque ventus
meridionalis transit per loca calida
et propter hoc dirigitur eius flatum. Subdit
eadem de causa in nostris climatibus
scilicet sexto et septimo auster non conducit
morbos eo quod nunquam ad nos veniat
in frigidatur nubibus motum in aere
septentrionali et non aperit poros corporis
adeo id est in tantum poros corporis quod noce-
at multum sanis. Nota primo circa litteram
dictum est prius quod venti septentrionales
flant directe meridionales non tor-
tuose. Contra hoc dubitaret aliquis
quia videmus aliquid oppositum. Ad hoc re-
spondet albertus quod procedens in predicto
hoc aliquid procedens etiam contingit
quod boreas flat tortuose et hoc est in
terra tortuosa seu montosa. Subdit
aristoteles in libro metheororum dicit quod
circa tormentum talem insulam boreas
flat tortuose quia impetuatur ab al-
tissimis montibus ibidem consistentibus et
sic procedens in tantum. Secundo nota quod

etiam aliquid fit procedens quod venti meridiona-
les flant recte et hoc quia transierunt aliqua per
regiones calidas et sic subtiliantur et non impedia-
tur nec tortuose flant. Tertio nota circa illa
litteram eadem dicta ubi vult dicere quod propter eandem
aliquid accipit procedens quod venti australes
non inducunt morbos et hoc in sexto et septimo
climate et ratio est quia antequam veniat ad
illa climata infrigidati sunt per montes altis-
simos quos pertransierunt et sic non sunt ita ca-
lidi quod possint poros aperire tantum quod noceat
sanitati sed in tertio et quarto climate inhabili
nocet sanitati propter causam superius dictam. Sequitur

Tempus autem flatus

Hic Albertus ostendit tempus flatus illius venti
et dicit sic. Tempus autem flatus ipsius aqui-
lonis est in vere plus et in autumpno minus
et primi quidem temporis causa est quia ratione frigoris
in hyeme multi vapores conclusi congregati sunt
qui tepiditate veris euocantur et fiunt ven-
tos et proprie in aquilone id est versus septen-
trionem ubi magis est de frigore et tenuis ca-
lor qui non potest consumere. In autumpno autem
terra est consumata calore solis et non sunt tot
vapores in terra in autumpno sicut in vere et tunc
quia calor solis debilis est id est tenuis de
facili euocat vapores eo quod terra non est con-
stricta et cum egreditur vapor siccus est valde
et ibi eleuatur alte ad aerem et incipiunt
flare et ideo prouerbium vulgi est quod alte flant
in autumpno. Nota primo circa litteram tempus flatus
ventorum et maxime borealium est in vere et
in autumpno magis tamen in vere quam in autumpno
quia in hyeme propter frigus superficies terre sunt
conclusa sic quod vapores terre non poterant exire
et ideo interea erant congregati et conclusi multi va-
pores et tunc in vere propter calorem solis qui
tunc fortior est quam in hyeme tales vapo-
res eleuantur et multi venti generantur et maxime
in partibus septentrionalibus quia ibi calor solis est
debilis non potest consumere vapores sed tamen ele-
uare et ideo multum ille vapor continuatur etiam

multi sunt venti in aere in inuris (?) partibus. Tertio
nota in autumpno tunc sunt pauciores quia in estate
precedente calor solis ad vires (?) coarctavit (?) terram
et consumpsit vapores sic quod calor solis in autum-
no paucos possit. Quarto nota quibusdam vul-
gare quod venti in autumpno flant alte illius causa
est quia vapores tunc elevati sunt sicci et ideo possunt
alte elevari quia propter siccitatem bene sustinent calorem.
Quinto nota dicit aliquis non flant isti eciam
isti in aliis temporibus dico quod sic non tamen ita frequenter
sicut istis propter dictas causas. Secunda littera

Subsolanus autem ventus

Hic Albertus ostendit causas accidentium subso-
lani id est venti orientalis et dicit sic Subsolanus
autem ventus est calidus et siccus abscondens plu-
vias sicut aquilo abscondit autem pluvias eo
quod generatur ipse circa partes sequenti solem qui siccus
est et motus eciam firmamenti iuvat adhuc quia
illud est motus venti illius et motus diurnus
et ideo dissolvitur vapor scilicet pluvie et consu-
mitur. Nota primo circa litteram quod subsolanus est
calidus et siccus et eius effectus est quod est ab-
scondens pluvias et illi gratia est quia est calidus
et siccus et ideo contrariatur vapori pluvie et sic
consumit eum. Secundo nota quod subsolanus non tamen
pluvias abscondit sicut aquilo vel boreas propter
hoc quod non stringit poros terre sicut illi et ideo habet
vaporem elevatum consumens eum non impellit quia
materia alias elevatur. Tertio nota dicit quod ille
ventus movetur circulariter ad motum diurni firma-
menti illi gratia est quia ille vapor siccus est calidus
et elevatur alte usque ad aerem et quia aer movetur
circulariter ad motum firmamenti ideo ille vapor
eciam movetur circulariter motu aeris. Unde Aristo-
teles dicit in libro metheororum quod ultra pyreneas (?)
altissimorum montium aer movetur circulariter. Quarto
nota alia causa est potest esse quia ille vapor
sequitur solem quia proporcionabilis est soli in
qualitatibus quia est calidus et siccus et ideo consumitur (?)
et consumit in meridie. Secunda littera Favonius autem

Favonius autem propter cau

Hic Albertus ostendit causam accidentium
circa favonium et dividitur in tres primo facit
quod dictum est secundo ostendit naturam ventorum
collateralium tertio ponit unum notabile
secunda ibi De mediis autem tertia ibi Item
est notandum. Primo dicit sic Favonius autem
propter causas oppositas adducit pluvias.
Secunda littera De mediis autem intelligendum est
mixtum secundum naturam ventorum mixtorum
scilicet ventorum principalium. Nota primo
circa litteram dictum est in precedenti littera quod
subsolanus propter hoc abscondit pluvias
quia est calidus et siccus hic autem dicitur
quod favonius adducit pluvias propter hoc
quia ipse est opposite complexionis et ideo
habet oppositos effectus. Sicut ideo sub-
solanus abscondit pluvias sic ille
augmentat et propter hoc quia favonius est humidus
et frigidus ideo est consimilis complexionis cum va-
pore pluvie ideo augmentat eum. Secundo
nota circa illam litteram De mediis autem ibi
vult dicere quod venti medii sunt collaterales
habent mixtum secundum naturam ventorum prin-
cipalium sicut aquilo qui est medius
inter boream et subsolanum participat na-
turam eorum et sic in aliis et tamen plus par-
ticipat naturam boree et propinquior est boree
quam subsolano sic est eciam in aliis.
Tertio nota dubitatur utrum vapor favo-
nii adducat pluvias et videtur quod non
quia est frigidus igitur non adducit pluvias
consequencia probatur ex prius dictis quia frigidum
constringit poros terre et abscondit pluvias
minus patet in littera ibi dico quod verum est
frigus excellens bene abscondit pluvias
sed tale non est frigus favonii sed parvum (?)
boree. Secunda littera Item est notandum

Item est notandum quod ut

hic Albertus ponit quedam notabilia et
dividitur in duo quia primo facit hoc secundo epy-
logat dicta sua in illo capitulo secundo ibi
et hec determinata sunt primo dicit sic
Item est notandum quod ut frequenter demane
ante diluculum est ventus et numquam
cessat de die et flat de nocte vel econ-
verso huius autem causa est de mane
emittitur radiis vapor compressus frigidi-
tate noctis in aere et ideo elevatur
nimis et ipse enim frigiditate loci desce-
ndit et sic facit ventum qui quoque cessat
sole adveniente quoque confortatur quando
sol sufficit non sufficit vincere sed suffi-
cit elevando inpugnare continue impressioni va-
poris i. frigidus compellitur de nocte
et elevatur de die et vincit econverso vapor
calidior vincitur de die et aliquantulum
de frigore noctis deprimitur et per calorem
enim illud elevatur et ideo ventat de noc-
te Tunc epylogat dicens hec determinata
sunt de generatione vaporis sumptis humido
et sicco in loco alto et tunc ponit versus
de ventis dicens Sunt subsolanus dicens
vulturnus eurus eos id est orienti favonius
occasui zephyrus favonius afflat
At die medio nothus euro et aff-
ricus auster conveniunt aquilo boreas et
chorus abartico id est a septentrione
Nota primo circa tertium reddit causam ve-
torum accidentium in primo et est unum accidens
quod aliquando fit ventus de mane in ortu
solis vel circa quando tamen non fit in nocte
et cuius causa est quia vapor ille est
fuit depressus per frigiditatem noctis
quod non potuit flare de mane autem
adveniente sole calefit a sole et tunc
relevatur et flat Secundo nota quod aliquando
ille ventus de die in meridie ces-
sat aliquando autem confortatur et fit fortior
causa primi est quod aliquando vapor est

paucus quod non potest consumi a sole et sic elevatio
sole consumitur et cessat ventus Secunda causa secundi est
quod aliquando est tantus vapor quod non potest consumi a sole
sed per radios solis augmentatus vaporis nimis
elevatur a sole et sic fortificatur Tertio nota no
tertium accidens est quod aliquando flat ventus de
die et cessat de nocte huius causa est quia vapor
venti tamen deprimitur per frigiditatem noctis quod non potest
relevari in absentia solis et sic manet compressus
et non flat Quarto nota quod aliquando ventus flat no
de nocte et cessat de die huius causa est et hoc est
tertium accidens et illius causa est quia vapor
venti tamen deprimitur est ita calidus quod non potest per
frigiditatem noctis tamen deprimi quin relevet
se per calorem solis et sic flat de nocte de die
autem tamen rarefit a calore quod non potest flare vel
aliquando consumitur a sole Quinto nota circa illam litteram no
et hec determinata et ibi epylogum illius capituli
et ponit quattuor versus in quibus tangit nomina ven-
torum per ordinem et in quolibet versu ponitur nomina duo-
rum ventorum flantium ab una plaga quorum unus est prin-
cipalis et alii duo collaterales sicut patet Sed
Deinceps in mentione

Deinceps vero intentio

hic est capitulum sextum illius tractatus et continet
sic quibus Albertus determinavit de generatione
ventorum hic modo determinat de generatione tonitrui
et choruscationis et dividitur primo proponit intentum
suum et modum procedendi in sequenti parte determinat
de generatione tonitrui et choruscationis tunc ostendit
quomodo fit sonus in nubibus secundo ibi Dico autem
tertio ibi considerandum tamen est primo dicit sic supple-
tur quod postquam dictum est de impressionibus
que generantur ex impressione simplici Deinceps vero
post hec in mentione ostendit tangere causas
impressionum compositi vaporis sicut est impressio
que generatur ex vapore sicco et sicco et sicut est in
que generatur ex vapore sicco et humido et sicut est impressio que generatur ex
vapore sicco et sicco et sicut est impressio que generatur

corpore humido cum humido commixto cum lumine solis
et aliarum stellarum quia tunc habebis omnia que generantur
in alto corpore. Subdit primo autem compositio va-
poris humido cum sicco non commotis vaporibus
sed distinctis et illa compositio causat tonitrua et
choruscationes. Subdit secundo dabimus causam ter-
remotus id est de terremotu qui causatur corpora-
lis sicco non commixto sed incluso in elemento sicco
et solido sicut est terra. Tertio dabis causam de
vento turbinis qui causatur a vento sicco obviante
vento sicco in composito. Subdit in fine causabis
iridem et colores nubium et nebulas et come-
tam et galaxiam et tunc percipiens omnia
nō que generantur corpore in alto. Nota primo circa
litteram ordo illius capituli ad precedens patet quia primus
dictum est de illis que generantur corpore simplici
hic autem dicetur de illis que generantur corpo-
ribus compositis sicut quo simplex est ad compositum
nō sic illud capitulum precedit illud. Secundo nota quod
auctor non aut hic determinare de corpore com-
mixto compositis vaporibus non mixtis sed dis-
tinctis quia aliqui plures vapores diversi distincti
generant ad generationem unius impressionis ut patere
nō libet. Tertio nota in libro inveniatur ordo dicendorum
talis quia primo dicendum est de tonitruo et choruscatio-
nibus que generantur ex prima compositione vapo-
ris scilicet sicci cum humido. Secundo dicenda est causa
terre motus qui fit ex compositione sicci cum hu-
mido non tamen commixto sed incluso in terra. Tertio
dicendum est de vento turbinis qui generatur ex contra-
riis ventis siccis sibi occurrentibus ex opposito.
Quarto erit determinandum de iride. Quinto
de coloribus nubium. Sexto de nebulis. Septimo
de cometa. Octavo de galaxia et sic
nō est finis illius tractatus. Quarto nota quod ga-
laxia vocatur via illa alba que nobis videtur
in celo ubi est multitudo stellarum et vocatur via
lactea vel circulus lacteus propter eius albedinem
et cetera libro. Dico autem quod materia

Dico autem quod materia tonitrui

hic Albertus consequitur in textu suo [illegible]

Dico autem quod materia tonitrui est certa
et aliquis locus vel vas generationis eius
materia autem eius est vapor siccus val-
de et calidus ille enim simplex calidus
vapor et siccus de facili inceditur
totus. Tunc declarat dictum suum per
signum [illegible] signum est sicut thus
cum concremetur in composito in vento siccitatibus
ventis quia que sicca sunt et terrestres
ideo cum usse si modicum tangitur ab
igne inflammatur et crepitat [illegible]
[illegible] locus generationis [illegible] locus
autem et vas materie illius est nubes
aquosa et cum ea elevetur id est forti
calore imbibitur fiunt vapores scilicet aqueus
nubis et ille siccus cum autem vapor
terrestris non sit adeo dissolubilis com-
primitur circa ipsum sicut retortum et quia
vapor grossior est humidus iterum autem
siccus grossior fugit contrarium ipso
fundo nubis grossioris grossior autem
locus frigiditate constringitur et cum
plus inferiorem congregat et inferior
congregatus inflat partem et parte ad
lateris grossioris et grosso illo motu et
porositate constringit ipsum igniri
ignis autem expellitur a suo contra-
rio et cum ignis scindit nubem aque-
am et in scissura illa accidit corus-
catio et sonus qui fit sunt tempore et non
fit complicatio quia visus velocior
est auditu et hec est summa Aristotelis nō
Nota primo circa litteram. Alia est materia
thonitruis et coruscationis et alius
est locus generationis eorum et hoc
patet quia materia est vapor calidus et
siccus valde sed generationis est nubes
aquosa frigida et cetera et quia illa
[illegible] patet et cetera quo habetur materia
et locus generationis tonitruus et corus-
cationis. Secundo nota ille vapor nō

siccus et calidus est de facili inflama
bilis et sic declinat in terra exempla
de ventositatibus ventris que emisse si
tangunt lune vel ignem propter hoc quod sunt
sicce et terrestres frangitur in reditum
et manet. Hinc inde trepidatio et hoc
quod licet male sonet tamen est conven
nota ciens appositum. Tercio nota dices tu
in terra habet materia et locus generationis
que est ergo causa efficiens. Dico quod causa
efficiens est duplex calor solis qui istos
vapores scilicet aqueum et siccum simul elevat
et frigus loci quod per accidens in eodem
vapore siccum coarctatione preciperet. Quar
nota to nota quomodo solet possit haberi modus
choruscationis et tonitrui et ille est
quia calor solis est fortis sicut in estate
et in fine veris et in principio autumpni
tunc elevat simul vapore aqueum et ter
restrem ad mediam regionem aeris et tunc
vapor terrestris non ita bene dilabilis
est sicut aqueus propter grossiciem et ergo
aqueus dilatatur undique circa ipsum et
includit ipsum undique quia sicut cortex
vel corticum et vapor terrestris siccus
manet inclusus et quia vapor inclusus
est contrarius continens quia est calidus
et siccus et interior est humidus et frigidus
ergo fugiendo contrarium fugit in profundo
nubis illius aquose et nubes aquosa
vel vapor continens propter hoc quod continuatur
a frigore loci magis agitat vaporem
inclusum et sic vapor continens agitatur
coarctatione premit ad invicem et adla
tera attingens fit ignis incendit fit
ignis et quia ignis contrariatur omnibus qua
litatibus nube frigida circumstante fugiens
contrarium violenter scindit nubem aquo
sam et facit sonum qui vocatur toni
truus et ignis egrediens vocatur corus
nota catio. Quinto nota quod semel fit toni
truus et coruscatio. Sed patet quia quam cito
ille vapor inflamatur tam cito egreditur
Sed dices tu tamen prius videmus ignem

antequam audiamus sonum respondet albertus quod
hoc est propter hoc quod visus est velocior quam auditus
id est citius apprehendit suum obiectum et illius
exemplum ponit albertus super secundo metheororum
de mulieri lavante vestes et percutiente cum ligno
et primo videmus ictum ligni quam audiamus sonum
Sexto nota dubitaret aliquis de hoc quod dicit
quod simul fit coruscatio et tonitruus quia aliquando vi
demus ignem quando non audimus sonum. Ibi dico quod
simul fit sed aliquando sonus non auditur propter distantiam
quia est modicus illius causa superius dicetur
secundum textum observandum tamen est

Observandum tamen est

Hic Albertus ponit secundam partem capituli et continetur
sic. Primus albertus ostendit modum generationis
tonitrui et coruscationis. Sic ostendit quod modis
fit sonus tonitrui in nubibus et dividitur quia primo
facit hoc. Secundo ostendit quod modis egreditur
vapor de nube. Secunda ibi tertius autem egreditur
~~primo dicit fit~~ Observandum tamen est quod tribus modis
fit sonus in tonitruo in nube sicut probatur prout suo
tempore et tribus modis fit egressio vaporis unus
ab alio sicut dicit aristoteles in secundo ~~metheororum~~
quandoque autem non fit egressio violenta sed va
por paulatim scindit nubem suam in qua est et
paulatim egreditur et invenit aliam nubem strictam
et spissam et cadit in illam et ex collisione
facit sonum cum coruscatione quandoque scilicet inflamatur
et quandoque sine coruscatione scilicet quando sonum colliditur
Tercio autem modo egreditur vapor purgatus
et flamatus nube tenui et non aquosa et tunc
videtur ille ignis sub alba flamma propter multum fu
mum et non facit sonum in ipsa nube sed obviat
ei alia nubes valde aquosa et spissa et
ideo quia debilis est in flamma contingit et illa
nube aquosa fumando pocius quam scindendo
sicut ferrum ignitum fumat proiectum in aquam
Nota primo circa litteram quod vapor egrediens nota
de nube facit tripliciter sonum et sic observandum tempore
tonitruus et primus modus est quod tempore vapor
aliquando violenter ~~expellitur~~ de nube aquosa
et scindit eam et sic fit ex tali violentia ge

nerat magnum sonum. Secundo non fit sonus talis
quod vapor non egreditur nec expellitur violenter
de nube ipsa sed paulatim exit sed invenit subisse
aliam nubem aquosam spissam et illam pene-
trando facit sonum et hic est secundus modus. Tertio
no nota tertio generatur sonus quando ille vapor est te-
nuis et rarus et nubes in qua continetur est
tenuis et tunc videtur per illam nubem sicut flam-
ma alba per fumum et non facit sonum in ipsa nu-
be sed tamen obviat sibi alia nubes aquosa
valde et spissa et tunc ille vapor cum sit te-
nuis et tenuis et debilis extinguitur ab illa
nube aquosa et tunc facit sonum et fiat sicut
ferrum calefactum extinctum in aqua ille sonus quem
facit ferrum vocatur fumigans nomine onomatho-
no peyon. Quarto nota quod primus sonus vocatur
ruptura secundus autem vocatur murmuratio tertius
no vocatur fumitus. Quinto nota quod ad primum so-
num requiritur quod ille vapor sit fortis et multum
terrestris et nubes continens ipsum sit multum a-
quosa et frigida et tunc fortiter expellitur a nu-
be et exitus impeditus nube spissa facit
nota rupturam magnam et sonum magnum. Sexto nota
quod ad sonum secundum requiritur quod ille vapor sit
fortis et ipsa nubes continens ipsum sit tenuis
et nubes obvians sit spissa tunc cum paulatim
egreditur per ipsam nubem et paulatim ingre-
ditur secundam et sic facit sonum vel murmurationem.
nota Septimo nota quod ad tertium sonum requiritur quod va-
por terrestris inflatus sit debilis et quod nubes
ipsa sit tenuis et nubes obvians sit fortis
et sic tunc sufficit extinguere istum debilem va-
porem et generare talem fumitum. Octavo nota
nota sonus secundus et tertius differunt a primo in hoc quod
primus fit in ipsa nube secundus autem et tertius
non. Etiam differunt in hoc quod materia vel vapor
est magis vel minus calidus et nubes continens
magis vel minus spissa et secundum hoc diversificatur
soni. Sequitur littera. Tripliciter autem egreditur

Tripliciter autem egreditur

Hic Albertus ostendit triplicem egressum va-
poris illius de ipsa nube et dicit sic Tripli-
citer autem egreditur vapor ex ipsa nube
scilicet ante inflammationem et in inflammatione
ipsa et post inflammationem. Subdit autem
qualibet inflammationem quando incipit eo
primo infundens acumen sui eo quod
siccus est et penetrat nubem et egre-
ditur ad aerem et motu ipsum fortiter
vel debiliter secundum diversitatem sue virtutis
et hec est causa quare in tonitruo fiunt
venti validi et fortes. Subdit ipsa
autem inflammatione egreditur quando vir-
tus simplex vapor sed includens et in-
clusus fit rarus et debilis et tunc
quia non invenit resistens egreditur
circa cum sono et vento qui proveniunt
etiam auditum in sicut in estate cir-
ca diem in serotinis pluribus coruscationibus.
Subdit quod postquam ille vapor in-
flamatus quamquam est parvus tunc scindens
nubem facit sonum debile sed nunquam
pertransit nubem extinguitur et tunc
auditur sonus sine coruscatione. Subdit
et ille diversitates in paucis conside-
rate sunt sed eas invenit per experientiam
circa signa obscurabit nocturnas au-
ras in estate. Nota primo circa lit- nota
teram quod triplex est egressio vaporis
de nube ipsa et aliquando egreditur
ante inflammationem aliquando post inflamma-
tionem et aliquando in inflammatione. Secundo nota
nota quod ille vapor terrestris aliquando
multum comprimitur a nube circumstante et
generali compressione multum acuitur et ita
prius penetrat nubem antequam inflam-
metur agitetur et quando sic penetrat nu-
bem ante inflammationem tunc commovet
aerem et facit multos ventos et hoc
est signum quod vapor est terrestris et multum
aptus inflammationi et ideo in estate
quando multi venti precedunt aliquam nubem
signum est quod in illa nube generantur
multe coruscationes et tonitrua quia

cotinet in se intensos vapores terrestres

nota Tercio nota q vapor ille aliquando in inflammatione egreditur et ingrediendo inflammatur et hoc est tunc quando vapor ille est rarus et debilis et nubes continens ipsum est tenuis tunc non invenit fortem resistenciam et ideo egreditur sine magna violencia et non facit sonum perceptibilem a nobis et sic accidit aliquando in estate de vespere quando videmus coruscaciones et non audimus sonum propter hoc quia ita parvus est quod nobis non perceptus ~~sit~~ potest esse propter distanciam quamvis sub maiorem distanciam perciperet suum obiectum quam auditus || Quarto

nota nota q aliquando vapor egreditur post inflammacionem et hoc contingit tunc quando vapor est parvus et nubes est spissus sic enim sibi contingit antequam penetrat nubem et sic aliquando audimus sonum quando non videmus coruscaciones quia vapor prius extinguitur antequam appareat aspectui nostro et dicit albertus quod ille differencie apparent si consideraverit || Sed tamen sic verum et prout conparari signis absurdum audivi in estate de nocte || Quinto nota haly super

nota secundo metheororum dubitacionem movet quare vapor ille magis egreditur contra partem nubis quam contra aliam et solvit dicens quod hoc est propter hoc quia nubes est in una parte rarior quam in alia et ibi potest exitus contra hoc licet (nota)

Nunc divisitatem

Hic est tercia pars principalis illius capituli in qua albertus ostendit diversitatem nubis continentis tonitrua et diversitatem coruscacionum ~~et dividitur~~ in duas quia in prima parte ostendit diversitatem nubis continentis tonitrua || In secunda parte ostendit colores coruscacionum ~~fit~~ ibi valde ob-scurade sunt primo ~~adhuc dividitur~~ primo proponit intentum suum secundo ~~consequenter~~ diversitate nubium secundo ibi Est autem nubes ~~et dividitur~~ in tot quot ponit diversos colores nubium prout patebit ~~primo dicit~~ Dicit ergo quod diversitate nubis continentis tonitrua et postea diversitate vaporis qui simpliciter ignitur secundum calorem ignis in ipsa nube et eandem diversitate ascensionis eius ad nos Nunc consequenter in textu suo dicens Est autem nubes que continet tonitruum forte ut frequenter quadruplicis disposicionis scilicet nigra rubea viridis et alba aliquantulum declarat primum membrum dicens Nigra quidem nubes est spissa propter frigiditatem et ideo non dat locum radiis solaribus ut dealbet ipsam penetrando et ideo quia spissa est fortius comprimit vaporem et ignit et dat forte tonitruum si vapor intrinsecus fuit intensus et spissus / Declarat secundum membrum dicens / Sed rubescens nubes componitur ex nube magna et vapore valde ignito quod illucet per ipsam et ideo illa frequenter dat fortiorem ictum simpliciter tonitrum quam nigra Declarat tercium membrum dicens Viridis autem nubes in quanta ingreditur et proprio ruborem est perfectam omnium nubium et maiore timenda si directe sit supra aliquas civitates quia habet intensam rubedinem et intensam materiam vaporis propter ingredientem et intensam habet naturam propter viscositatem et ideo fit pugna fortissima calidi cum frigido et humidi cum sicco Item quod frequenter ista nubes emittat sublimia magnorum lapidum qui descindunt muros et scindunt domos et homines / tunc declarat quartum membrum dicens / Alba autem non oportet timere quia parva habet de utraque materia et ideo si flamma eius cadit super edificia statim extinguitur antequam incendat ea nisi sit valde sicca et cremabilis || Nota ... nota primo circa litteram expositam elicitur quod quadruplex est color nubis continentis tonitrua quia

quedam est nigra et quedam rubea et quedam viridis
nota et quedam alba. Secundo nota nubes nigra continens
forte tonitruum et est signum forte tonitruus ex
una parte scilicet ex parte nubis continentis. Unde ad
forte tonitruum duo requiruntur primo quod vapor
terrestris ~~sit multus~~ inclusus sit multus et for-
tis scindendo nubem faciat magnam rupturam
modo illarum causarum una est in nigra nube
nubes est spissa ex opposito frigoris ~~et ideo~~ non dat in-
gressum radiis solaribus qui rarefaciendo de-
albent eam et quando tunc vapor inclusus est mul-
tus et nubes continens est fortis tunc fit magna
ruptura et forte tonitruum. Tercio nota quod
nota illa licet etiam habeat causam quare illa nubes
est nigra quia ipsa est spissa et radii solares
non possunt ipsam penetrare qui facerent eam
albam et propter illam spissitudinem fortiter con-
tinet materiam inclusam ~~et ideo~~ vapor inclusus
exiens cum difficultate penetrat nubem
et exiens facit magnam rupturam et sic est
nota signum magni tonitrui. Quarto nota quod [illegible]
tam rubescens quod rubea nubes significat
multitudinem utriusque vaporis scilicet inclusi et
includentis quia propter rubedinem significat multi-
tudinem vaporis igniti transparentis per ipsam
et etiam multitudinem vaporis nubis aquatici
et continentis et sic potest facere fortiorem sonum
et etiam ictum quam nigra quia nigra solum significat
spissitudinem nubis continentis illa autem sig-
nificat multitudinem utriusque. Quinto nota nu-
nota bes viridis est fortissimi ictus propter hoc quia
significat fortitudinem utriusque vaporis quia
est mixta ex rubedine et nigredine ~~rubor~~ autem
quia significat multitudinem vaporis ignis
inclusi et nigredo significat multitudinem
nubis continentis et fortitudinem ~~et viror~~ sig-
nificat maiorem aquositatem quam in nube ru-
bea ~~et ideo fit~~ ibi fortissima pugna calidi cum
frigido et humidi cum sicco et ideo exiens vapor e
dat fortissimos ictus. Sexto nota quod corusca-
nota tiones ille in nubibus sunt maiore timende ubi
illa nubes fuit supra aliquam civitatem
vel regionem quod vel frequenter comburit domos

et homines et est difficulter extinguibilis
etiam tonitruum est timendum quia aliquando
fiunt de nube magni lapides qui
rumpunt tecta et muros ~~et ideo~~ est
quia ille vapor propter fortitudinem con-
tinentis nubis fuit fortiter compactus
et compressus et quia fuit materia compressus
terrestris ~~et ideo~~ extinguitur cadit quasi
sicut lapis et propter duritiem difficulter
dissolvitur. Septimo nota quod citrinus color
nubis est albus et ideo non est mul-
tum timendum quia significat paucitatem
et debilitatem utriusque vaporis
scilicet continentis et contenti et ideo si co-
ruscatio cadit super aliquam edificiam
extinguitur antequam descendat nisi
tunc esset valde sicca et cremabilis
sicut stuppa vel sicca ligna vel huius-
modi. Que licet valde obscure sint

valde obscure sunt

Hic Albertus ostendit diversitatem
colorum coruscationis ~~et dividit~~ in
duo quia primo ponit hoc ~~secundo~~ ostendit
causas illorum colorum ibi prius causatur
~~primo dicit sic~~ Colores choruscationum
valde obscure sunt quia isti
sunt multiplices enim eos dicens
scilicet ~~rubeus clarus et albus flame~~
~~us et russus quasi vinosus~~ Et de-
clarat ~~ipsum colore dicens~~ primo co-
lor causatur ex vapore non multum sic-
co humido quia dat ei colorem
rubeum sicut est flama viridium lig-
norum ~~et est timendus~~ color ille quia
humidum continet materiam quod non cito
dissipatur et ideo facilius et etiam for-
tius incendit. Tunc ostendit causam
secundi coloris dicens flamme albe ca-
lor simpliciter causatur ex vapore sicco et-
~~tunc~~ est dispositus sicut flamma lig-
norum siccorum et ideo cito dissipatur et
non cremat nisi facile cremabilia
sicut est stuppa et huiusmodi. Declarat

causa trium colorum Color autem ruffus
vinosus prenotabilis id est valde no-
tandus est eo quod coruscatio illius va-
poris est conglutinati vaporis valde
terrestris et ut frequenter sic cadit et
nota incedit Nota primo tamen literam quod coruscatio
habet tres colores coruscationum
qui valde sunt obseruandi quia coruscatio
unius vaporis magis est humida et non
nota vna quam alia Secundo nota quod primus
color est rubeus et clarus et ille cau-
satur sic quia vapor inclusus in nube
est terrestris admixtus cum humiditate
et ideo apparet illa coruscatio sicut flama
viridium lignorum combustorum ubi etiam
siccitas cum humiditate permixta et ideo
apparet ita rubei coloris et clari
et propter hoc talis coruscatio est timenda
quia humiditas continet materiam ne dis-
pergatur et ideo quando quod tangit cito et for-
nota titer incedit Tercio nota secundus color
est albus et flameus et ille causatur
quando vapor est multum siccus in ventre
nubis et inflamatur quia siccitas
illius vaporis est causa illius cla-
ritatis ut appareat coruscatio illa
sicut flama ubi comburuntur sicca lig-
na et ille non est multum timendus quia
propter hoc quod materia est sicca cito disper-
gitur et non incedit nisi valde com-
bustibilis sit sicut stuppa vel ligna
sicca et huiusmodi faciliter cremabilis
nota Quarto nota quod tercius color corus-
cationis vocatur rubeus vinosus
et ille fit quando materia terrestris bene com-
pacta et conglutinata et non apparet
ita ruffus sicut prius sed apparet
ruffus propter terrestreitatem et appa-
ret admixtus nigredine propter compac-
tionem et sic apparet quasi vinosus
id est color rubei vini et est prenotabi-
lis et valde timenda propter hoc quia ma-
teria est fortiter compacta et ideo quod quando

tangit fortiter scindit et faciliter incedit Quinto
nota quod ille vapor convenit cum vapore pri-
mi coloris in hoc quod est humidus sed differt in
hoc quod est compactior et ideo incedit fortius
vel scindit Sexto nota ille omnis coruscationes
conveniunt in hoc quod incedunt et scindunt sed tamen
coruscatio ruffa flamea et ruffa vinosa
plus incedunt et fortius scindunt quam alie
etiam alba non scindit nisi faciliter scissibilia
et propter hoc est minus timendus ille color quam
aliquis alius Sequitur littera descensus ignis

Descensus illius vaporis

Hec est secunda pars principalis illius capituli in qua
Albertus ostendit diuersitatem descensus descen-
sus vaporis de nube et cum hoc ostendit tem-
pus tonitrui et coruscationis et diuiditur
in duas partes In prima parte ostendit diuer-
sitatem descensus eius de nube et secundo osten-
dit tempus in quo generatur tonitruus et corus-
catio secunda ibi et hoc intelligendum est prima
pars diuiditur in quinque partes secundum quod ponit
quinque seu quintuplicem modum egressus de
nube partes patebunt primo dicit sic Autem
post descensus sulphureus illius vaporis sicut
generatur coruscatio et tonitruus est quintuplex
quorum descensuum primus est quod aliquando cadit va-
por inflamatus de nube viridi et profundo
Subdit et hic sulphureus vapor generat lapidem
qui vocatur telum tonitrui et ille sulphureus lapis
generatur hoc modo quod commixtio fit terrestris va-
poris et ille vapor tunc incedit et tunc va-
poris ... nubem quia est in generatione
et aquam tunc ille vapor conglutinatur sulphure
in lapidem sicut firma conglutinatur in pastum
aut post fortissima incensio obviat Nota nota
primo tamen literam quod quintuplex est modus casus
tonitrui et coruscationis de nube et primus
modus est quando de nube viridi cadit va-
por ruffus vinosus et hic est valde timendum
quia ibi est periculum ut prius dictum est propter
nubis quod est densa et propter vaporis et co-

~~infectionis ruffe rimose que est valde tenuis sicut~~ dictum est. Secundo nota Albertus dicit quod coruscatio est tenuis quia ex congelatione illius vaporis generantur lapides qui vocantur tela tonitrui et illi cadunt quod qui obviat et dicuntur tela quia mittuntur impetuose de nube sicut telum de balista. Tercio nota modus generandi illius lapidis est talis ut patet ex predictis quia ille vapor terreus est aliqualiter humidus sic quod est bene conglutinabilis sicut terra que vocatur glis et ergo conglutinatur in nube conglutinatur impastum et quia tunc agitatur et a nube expellitur incenditur et incensus a forti calore decoquitur sicut later in fornace et sic emittitur de nube et ille lapis est acutus in inferiori parte et in superiori grossus propter hoc quia in fundo partes inferiores vaporis distillant et sic est acutus in inferiori parte. Quarto nota ille lapis propter hoc quod est durus et compactus et quia infusus est acutus et quia impetuose emittitur a nube ergo scindit quidquid antequam umquam semper ... sicut arbores lapides et huiusmodi et quia materia est compacta et densa et continet fortiter ignem et ergo fortiter incendit. Quinto nota dubitatur utrum in illa nube posset generari lapis ille vel alius et videtur quod non quia in mineralibus assignantur loca in quibus possunt generari lapides et illorum nulla est illa nubes etiam lapides generantur ex terra et aqua. Oppositum patet in littera quia est possibile. Ibi dico quod auctor in mineralibus loquitur de generatione lapidum naturali et successiva iste autem lapides generantur pracedens. Ibi dico quod licet ibi non sit terra vel aqua tamen est ibi materia vapor terreus et aqueus et hoc sufficit pro materia illius lapidis. Et hec littera secundus modus.

Secundus modus suple descensus

Hic Albertus ponit secundum modum descensus de nube vaporis ~~et dicit sic~~. Secundus modus suple descensus vaporis suple de nube est quando vapor minus conglutinatus et est in nube minus aquosa et tunc non continetur ille vapor sed quando incensus est egreditur cum impetu et cadit et incendit sed non tamen scindit nisi ligna et non lapides nisi in tecto scindit et comburit pulsu et incendit cum inflammatione. Nota primo circa litteram ~~secundus modus~~ descensus illius vaporis de nube est quia quoque vapor est minus conglutinatus est quando vapor est in nube minus aquosa quando vapor primo non egrediens et ergo non continuat ut generet lapidem sed quando est inflammatus egreditur cum impetu et etiam scindit et incendit sed non scindit nisi ligna et alia faciliter scissibilia et non lapides et cadit cum pulsu et incendit cum flammatione. Secundo nota dicit quod non scindit lapides nisi in tecto quia aliquando in muro iacent lapides antiqui qui sunt faciliter scissibiles propter vetustatem. Tercio nota quod ille vapor non est ita bene conglutinabilis sicut vapor primo modo descendens de quo prius dictum est quia non habet tantum de humido et etiam quia non est ita grossus et terrestris et quia non habet ita fortem calorem non incenditur ita forti calore ergo non dico quare non fit hic lapis. Causa autem quod non incenditur ita forti calore est quia nubes aquosa continens ipsum non est tamen spissa et ergo est ita aquosa non tamen fortiter agitat ipsum et ideo non incenditur ita fortiter. Quarto nota Albertus super secundo metheororum dicit quod ille vapor vel illa coruscatio ... corpora que non sunt ~~ita dura~~ mollia reddit dura sicut corpora mollia reddit tenera et totaliter incendit et ponit ~~exemplum~~ de duobus fratribus nobilibus in via quorum unus fuit totaliter

inclusus in cineribus et alteri nichil nocuit
et causa est quia propter eius densitatem for-
tius penetrat et minus incendit corpora
rara que sibi submittuntur. Sed littera Tertius

Tertius modus descensus

Hic Albertus ponit tertium modum descensus
illius vaporis de nube et dividitur in
duas partes secundum quod ille tertius modus
simplex descensus subdividitur in duos mo-
dos secunda pars est ibi Aliquando modo primo dicit
fit tertius modus simplex descensus va-
poris est vaporis rubei clari qui numquam
facit lapidem sed cum sua flamma non se-
paratur a vapore et sic simplex vapor numquam
scindit nisi valde compacta corpora que
non sunt maioris quantitatis quia si esset
magna corpora resisteret ei et sic ille
vapor inficit homines et apparet in
eis odor combustionis et non videtur
vulnus quia cum sit subtilis submittit sine
vulnere et si ille vapor invenit aurum
in bursa comminuit aurum et bursam non
ledit quia bursa est corpus rarum dans
locum intranti et ergo faciliter transit eam
aurum autem est corpus compactum et
resistit vapori et ideo comminutum quasi
in partes quasi in pulverem id est in minimas
partes. Subdit et hoc idem accidit temporibus nostris
quia simplex ille vapor gladium custodia
perforavit et non lesit vaginam et com-
minuit primo lapidem. Nota primo
nota circa litteram quod vapores primi et secundi
modi descensus conveniunt in hoc quod sunt
coloris ruffi cinerosi cadentis de
nube viridi sed utrumque secundum magis et
minus ut patuit vapor autem tertii
modi descensus est ruffus clarus
et cadit de nube nigra. Secundo nota
nota quod ille vapor est subtilis et ergo non
facit lapidem et propter hoc non scindit
nisi corpora compacta que non sunt magne
quantitatis quia si esset magne quan-
titatis resisteret sibi ergo non potest penetrare
magna sed parva. Tertio nota quod ille vapor no[ta]
interficit homines propter hoc quod caro hominis est poro-
sa ergo penetrat eam et consumit intus humidum
radicale et per consequens sequitur mors hominis. Quar- not[a]
to nota quod in istis hominibus sic infectis a ful-
mine sentitur odor combustionis et tamen non videtur
vulnus et ratio primi est quod licet non sit combusti
exterius tamen sunt combusti intus et ergo habent o-
dorem combustionis. Sed causa secundi est quod
vapor est subtilis et ergo submittit poros sine
vulnere. Quinto nota ille vapor aliquando commi- no[ta]
nuit aurum in bursa et tamen bursa videtur ille-
sa et illius ratio est quia bursa est corpus
rarum porosum et ergo vapor penetrat ipsam
sine lesione aurum autem est compactum et resistit
vapori et ergo fortiter scindendo comminuit ipsum
quasi in partes. Sexto nota Albertus dicit no[ta]
quod temporibus nostris accidit quod fulmen perforavit
gladium cuiusdam et non lesit vaginam et illius
causa est ut dictum de bursa et ergo solet vulga-
res dicere quod tempore choruscationis et tonitrui
dyabolus intrat vaginas gladiorum ut abscondat
se ab ictu tonitrui et quando tunc invenit gladium
lesum et non vaginam dicit dyabolum hoc fecisse
Albertus dicit in littera quod temporibus suis iste vapor
comminuit primo lapidem qui erat tam bene
scissibilis. Sed littera Alius autem modus

Etiam alius modus descensus

Hic Albertus declarat alium modum descensus
illius vaporis dicens Etiam alius modus
simplex descensus eiusdem vaporis magis
rari et communis aquea nube egredientis et ita
submittit et non ledit dividendo nec aperte incre-
dendo sed simplex occulte incedendo sed corus-
catio est valde rubea et valde nociva et illa
coruscatio nocet vineis et precipue botris
et dixerunt vinitores et maiores illis botris
qui sunt multis foliis cooperti tamen propter fortem
aliquando illa coruscatio generat illum vaporem illuc
cum calido suo et nocet simplex vineis eo idem
propter hoc quod iste vine lese vaporibus non possent

simplex propter multitudinem foliorum et hec coruscatio
non est tamen nociua corporibus simplex super que cadit di-
recte sed etiam suis radiis est nociuus per-
aspectum. Vnde hec dicunt qui inspicientes inflati sunt
in facie et quidem in oculis corrosi. ¶ Nota se-
nota cundum litteram aliud est modus descensus vaporis
rubei clari et est quod ille vapor est minus den-
sus et descensus de nube minus aquosa quam
ille de quo dictum est in precedenti littera et corus-
catio illius vaporis non scindit sicut coruscatio
istius vaporis propter hoc quod vapor non est tantum
compactus et non incedit ita aspere sicut ille sed
tamen occulte incedit corpora interius aliquid que
submittat. ¶ Secundo nota quod illa coruscatio nocet
nota fructibus quod consumit fructus et maxime
nocet vineis et botris qui sunt cooperti multis
foliis sicut dicunt vinicatores et illius ratio
est quod per aliquas formas descoopertas radius
illius coruscationis submittit super botros et te
vapor manet ibi et consumit botros quia
non potest consolidari virtute solis propter latitudinem
et multitudinem foliorum. ¶ Tertio nota quod corus-
nota catio illius vaporis non solum nocet illis qui
directe tangit sed etiam nocet illis qui radium
aspicit vel illis quem radium aspiciunt et sic ali-
quando vnius botros super quem non cadit ille radius
directe consumitur propter hoc quod radius incidens
super botrum sibi propinquum inspicit eum oblique
etiam propter hoc quidem aspicientes illam corus-
cationem sunt inflati in facie et dispositi ut
leprosi propter hoc quod ille radius submittens
poros cutis in facie inficit carne
et qui inspicientes consumpti sunt quod ille va-
por submittens poros oculi consumit humores
oculi. Secunda littera Quartus modus

Quartus modus descensus

Hic Albertus ostendit quartum modum egres-
sus vaporis istius de nube dicens Quar-
tus modus simplex descensus est vaporis al-
bi qui egreditur de nube inflammata sicut nisi

condensata et ideo iste vapor spargitur
in aere sed cum egreditur cum magno impe-
tu propter confundendum nubem in qua est
que est aquosa multum et ideo scindit et
scindendo contingunt ita quod ea que scindit
videtur alba et signa combustionis
non apparent in eis que simplex scindit et ille
vapor quoque inficit quoque eius in-
pulsus est bene fortis et quod propter
sui disgregationem percutit vnum in
loco vno et non ledit forum eius
iuxta eum stantem sed percutit vnum
alium qui stat a remotis quoque
etiam est vapor inflexus apparente
vno progreditur ad alium et percutit
eum qui stat ibi et quod talis vapor
est debilis tunc consumit tamen vestem
et contingunt et cessat eius violentia
et non ledit hominem et dicit Albertus
nota quod talis casus accidit sibi. ¶ Nota
prima secundum litteram Quartus modus
egressus illius vaporis de nube
est quod egreditur vapor albus
clarus de nube aquosa et ille va-
por diffunditur in aere propter hoc quod est
siccus cum humiditate humiditas enim
est causa conglutinationis vaporis
et ideo spargitur quod non habet humiditatem
conglutinatam sed cum ascendit aliquando
quoque cum magno impetu propter confundendum
nubem aquosam de qua egreditur
quod illa impetuose expellitur propter
hoc quod est multum contraria vapori quia
vapor calidus est et siccus et nu-
bes frigida et humida et ille vapor
fugit propter impetum sed non fortiter
comburit propter disgregationem quod scin-
dendo contingunt et ideo illa que scindit
ab illo vapore apparent alba alba
et tamen apparent in eis signum combustionis

nota Secundo nota ille vapor quando ita impe-
tuose cadit de nube quod interficit homines
quia submittit poros corporis et ledit in
testina vel consumit humorem vitalem / sed
valde miraculose interficit homines / quia
aliquem interficit et non ledit socium suum
stantem cum statim / sed pertransit istum qui stat
in monte ab isto aliquem inflectit ab uno
pariete et pertransit istum qui est iuxta aliud
parietem et hoc totum fit propter disgregationem
vaporis qui sic subito propter subtilitatem
dispersa est. Tertio nota quod aliquando ille
nota vapor est ita debilis quod non interficit
homines sed bene comburit vestimenta corporis
et hoc est propter debilitatem quia comburendo
vestimenta consumitur et non procedit
ulterius et dicit Albertus quod talis casus
accidit sibi. Sequitur littera quintus modus

Quintus modus est egressus

Hic Albertus ponit modum egressionis
quintum illius vaporis et dicit sic Quintus
modus est egressus eiusdem vapo-
ris simplex albi de nube multum debili
et ille vapor nichil nocet quia statim
attactu aeris consumitur et recedet
ita quod sic cessat eius impressio et viole-
ntia eius impulsionis. Primo nota
nota circa litteram quintus modus sic casus
de nube est quando ille vapor albus
flammeus cadit de nube debili que
non est multum spissa nec multum aquosa
tunc non sit impetuosa ~~compressio~~ compul-
sio vapor est debilis et nubes est
debilis et combustio illius vaporis
nichil nocet quia vapor consumitur
ab aere antequam venit ad terram
non enim cadit quia non eiicitur impe-
tuose de nube nec etiam incedit
quia debilis propter raritatem. Secundo nota
nota quod isti vapores ob quintuplicis casus
conveniunt quod ob conveniunt in materia
sed tamen differunt secundum magis et minus
forte quia primus est fortissimus et ul-

timus est debilissimus intermedie autem variantur
secundum magis et minus sicut dictum est. Tertio nota
nota adhuc quod aliquando vapor fortiter cadit
vel incedit non sufficit fortitudo nubis
solius nec solius vaporis sed requiritur for-
titudo utriusque tunc enim fortiter incedit et
cadit quando fortis vapor est fortis et nubes
est continens et spissa et aquosa ut patet in vapore
primi modi. Sequitur Sed hoc ~~dicendum~~ advertendum

Sed hoc est dicendum

Hic Albertus declarat quando tempore tonitrui et
coruscationis in speciali in diversis climatibus
et dividitur in tres partes primo facit hoc
secundo removet quoddam dubium tertio declarat
dictum suum per experientiam rusticorum secundum ibi
nec est contrarium / ~~tertium~~ ibi Unde rustici primo
dicit sic Sed hoc advertendum quod quando tempore tonitrui
est in frigidis regionibus scilicet in climate sexto
et quinto septimo et calidis scilicet in quarto cli-
mate tertio et in secundo et primo in regionibus
enim frigidis raro tonat fortiter nisi sole acce-
dente ad tropicum estivalem qui est in capite
cancri eo quod tunc calor solis fortis existens
fortiter elevat vaporem aque et terre quibus
mixtis causatur tonitruum in aliis autem scilicet
calidis regionibus generantur tonitrua in equi-
noctio hoc est sole existente in capite arietis
et libre / quando enim est in cancro tunc recenter
recedit vapor quem elevat / Nota primo circa nota
litteram ut dicit quod non est idem tempus generatio-
nis tonitrui et coruscationis in omnibus regionibus
sed aliud est tempus earum in regionibus calidis et
aliud est tempus earum in regionibus frigidis ~~et hec~~
~~causa est diversitate~~ distantie regionum ab
equinoctiali. Secundo nota quod quintum et sextum nota
et septimum clima vocantur regiones frigide propter
hoc quod plus distant a via solis quam alia
ut patet in spera sed primum et secundum et tertium dicuntur
regiones calide quia plus appropinquant equi-
noctiali. Tertio nota quod tempus generationis to- nota
nitrui in regionibus frigidarum in quinto sexto

et septimo climate cum sole consistente circa tropicum esti-
valem id est in principio cancri et ratio est quia
tunc sol maxime appropinquat capitibus illorum
in regionibus et illius radii sunt directiores quam um-
quam in anno et ergo fortior fit reflexio et generatur
fortior calor et ergo calor fortis potest tunc elevare
vapores terrestres et aqueos ex quibus fit materia
fit tonitruus et coruscatio ut prius dictum est.
nota Quinto nota tempus generationis tonitrui et corus-
cationis in regionibus calidis scilicet in primo in
secundo tertio et quarto climate cum sole consistente
in signis equinoctialibus scilicet in ariete vel in libra
quia tunc calor solis est ita fortis quod potest istos
vapores terrestres et aqueos elevare sed non con-
sumit eos. Sole autem consistente in cancro vel ge-
minis non fit ita forte tonitruum quia tunc sol
transit prope capites eorum et non elevat va-
pores quia consumit eos. Quinto nota dubitatur
de hoc quod dicit sole consistente consistente circa tropicum
estivalem fiunt fortes coruscationes in regio-
nibus frigidis illius oppositum est prius dictum ergo
alterum illorum est falsum consequentia tenet antecedens
probatur quia prius dictum est quod quando est excellen-
tissimus calor tunc non elevantur vapores sed for-
tissimus calor consumit eos sed hoc est in illis regionibus sole con-
sistente in cancro et in leone ergo tunc non elevantur
isti vapores. Ibi dico quod prius dictum est quod quando
sol vel excellentissimus calor solis quod non possunt ele-
vari illi vapores subtiles ex quibus generantur
grandines et grandula et huiusmodi et hoc est quod prius
dictum est et sic hoc albertus hic intellexit. Sicut autem
bene conceditur quod vapores grossi bene possunt eleva-
ri qui non possunt consumi a sole cuiusmodi sunt vapo-
res isti. Sexto nota dubitatur de hoc quod dicit de
nota in regionibus calidis sole consistente in cancro non
fit coruscatio propter hoc quod eos vapores consumit
calor solis ~~illius contrarium~~ videtur esse prius
dictum quia dictum est quod sole consistente in cancro
calor solis potest elevare illos vapores grossos
sed non potest eos consumere. Hic autem dicitur quod consis-
tentis in cancro potest eos consumere. Dico quod non est
simile in climatibus sexto quinto et septimo sicut
in primo in secundo et tertio et quarto, quia in primo et

secundo et illis que appropinquant equinoctiali
qui sol est in cancro et in geminis tunc
transit prope capita eorum et ergo radiis
solaribus perpendiculariter incidunt isti et hic
et ergo fortissime reflectitur et generatur
fortissimus calor qui sufficit consumptioni
cuiuscumque vaporis. Sed sic non est in clima-
te sexto et septimo quod sole consistente
in cancro radii perpendiculariter incidunt
et ergo non generatur tunc tantus calor qui
sufficiat illos vapores grossos con-
sumere. Septimo nota dicet aliquis
quare non dicit hoc etiam de octavo
climate sicut prius dixit. Dico quod simi-
liter intelligendum est de octavo sicut de
septimo. Sequitur littera Nec est contrarium

Nec est contrarium illud

Hic albertus innovet dubium dicens
Nec est contrarium illud quod prius diximus
supple illi quia prius diximus scilicet quod
sol in estate abscindit consumendo va-
porem pluvium quem elevat hoc enim
verum est de vaporibus debilibus
sed tamen fortis caloris potest consumere
vaporem grossum. Nota primo circa litteram nota
quod ita tactum est aliquis posset albertum
obicere sui contradictoria in [illegible]
prius posuit quod prius dixit quod in estate
non elevaret vapores sed consumeret
tamen sed elevaret in vere et in autumpno
hic autem dicit quod elevet sole consiste-
nte in cancro et tunc est estas illis
qui habitant in regionibus remote a
via solis. Ipse solvit et dicit quod prius
dictum est debet intelligi de vaporibus
debilibus qui non possunt tunc elevari. Hic
autem intelligit de vaporibus grossis
et fortibus. Secundo nota ipse ponit nota
quoddam dubium quod videmus quod aliquando mag-
nus ignis elevat ligna incensa

et facit ea volare per aerem. Sed etiam fortis
calor elevat grossos vapores. Tercio
no nota in estate tunc isti vapores ter-
restres et aquatici sunt multi et grossi tunc
vapor terrestris est fortis et nubes a-
quatica est densa et sic fiunt magne
rupture nubium et per consequens fortia
tonitrua etc. Unde rustici

Unde rustici observaverunt

Hic Albertus declarat dictum suum per
quandam experienciam rusticorum et dicit
sic Unde rustici observaverunt simpliciter
unum experimentum quod ego expertus sum
esse verum et illud experimentum est quod
qui audivit tonitrua in duobus signis
hyemalibus scilicet capricorno et aquario
quod tunc ~~sunt multi~~ venti et forte protunc
annus plus victualiter quam in alio anno
~~et huius causa~~ est quia illa tonitrua
significant multam materiam vaporum et
ventorum esse in aere que materia non
absconditur de facili etiam protunc.
no Nota primo circa litteram albertus primus
dicit quod in regionibus in motibus circa solis
elevantur multi vapores terrestres
aquei in estate et postea generaret for-
cia tonitrua. Hic declarat hic per
experienciam vulgarium quod aliquando tot
vapores elevantur in estate quod etiam
in hyeme coruscationes fiunt sic ut
vicario litteram legi. Alio modo ut litteram legi
quod albertus respondet tacite questioni
quia diceret aliquis quomodo primus dicit
quod proprium tempus tonitrui et chorusscacionis
est estate utrumque etiam non ut sic in hye-
me. Ad hoc respondet quod expertus sit
quod audita sunt tonitrua sole con-
sistente in aquario vel capricorno
que sunt signa hyemalia. Tercio no
nota quod vulgares per observacionem habent unum
experimentum et dicit albertus se expertum
esse ~~sic~~ quod qui audivit tonitrua
sole consistente in illis signis hye-
malibus quod hoc significat magnum ventum protunc
ubi et protunc annum sequentem plus victualiter
quam in anno et causa est quia tonitrua que
tunc fiunt significant multos vapores terrestres
esse in aere qui non possunt abscondi protunc
anni et postea generabuntur venti etiam naute
solent post hoc considerare protunc anni in tempore
aeris. Quarto nota quod talia tonitrua etiam
aliquando fiunt in hyeme ex alia speciali constel-
latione quando appropinquant planete qui elevant
multos vapores etc. Licet videbitur autem

Videbatur autem adminis phylozo

Hic est quarta pars principalis capituli in qua albertus
declarat quosdam effectus mirabiles toni-
trui et coruscationis ~~et dividitur~~ in duas primo
enumerat illos effectus secundo declarat cau-
sas naturales eorum secundo ibi sicut ~~generantur~~
sunt ~~primo~~ ad hoc ~~dividitur~~ quia ponit intentum
suum secundo consequenter ibi ~~propter quod in inventum~~
~~primo dicit sic~~ Videbatur autem admirabiles phys
id est naturalibus quod tonitruum esset res divina
propter mirabilitatem et diversitatem effectuum eius
sed precipue diceres coruscaciones esse res divi-
nam fuerunt et magni phylozophi in di-
vinis ydolorum partes scilicet ~~[illegible]~~ et Seneca
et isti dixerunt iovem esse causam illorum
eo quod diversa erat in mirabiles effectus eius simpliciter
coruscacionis tunc consequenter enumerando illos
effectus dicens Effectus primus est chorusscacio
quod coruscacio aliquando videtur ledere flores vi-
nearum et nucleos avellanarum et tamen nunquam
apparet in eis signum combustionis. Secundus
effectus est quod coruscacio videtur aliquando liquefacere
aurum et non ledere crumenam seu saccum in quo
est. Tercius effectus est quod coruscacio ali-
quando comminuit seu liquefacit gladium et perfora-
tis multis foraminibus absque lesione vagine.
Quartus effectus est quod coruscacio aliquando
comburit calceos unius et non ledit pedem.
Quintus effectus est quod coruscacio aliquando adurit
crines alicuius in toto corpore suo et non ad-
urit corpus eius et dicit albertus Vidi ac

pilos tamen in igne id est virga virili quam sub a-
scellis id est sub brachiis et ceteris locis occultis
et non advertit suple circa vel brachia quia
ignita vel ascellas aperuit. Sextus effectus est
corpus aliquod alterat colorem alicuius hominis
vel alterius quod percutit et nichil aliud facit
Septimus effectus quod aliquando coruscatio inficit
hominem vel aliquod aliud animal et nullum signum
sive vulneris adustionis sive percussionis apparet
in eo. Octavus effectus est quod aliquando una inter-
ficit quod in corporibus apparet signum divisionis et non
adustionis et hoc est proprie in lignis percussis
a tonitruo que inveniuntur albissima in loco divisionis
Nonus effectus est qui est dignus admiratione
prioribus quod dicit Seneca quod sicut coruscatio ali-
quod percutit licet advertit dolium et tamen aliquod
percutit stat vinum quod non defluit et effluit
Decimus effectus quod sicut de aliquibus ~~phisicis~~ quod
venenatum percussum a tonitruo emittit vene-
num et huius signum quod serpentes a fulmine percussi
infra paucos dies inveniuntur putrefacti quod
non facit serpens aliter in effectus eo quod ve-
nenum phisicis omnes mansi et coco cibari [?]. Un-
decimus effectus est quod omnibus fulminatis acci-
dit quod ae percussum a fulmine habet odorem sulphu-
reum. Duodecimus effectus est quod animal percussum
a fulmine semper vertit caput contra impetum ful-
minis arbor autem vel planta si percutit ha-
stulas evulsas fulminem contra fulmen erecte
erigit. Subdit et alia multa in effectibus
fulminis sunt notata a phisicis mirabilia propter
hoc homines qui antiquitus theologizabant dixe-
runt quod fulmen dirigeret in Iove id est ab
aere dei et attribuebant sibi effectus illos
regi deorum quem appellabant Iovem. Nota
nota primo circa litteram quod antiqui phisici videntes mi-
rabiles effectus tonitrui et coruscationis non
potentes causas eorum reddere dixerunt
quod esset opus divina et attribuebant ea diis
et hoc fuit illi mirabiles effectus quod narrata
nota sunt in littera. Secundo nota motum corporum tale fuit
quod ab effectus naturales quod procedunt ab eadem causa

vel consimili sunt eidem vel consimiles quod idem
in quantum idem semper aptum natum est facere
idem. Sed effectus fulminis ut patet in littera
sunt multum diversi ergo non sunt effectus
naturales sed divini. Tercio nota auctor nota
dicit quod isti duo phisici ytamus [?] et Seneca
fuerunt principales inter illos qui di-
xerunt quod fulmen esset res divina et
illi fuerunt magis in plus imputati
pallys [?] et fuerunt periti in divinis ydo-
lorum id est plus sapiebant de ydolis
animus quam alii et pro ydola divina intel-
ligit planetas qui agentibus colaune [?]
ut dii. Quarto nota dixerunt quod Iupiter nota
esset causa tonitrui et coruscationis
et illorum effectuum mirabilissimorum quia
ipse est princeps ~~[struck]~~ deorum id est
planetarum dixerunt antiqui phisici
quod in istis verbis illius actionis tonat
fulminat intelligitur iste Iupiter
qui autem sunt effectus eius patet in littera
Secunda littera Sicut ergo

Sicut ergo narrata est

hic Albertus reddit causam illorum
effectuum duodecimorum et dividitur quia
primo proponit intentum suum secundo
sequitur ibi ~~dicamus~~ ergo et illa dividitur
in duodecim secundum quod reddit causam
~~duodecimorum~~ illorum effectuum ordina-
tim in littera partes patebunt. Primo dicit
sic. Sicut ergo narrata sunt ita redden-
tur... damus causas eorum naturales quia error
attribuere ea diis et postea reddemus
causam si Iupiter qui est unus planeta-
rum habeat aliquid virtutis in
tonitru et fulmine. Nota primo circa nota
litteram auctor vult causas naturales
illorum effectuum enumerare
ut appareat quia error est attribuere
illas operationes et postea vult dicere
si Iupiter habeat aliquam virtutem
supra tonitrua et coruscationes

nota ~~Unde nota~~ potest sumi talis conclusio quod illi errant qui attribuunt effectus tonitrui et coruscationis ipsis diis illa gubernantur (?) sic quod illi effectus quorum potest assignari causa naturalis non sunt attribuendi diis isti effectus sunt huiusmodi igitur etc. quia quae sunt per deos sunt miraculose. minor patet in littera.

nota Tertio nota dicitur notanter in littera quod velit causas reddere illorum sicut sunt enumerati propter hoc quod sicut sunt enumerata sic solvit ea. Sequitur Dicamus ergo.

Dicamus ergo quod in ante

Hic Albertus reddit causam primi effectus et consequenter aliorum et dividitur quia primo reddit causam illius effectus de vineis et avellanis, secundo ponit unam distinctionem de lignis, tertio ibi inter ligna porosa. ~~Primo dicit~~ sic: Dicamus ergo quod in ante habitis patet quod in fulmine aliquis vapor descendit in terram et aliquis extinguitur antequam descendat. Subdit ille autem qui non descendit debilis est et non adurit et non penetrat. Ille autem qui descendit aliquis subtilis aliquis grossus. Subtilis autem penetrativus est valde quia commiscetur aeri qui attrahit lu[minoso (?)] fumoso igne sive vapore et efficitur ad hoc magis subtilis et ideo quando non sunt magis porosa penetrat et ea citius comburit licet non videatur vestigium adustionis sicut ligna vinearum flores et avellanas ratio quia lignum illud valde est porosum.

nota Nota primo circa litteram auctor volens reddere causam effectuum enumeratorum infert quasdam distinctiones vaporis tonitrui prius positas et est prima talis quod aliquis vapor ille et coruscationes tendit ad terram aliquis autem extinguitur antequam veniat ad terram qui extinguitur hoc est propter debilitatem et tunc non incendit nec scindit nec aliquem alium effectum facit.

nota Secundo nota quod illa distinctio est quod vapor qui venit ad terram aliquis est grossus tunc fortiter percutit sed non bene penetrat propter grossitiem, aliquis autem est subtilis et tunc bene est penetrativus et subintrat aliqua corpora quae scindit sic quod non apparet vestigium et tunc etiam calefacit aerem et incendit ipsum suo calore.

nota Tertio nota quod ille tunc reddit causam primi effectus prius dicti scilicet quare coruscatio illius vaporis scindit vineas et avellanas et non apparet signum combustionis ratio est quia illa ligna sunt porosa et vapor est subtilis ergo vapor subintrat et penetrat faciliter et non facit vestigium combustionis sicut patet. Sequitur littera Inter ligna poro[sa].

Inter ligna porosa sciendum est

Hic Albertus ponit differentiam inter ligna porosa quia melius potest intelligi causa illius effectus et dicit Inter ligna porosa sciendum est quod aliud habet poros directos, aliud obliquos sive tortuosos sicut limonis (?) et illa ligna nodosa. Subdit lignum autem non habens poros rectos non recipit subtilem vaporem sive inflatum aerem in profundum sui ideo non adurit in flore. Quod autem habet poros rectos ~~duplex~~ habet eos aut etiam habet eos ascendentes ab imo id est ab imis suis per longitudinem sive ligni scilicet nutrimenti radice (?) aut habet eos de medulla venientes ad superficiem ligni in circuitu sicut radii alicuius stelle dicuntur venire a centro uno. Subdit et illud quod habet primo modo poros non habet eos patulos id est aptos contra fulgur et ideo aliquid de facili aduritur a fulgore propterea si habet corticem durum et spissum sicut quercus et pinus et malus sive ille arbores. Hoc autem quod habet secundo modo poros habet eos patulos id est aptos ad fulmen undique in circuitu recipiunt et hauriunt ignem subtilem emissum a fulgore et propterea habet corticem de materia rara (?) id est raram et subtilem quasi nichil advenientem. Subdit et ideo propter illud in flore lignum vitis aduritur

quia secundum poros taliter dispositos et corticem suum
non bene adheret ei subdit quod sic disponatur
pori sui quibus scilicet vitis viridis incidatur in modo
tunc apparet radii albi pororum de medulla
simpliciter ad corticem continentium ad modum ra-
diorum stelle ad superficiem et retro descentium
nota Nota primo circa litteram conquo fecit mentionem
de lignis porosis et est distinctio talis quod quedam
ligna porosa secundum poros rectos secundum rectitudinem
scentes in superficie/ alia autem habent poros
obliquos vel tortuosos id est valde transcen-
tes oblique sicut sunt ligna nodosa ut buxus
et huiusmodi Secundo nota quod ligna non habentia po-
ros rectos sed tortuosos et cum hoc habentia corticem
durum et bene adherentem eis illa non adurunt in
flore a fulgore propter quod non recipiunt istum vapo-
rem subtilem Tertio nota hic quod lignum habens po-
ros rectos duplex secundum eos quia vel secundum eos ascende-
tes ab imo sursum per unum quod suscipit nutrimentum
ascendere sursum vel secundum eos transcendentes a me-
dulla directe ad corticem in circuitu sicut ra-
dii alicuius stelle procedunt a centro ad circumferentiam
nota Quarto nota quod lignum habens poros rectos
primo modo non secundum eos patulos id est apertos
directe contra fulgur et ideo non potest faciliter
comburi in flore quia fulgur non intrat faciliter
dum non etiam secundum corticem durum et bene adherentem
sicut secundum quercus pinus et malus et huiusmodi
nota Quinto nota quod ligna habentia poros et cor-
ticem demarcatum id est rarum et non bene eis
adherentem illa facilius comburuntur a fulmine
quia habent ignem subtilem fulminis per poros
et talis secundum poros lignum vitis et ideo facilius
aduritur in flore quam alia Sexto nota quod
nota de ligno habente poros procedentes de medulla
ad superficiem secundum eos poros ascendentes ab
inferiori ad superius quod egreditur alimentum secundum hic
non comburitur Septimo nota circa illam litteram Et
nota sic disponatur ibi ostendit quod lignum vitis habet
et poros egredientes a medulla ad superficiem
quia incidatur vitis viridis in nodo tunc apparet
radii albi pororum continentium de medulla ad
corticem sicut radii alicuius stelle egreditur
nota de centro ad circumferentiam Octavo nota circa illa

litteram Et ideo in gemmata ibi infert con-
relarium tale conquo vitis secundum cortice
intus et inviscatum et facilius leditur
quam aliqua alia planta generata in
gemosa exit circa cum dedit sibi lata
folia quibus defendit se et fructus
suos ab huiusmodi tempestatibus Nono nota
nota circa illam litteram quod faciunt sapie-
tes ibi infert aliud correlarium
conquo quod sapientes vinitores vincarum
debent coadere folia quando vitis flo-
rescit et debet cooperire fructus quod
non tangantur ab istis tempestatibus tempore
autem maturationis debet auferre
folia ut sol possit tangere uvas et ma-
turare Decimo nota quod eodem modo dice- nota
dum est de avellanis quod sunt ligna
porosa et ideo eadem de causa accidit
eis combustio quam vitibus Undecimo nota
circa istam litteram hec eadem causa
ibi reddit causam alicuius accidentis
concadem et dicit hec eadem causa
est quod in spinceribus fulgur tuescunt
in facie et aliquando comburuntur quia cutis
hominis est porosa et ideo vapor sub-
intrat et calore suo rarefacit et
contendit et facit tumorem et maiorem
oculis rarus et ideo ingrediens oculum
ledit humores oculi et sic comburit
Duodecimo nota quod considerans per causam nota
primi effectus et etiam per quam non
signum combustionis in lesis a fulgore
quia vapor est subtilis et intrat sine
vestigio combustionis Et Si fuit ignis

Si fuit ignis chorusca

hic albertus reddit causam secundi ef-
fectus et dicit Si fuit ignis co-
ruscationis magis adherens sibi
non spissus sed subtilis et bene compacti
non spissus vaporis ille penetrat
et communi vaporis ille penetrat
porosis sicut certa quasi non re-
sistentia et frangit dura sicut aurum
et ferrum et ideo est in eo aut maior in

petus ictus quam caloris et quod comminuit ferrum quod tangit vel forte quam caloris corpo- rat in pulverem/ tunc reddit causam tercii effectus dicens Si autem est ibi impetus ictus et caloris sufficit aurum vel ferrum et non corium eo quod propter porositatem corii vel ligni congregatur minus ignis ut diu stat in partibus ipso sed transit per ipsum nichil enim probibet quod ignis in vapore diffuso non adurit qui cum congregatus in duro corpore comprimente ipsum efficitur fortissime adustionis Subdit decla- rando per signum dicens et huius exemplum est calor frigidi in qua est diffusus ignis qui non congregatur ad unum locum exemplum quod expellitur ignis in quibusdam partibus caliditatis ad alias quasdam per aquam frigidam infusam calci efficitur adurens
nota Nota primo circa litteram secundus effectus supra enarratus fuit quod coruscatio aliquid comminuit vel pulverisat intra in bursa et tamen non ledit bursam/ illius causa est quia aliquid ignis coruscatio- nis est magis adurens sibi quam ille de quo dictum est in precedenti libro et magis comminuit et subtilis et secundum forte in potentia adurendi quam ad ignem et tunc quia est subtilis penetrat corium burse sine resistentia quia non resistit sibi aurum aut quia resistens est co- minuit ipsum et pulverisat quia propter re- sistentiam durities ictus quod fuit prius sp- se comminuitur et sic fortius agit et sic comminuit illud durum aurum vel ferrum
nota vel simile aliud// Secundo nota circa illam litteram Si autem est impetus ibi red- dit causam tercii effectus sine accidentis et fuit tercium accidens quod aliquid corusca- tio liquefacit aurum in bursa et gla- dium in vagina et tamen non nocet burse nec vagine illius causa est eadem quod prius quia ille vapor est diffusus et ideo penetrat porrum quod est porosum quia non frangitur ibi sed transit sicut in

unitur et fortificatur super forte resistens et quia ma- iore secundum virtutem caloris quam ictus quod liquefit aurum vel ferrum quia non est impossibile ut dicit littera quod ignis in vapore diffuso non adurit quod quod est in corpore duro comprimente ipsum efficitur fortissime compunctionis sic fit hic quia vapor penetrans corium vel vaginam est spissus et ideo adurit/ sed quod frangitur in corpore denso tunc congregatur et fortificatur et adurit vel scindit//
nota Quarto nota illius exemplum ponit albertus de calce quia calx secundum calorem diffusum ipse ad huc exemplum combustione quod tunc infunditur aqua frigida sed tunc partes calide expellitur in illis partibus et congregatur in aliis et tali compres- sione calidi contingit calcem igniri per infusi- onem aque frigide ut patet ad experientiam Sequitur littera Sex autem dicitur

Sex autem dicitur quod secundum choruscatio

hic albertus reddit causam quarti effectus prius dicti dicens quod autem dicitur quod secundum coru- scatio adurit calceos vel alias vestes et non ledit hominem/ dicendum quod ille vapor de- bilis est adustionis alterius combustionis sicut quod tangit in medietate et non potest nocere homini vel alicui alii quod secundum humiditatem suam magis vel alterius contingeret ignem infusum/ ~~tunc red- dit causam~~ quinti dicti dicens debilissimus autem vapor est et dimanat valde et est unius qui tamen pilos comburit qui pili sunt fumus in aere compositi sicci valde et faciliter incensi et ideo vapor ille nichil alterat propter flammam sue debilitatem/ Deinde reddit cau- sam sexti effectus dicens vapor autem subtilis aliquis est magis fortis ictus quam adurens inficit percussi calorem et facit currere sanguinem
nota Nota primo circa litteram quartus effectus prius dictus fuit quod coruscatio aliquid adurit calceos vel vestes hominis et non ledit pedem/ vel cor- pus hominis Causa est quia aliquis vapor illius coruscationis est ita debilis quod non potest incende- re nisi valde sicca et parva contingunt et quia ad- urit vestes vel calceos/ quia illa sunt sicca

et non potest penetrare corpus quod contingit ab humore corporis scilicet sudore vel a sanguine. Secundo nota
nota quod in illo vapore coruscationis coruscatio est debilior quam in precedentibus et ideo patet quod diversitate vaporis secundum magis forte vel minus forte diversos efficit effec-
nota tus. Tercio nota circa illam literam debilissimus autem vapor ubi reddit causam quarti effectus et fuit quod coruscatio aliquando adurit pilos in capite et in toto corpore hominis et non ledit corpus illius. Et ratio est quia ille vapor est debilissimus et est multum diffusus et ideo non potest adurere nisi valde sicca et sic adurit pilos et illi sunt multum sicci quia sicut fumus congelatus est in aere. Quarto nota me-
nota dici dicunt de pilis quod pilus est fumus vaporis in aere congelatus et naturali calore eductus propter defensionem membri hoc patet in pilis capitis qui sunt propter defensionem cerebri. Quinto nota
nota circa illam literam Vapor autem subtilis ubi reddit causam sexti effectus et fuit quod aliquando coruscatio alterat colorem hominis scilicet facit eum glaucum vel alterius coloris et metallis plus facit et illius causa est quia ille vapor est subtilis et est fortis ictus et ideo subintrat cutem et conturbat calorem naturalem et facit sanguinem discurrere sub cute de loco uno ad aliud et sic cutis discoloratur sicut videmus et percussa sanguinis pilus discoloratur. Sexto nota quod
nota hoc sepius contingit in facie quam in aliis partibus quia facies est magis subtilis cutis et porosa et ideo citius subintrat ille vapor. Septimo nota
nota circa illam literam Vapor autem si fuerit ibi causam septimi dicti effectus et fuit. Septimus effectus quod aliquando coruscatio interficit hominem vel aliud animal et tamen nullum signum combustionis vel divisionis est in illo. Huius ~~causa est~~ quia ille vapor est subtilis et est fortissimus ictus ~~et ideo~~ penetrat ad membra interiora vitalia et percutit ea et sic magis ledit ictu quam calore quia propter rarefactionem et subtilitatem penetrat quod non apparet vulnus. Octavo nota quod membra
nota vitalia dicuntur cor iecur et pulmo et dicuntur vitalia quia sunt interiora adiuvantia vitalis vita quod quando idem aliquod eorum leditur animal non potest
nota vivere. Nono nota aliquando homines moriuntur a tonitruo propter timorem quia mulieres vel sunt melancolica multum propter horribilitatem soni tonitrui et ideo sanguis currit ad cor ad subveniendum ei et derelinquit alia membra et sic suffocatur cor et homo moritur. Decimo nota circa illam literam Si autem sit grossus ubi reddit causam octavi effectus et fuit quod coruscatio aliquando interficit hominem vel alia animalia et apparet in eis signum combustionis vel vulnera et illius ratio est quia aliquando ille vapor est grossus et fortiter adurit et est fortiter calidus propter adhesionem materie et tunc subintrando facit vulnus et propter caliditatem illius ~~facit~~ vulnus vestigium adustionis et propter ligna a tonitruo percussa apparent in fissuris alba quia calor consumpsit humiditatem ligni et sic apparent ligna alba et sic sunt valde sicca illa ligna propter eandem causam. Circa vulnera que facit apparet ac si sit adusta cum ferro ignito et habet odorem sulphureum propter causam prius dictam et dicit Albertus quod hoc frequenter videtur et sepe fit contingit Secundum literam Seneca reddit causam

Seneca reddit causam

Hic Albertus reddit causam noni effectus prius dicti et dividitur in tres quia primo reddit causam Senece ~~…~~ improbat eam tercio reddit causam suam ~~…~~ ibi Hec autem solutio ~~tercio ibi~~ Secundum autem ~~…~~ sic Dicit primo Seneca reddit ~~causam~~ rationem de dolio percusso a fulmine dicens quod vinum adhuc stat ex fulgore quia quidem spiritus remansit super vino qui humidum coegit … et conglaciavit Subdit quod verisimile non est cum allegavit potuisset non aliud adductum sibi addictum. Tunc improbat illam opinionem suam solutionem dicens ~~Hec autem solutio~~ non est conveniens quia spirituale non

~~continet corporale~~ quale est humidum vini
Subdit ad hoc non est sufficiens supradicta
solutio quod scitur quod aliquid continet sed debe-
ret ostendi quid illud esset et hoc non
potest haberi ex dictis ponentis. Tunc ponit
propriam solutionem dicens secundum quod proprie-
tas vini fulminati sicut omnis liquoris
percussi est quod efficitur pestiferum et si quis
bibit illud moritur vel debilitabitur ut
oleum fulminatum fulmine enim illud vino
sive vel oleo vel cuicumque liquori quod
percutit immiscet vaporem viscosum
corruptum et sulphureum qui cum liquo-
re contrahitur liquorem ad modum pellis
viscose et illa pellis continet liquorem
ad tempus ne defluet diu tamen non conti-
nebit eum tunc declarat dictum suum
~~dicens~~ per signum dicens. Cuius autem sig-
num est si spolium talis herba misceatur
vino in magna quantitate contrahit
vinum viscositatem multam ex eo quod
cibus quod est viscosum valde et illa vis-
cositas propter calorem vini expellitur
circumcirca undique et ibidem inspissatur
quod non inspissata fuit etiam si trahitur
spina de dolio vini ad magnum tempus
nihil exibit. Nota primo circa litteram
nota — Primus effectus recitatus fuit quale-
quid fulmine percutit dolium cum vino
quod vinum stat ad tempus percusso dolio
ne defluat et hoc dicit ~~Seneca~~ illius
~~effectus~~ dedit talem quod ex fulmine
manet aliquid quod de spiritu qui continet
vinum ad tempus sed non potest diu continere
et hoc dicit esse verisimile quod dolium
non potest alligari nisi est aliquo alio
vinculo alligatum. Secundo nota Alber-
nota — tus in littera dicit esse solutionem esse
insufficientem ~~propter duo~~ primum est quod
spirituale non potest tenere corporale ~~sed~~
isti spiritus sunt ~~corporales~~ spirituales ~~vinum~~
autem est corporale. Secundo sic secundo est insuffi-
ciens ad hoc ex illo quod licet sciatur quod aliquid
continet vinum illud quod oportet dici

~~quod sit illud sed hoc non potest haberi ex dictis~~
Senece ergo solutio sua est inconveniens. Tertio
nota Albertus non reddit ~~causam~~ istius et dicit
quod vinum illud fulminatum tunc est viscosum propter
vaporem fulminis sulphureum immissum vino
et fit pestiferum sicut oleum etiam fulminatum
et quilibet alius liquor ita quod quicumque bibit
moritur vel debilitabitur et etiam est viscosum ad
modum pultium coctarum et ex tali viscositate
contrahitur et fit quedam pellicula in circuitu
et illa continet per tempus vinum ne defluet sed non
diu. Quarto nota ponit exemplum dicens nota
et dicit si sumatur herba que vocatur psilium in
magna quantitate et misceatur cum vino tunc
vinum fit viscosum propter hoc illa herba et illa
viscositas expellitur ad extremitatem ex
calore vini et sic generatur ibi pellicula ex
tali viscositate quod continet vinum sic quod aliquid si
extrahitur spina de dolio vini ad magnum tempus
nihil exibit propter pelliculam illam et sic etiam
est possibile in proposito ex viscositate quod generetur
talis pellicula que continet vinum per tempus.
Quinto nota quod causa quare liquores ful- nota
minati sunt pestiferi illa est quod illa viscosi-
tas que contrahitur in ipsis ex ~~sulphureo~~ vapore
sulphureo commixto eis corrumpendo istos
liquores etc. Sicut autem coruscatio

Sicud autem choruscatio liquida

Hic Albertus ostendit causam decimi effectus
et vult ~~dicit~~ autem quod sicut coruscatio li-
quida inficit et efficit pestifera ita similia
venenata comedita a veneno quod calore
suo exigunt in eis male humidum quod erat
venenosum et postea paulatim exspirat ab
eis vapor sulphureus et sic liberantur cada-
vera ab utroque veneno scilicet ~~humido naturali et~~
etiam vaporis sulphurei et tunc comedantur
talia corpora id est ex eis generantur vermes. Tunc
~~reddit causam~~ undecimi effectus ~~dicens~~
quod autem omnia fulminata habent ~~vaporem~~ odo-
rem sulphureum et sunt fetida valde hoc
est propter vaporem sulphureum qui sic generatur
ex ambe ~~et~~ siccitatis ignis est mixta cum terra

restrinctiue calor corrumpere et producere supple
istum vaporem usque ad untuositatem sulphuream
et talis vapor procedit de nubibus aquosis iste
terrestres vapores viscositates habentibus et sub
dit albertus et hec est generatio sulphuris ¶ Nota pro
nota tercia littera decimus effectus fulminis prius enumeratus
fuit quod fulmen percutit aliquod animal venenosum
putrefit spiritu vel huiusmodi tunc post percussionem pu
trescit et vermiculat quod tamen non faceret si esset aliud
non infectum. Illius causa est quia ille vapor con
tingunt humidum naturale in illis animalibus quod fuit ve
nenosum ergo quando ille exalatur commixta venenositas
non gravitatem vermiculant sicut alia cadauera sed
quando aliquo modo infirmatur tunc venenum non contingit
sed manet et hec non permittit generari vermes ¶
nota Secundo nota undecimus effectus fuit quod omnia percussa
a fulmine habent odorem fetidum sulphureum. Illius
ratio est quia emissus de nube aquosa et est composi-
tus ex terrestreitate et aquositate et ergo est conflis
materie unde generatur sulphur et ergo habet odorem sul-
phureum et dicit albertus quod consimilis materia unc-
tuosa commixta terra et aqua generatur sulphur ut
ipse in libro suo de mineralibus dicit ¶ Tercio no
nota duodecimus effectus fuit ille quod animalia percussa
a fulmine habent caput versus fulmen et hastu-
le ligni scisse a fulmine sunt erecte contra ful-
men. Istius causa est quia naturale animali est quod vitat
nocumentum et sic non
se contra nocivum comprehenso nocumento et sic non
fuit inde de qua preveniat nocumento per
cussionis et sic caput versus contra fulmen ¶
nota Quarto nota albertus dicit quod augures so-
lent prognosticare multa consimilibus effectibus sed de
illis prognosticationibus non est hic videndum sequitur
littera Oportet autem

Oportet autem inquirere etc.

Hec est septima pars principalis illius capituli in qua
dicit quid illud sit quod descendit de nube in
ictu tonitrui seu fulminis et dividitur in duas par-
tes quia primo iterat unam opinionem et illam impro-
bat secundo ostendit opinionem suam ibi propter illud et
huius similia. Primo dicitur ~~secundo~~ Oportet autem inquirere
nota Nota primo circa litteram quia prius dictum est quod
aliquid descendit de nube in ictu tonitrui et
scindit fortiter lapides et ligna dubium est
de hoc utrum hoc sit vapor solus vel aer
vel utrumque coniunctum vel neutrum ¶ Secundo nota nota
quod ad illam dubitationem quidem dixerunt
quod illud quod descendat de nube in ictu tonitrui
~~tonitrui~~ tonitruo non est aer non est vapor et primum
motiuum corpus fuit tale quod illud quod descen-
dit de nube minuit corpora dura sed
non aer non vapor potest minuere corpora
dura si est maior patet ad experientiam
sed minor probatur quia aer est corpus te-
nue et debile et sic similiter vapor ergo
non possunt diminuere corpora dura et ergo
dixerunt quod illud descendens esset
aliud corpus minerale compactum sicut
ferrum et huiusmodi ¶ Tercio nota secundum motiuum nota
fuit corpus est tale illud quod a quo corpore
tum corpus est tale illud quod ab eo corpore
faciliter impellitur hoc non potest fortissime
impellere alia sed aer est huiusmodi igitur
maior nota quia si cuilibet corpori cedit
non potest faciliter impellere alia sed
minor patet quia aer est obediens et
impulsioni ut prius dictum est et
similiter vapor et quia illud quod descendit
de nube fortissime impellit ut visum
est ergo non potest esse aer nec vapor nota
¶ Quarto nota tercium motiuum
corpus fuit hoc quod aliquod ferrum vel aliud
corpus minerale cecidit de nube
etiam dicit ~~albertus~~ quod corpus animalis
perfecti cecidit de nube sicut corpus
vituli mortuum sed generatio horum non
est ex simplici elemento ergo sequitur
quod non sit aer nec vapor quod descendit
de nube ¶ Quarto nota albertus dicit nota
quod illa ratio movebat antiquos
ad ponendum seu dicendum quod tonitruum
esset res divina ita quod deus faceret
in ictu descendere quidquid sibi placeret
propter hoc ut terreret homines ut dixit
~~pythagoras~~ quod Iupiter tonat ut timeant
hii qui sunt in tartharis ~~ut dicit aristoteles~~

in secundo physicorum. Sequitur littera. Si autem concedi[tur]

Hic Albertus improbat illam opinionem et ponit
aliam opinionem et veriorem et dividitur
quia primo facit hoc, secundo solvit motiva eius
opinionis ~~secunda~~ ibi quod autem obicitur. Prima
adhuc dividitur in duo: primo improbat istam
opinionem, secundo ponit opinionem propriam secunda
ibi quapropter hec et huiusmodi. Prima primo dicit sic
Si autem simpliciter predicta conceduntur termi-
nota nat opus nature etc. Nota primo circa litteram
Albertus improbat opinionem prius positam
duplex ~~primo~~ sic quod illa opinio esset vana scilicet
quod deus de nube quicquid sibi placeret
et quod effectus coruscationis esset opera
dei immediate tunc sequitur quod periret
opus nature et quod nulli illas habere opera-
tiones consequentes ~~ff~~ quia multa sunt opera
nature consequentia probatur quia si deus imme-
diate sine causis naturalibus produceret
illos effectus eadem ratione produceret
omnes alios effectus et sic periret omnia
opera nature et contra hoc est ~~commentator~~ octavo
tertio physicorum qui dicit primum auc-
tum non agit nisi secundum antiquissimum
id est prima causa non agit aliquid
nisi mediantibus causis secundariis scilicet cor-
poribus celestibus et illa sunt agentia na-
nota turalia etc. ~~Sedo~~ Nota secundo improbat hoc
quod aer et vapor non possunt scindere cor-
pora dura sicut ipsi dicunt quia aristo-
teles dicit in secundo de anima quod aer in
ictu tonitrui scindit ligna, modo lig-
na sunt corpora dura, ergo aer vel vapor
nota possunt comminuere corpora dura. Tertio
nota secundum veritatem potest dici quod deus
sit causa efficiens illorum effectuum me-
diantibus causis naturalibus quia ipse est
supremus rector nature ut dicitur duodecimo
methaphisice quod natura regitur ~~ab intelligentia~~
non errante ~~et ge~~ cause naturales sunt
a nobis querende et investigande et quia
sunt nobis propinquiores quam prima causa

quia scientia abstractorum est a nobis multum difficilis
ut patet secundo methaphisice. Quarto nota ponit nota
tunc opinionem propriam quod illud descendit de nube
et quod sic impellit est aer et vapor simul, aliquando
autem est aer solus quando vapor non impellitur
usque ad terram, nunquam autem est vapor solus
quia semper vapor est in motus aeris. Quinto non nota
probat tunc quod vapor et aer possunt facere for-
tissimos ictus, quia illud quod fortissime impellit
et fortiter a primo impellente hoc potest facere for-
tes impulsus sed aer et vapor sunt huiusmodi
etc. ~~maior~~ nota quia motus violentus est
semper fortis in principio et debilis in fine sed
~~minor~~ patet quia primum impellens puta frigus
loci fortiter impellit vaporem et vapor im-
pulsus impellit aerem et aer fortiter impul-
sus fortiter impellit alia. Sexto nota de-
clarat per signum quod aer vel vapor fortiter
impulsus possit impellere ~~hoc~~ patet in ventis
quia vapor venti impulsus aliquando media regionis
facit fortes impulsus ventorum similiter in terre
motu vapor impulsus aliquando terre fortiter
amovet terram et sic patet quod vapor impulsus et
aer possunt alia impellere. Sequitur littera Si autem ob[icitur]

Hic Albertus solvit motivis predicte opinionis et
~~dividitur~~ quia primo solvit duas rationes predicte
opinionis ~~secundo~~ solvit duo experimenta eiusdem
rationis sive reddit causam naturalem duorum ex-
perimentorum adductorum secundo ibi quod autem inveniuntur
~~prima dicit sic~~ Quod autem obicitur primo et secundo
id est in primo et secundo argumento facile solvitur.
Nota primo circa litteram opinio quod dicit quod descen- nota
sus de nube in ictu tonitrui non esset aer
nec vapor, solvit per se duas rationes quas
albertus ponit in littera et fuit prima talis quod
illud quod est tenue et facile cedens non potest co-
minuere dura corpora sed vapor est huiusmodi etc.
Ad hoc respondet albertus quod aer et vapor possunt
dupliciter considerari uno modo secundum se et absolute
accepto impulsu violento, alio modo secundum
quod sunt violenter impulsa modo ~~primo modo~~ conside-

circa talem faciunt impulsum vel violentiam. Secundo
modo considerata faciunt fortissimos impulsus. Secundo
nota nota quod aer tunc dicitur esse cum impetu et similiter vapor
quando vapor impellitur fortissime a frigore medie re-
gionis et vapor impulsus impellit aerem for-
titer cum enim illa duo descendunt cum magno im-
petu et faciunt magnam violentiam scindendo corpora
nota dura. Tercio nota secundum intencionem corpus sunt quod illud
quod facilius impellitur a quolibet alio hoc non impel-
litur fortiter alia sed aer et vapor sunt huiusmodi ergo
etc. Ad hoc respondet Albertus negando maiorem
quia illa que facilius impelluntur illa facilius susci-
piunt impressionem violentem et sunt subiectum violen-
tie intensius et hoc possunt alius fortius impellere
alia quam illud quod recipit violentiam et impulsum
extrinsece tantum et sic aer et vapor intensius et po-
tius violentiam recipiunt et impetum et sic violenter
possunt fortius impellere quam aliud corpus du-
rum quod recipit solum impressionem extrinsece et non in-
nota trinsece. Quarto nota quod illa dicuntur recipere vi-
olentiam intensius et potius que recipiunt eam in pro-
fundo et superficiem illa autem potius tantum que
suscipiunt eam in superficie. Modo aer et vapor
quia sunt tenues et rari possunt impelli in profundo quia
non resistunt. Alia autem corpora dura non possunt quia
resistunt et ergo illa dicuntur solum recipere violentiam
impetus extrinsece tantum est sed corpora dura
suscipere sic violentiam intensius et potius multo
fortius impellerentur quam aer vel vapor nec
autem non tunc quia non tam fortiter impelluntur nec
possunt impelli. Sequitur ~~[illegible]~~ textus ut metalla

Hic Albertus solvit illa duo argumenta que ad-
ducit illa questio et potest dividi in duas partes secundum
duo argumenta secundum ibi corpora autem talium
~~primo dicit sic~~ textus ut metalla cadunt de
nube contingit propter commixtionem vaporum elevate
totum etc. Nota primo circa litteram prima opinio
nota illorum opinionis fuit hec quod aliquando cadit ferrum vel
aliud corpus metallicum de nube illorum causa assig-
nat Albertus ~~dicens~~ quod aliquando elevantur ad aerem
vapores terrestres turbulenti qui declinant
ad naturam sulphuris et argenti vivi commixtione

illius fit ferrum vel tale corpus metallicum
quia ex sulphure et argento vivo generantur
omnia metalla ut prius dictum est. Secundo nota
nota ipse dicit quod ferrum frequentius
cadit quam aliud metallum de nube
et ideo est quod ferrum generatur ex vapore terrestri
luculento et viscoso et talis vapor sepe
elevatur ad aerem. Tercio nota illa nota
massa ferri que cadit de nube est disposi-
ta ac si sit composita ex parvis granu-
lis puta milii vel piperis. Illa causa est
quia cum ille vapor viscosus elevatus
est ad nubes tunc constringitur ad latera
nubis et quia est viscosus conglobatur
et sic a nube vicina distillat sicut
guttule pluvie et sic congelantur et manent
sic distincte tamquam pluvie guttule. nota
Quarto nota secundum commentatorem fit
quod aliquando cadit corpus ac talibus [illegible]
de nube sicut Avicenna dicit semel
vidit cadere de nubibus corpus vi-
tuli et dicit Avicenna hoc fuit propter for-
tem celi et forti constellacione qui
ponit vaporem figurate ad modum
vituli. Quinto nota quod hoc non fuit nota
verus vitulus nec corpus vituli sed
fuit vapor ad formam vituli figura-
tus. Sexto nota ostendit quod vero nota
contingit quod sic cadit corpus talis
de nube quia vero est constellacio tam
fortis quod possit vaporem vigorare
ad formam vituli. Septimo nota dicit nota
quod omnia metalla que cadunt de nube
composita quod non possunt fabricari
quod fabricabile debet esse tale quod
cum igne liquescat sed illa metalla
non liquescunt sed ignita resolvuntur in
cineres et hoc est propter siccitatem.
Octavo nota quod quidam dicunt
quod massa ferri que cadit de nube
generatur sic quod viscosum terre humidum
constringitur ad latera nubis frigide
et ex tali constrictione calescit et ex-
stillat corpore humiditas guttatim

~~et collis guttis congelatis generatur massa~~
alij autem dicunt quod ex collo terrestri mane-
te tunc generatur et hec est magis conforme
lre quod dicit quod talis massa sit collecta
ta. Nono nota epylogat autor dicta
et dicit quod sic sunt dicte cause naturales
effectuum predictorum sequitur lra tertia at

Tempus autem hab[et] in

hic est septima pars illius capituli in quo
albertus ostendit tempus universale corus-
cationis et tonitrui et diuidi[tur] in tres
quia primo facit hoc secundo ostendit locum
generationis earum tertio ostendit quod Jupiter
habeat uirtutem super tonitrua et co-
ruscationes secundum ibi eodem autem fa
cilius sunt tertia ibi quod autem uirtutem
habeat Jupiter prima adhuc diuiditur
quia primo facit hoc secundo eodem infert
correlarium secundum ibi quod autem sunt
prima adhuc diuiditur in tres secundum
quod probat dictum suum in talibus rationibus
secundum ibi adhuc autem tertia ibi amplius
quanto primo dicit sic. Tempus autem
habent impressionum que sunt tonitrua
et coruscationes sunt precipue de estate et
nota primo circa lram conclusio una
et est talis quod tempus generationis ipsi-
orum illarum tonitrui et coruscatio-
nis est in estate illa probatur sic in
lra simplici ratione prima est hec quod ille
impressiones generantur ex vapore ter-
reo ex sicco terre sed quod generantur in estate
tempore magni caloris consequentia
probatur quia ad educendum vapores de
visceribus terre requiritur fortis calor et
talis est in estate ~~aut tunc~~ probatur
quia isti grossi vapores non eleuantur
a superficie terre ubi terra est rara et
subtilis et similiter aqua et ex sicco ubi
terra est grassa et aqua ~~sic~~ ergo vapores
ex quibus ille vapores generantur eruuntur
in visceribus terre quod autem terra et aqua
sint in superficie subtiliores qua

in profundo hoc est propter calorem solis lenificantem
et subtiliantem ea in superficie. Secundo nota ibi nota
sunt ~~secundo~~ ratio ad idem probandum et formetur
sic illud quod generatur ex vaporibus terrestribus siccis
et adustis hoc generatur tunc in estate sed ille impressi
ones ~~sunt huius~~ igitur ~~maior nota~~ quia calor
adurens est tunc in estate sicut prius dictum est
sed ~~minor~~ patet etiam ex prius dictis. Tercio nota nota
ibi amplius ibi sunt ratio tertia et potest formari
sic illud quod fit a frigore fortissime impellente
hoc fit in estate tunc sed ille impressiones sunt
huius igitur maior nota quia in estate est frigus
medie regionis fortissime impellens sicut
patet ex prius dictis. Quarto nota auctor reddit nota
causam in lra quare in estate frigus impellens
quia in estate impellitur frigus ad unum locum scilicet ad
mediam regionem aeris et ergo unitur et fortificatur
ibi quod autem sic pellatur patet quia calor est fortis
circa terram ex reflexione radiorum solarium
talle pellit de frigus hoc circa terram ad mediam
regionem. Quinto nota diceret aliquis tamen auctor
prius dixit quod tonitrua et coruscationes
haberent fieri circa equinoxia et hoc est in vere
et autumpno ~~uno dicit oppositum~~ dico quod prius
dixit intelligendum est in aliquibus climatibus
hic autem loquitur videtur de communi tonitruo. Sexto
nota diceret aliquis ~~ac~~ auctor videtur nota
esse superfluus quia etiam prius dixit de tempore
generationis illarum impressionum et nunc idem
in sui. ~~dico~~ quod non quia prius dicebat tempus
earum in speciali in quibusdam climatibus
et concedente hic autem ostendit tempus gene
rationis earum videtur quantum est de se. Sed
diceres tamen tamen prius dixit quod aliquando audiuntur
tonitrua in hyeme dico quod hoc est per accidens
et ergo lra dicit precipue et lra eodem autem sunt

Ex hoc autem quod dictum est

hic infert correlarium eodem et diuiditur
quia primo facit hoc secundo remouet instantiam
ibi licet autem aliquando primo dicit sic ex
hoc autem quod dictum est sequitur quod generatio illorum scilicet
tonitrui et choruscationis et. Nota primo nota

cum litteram dictum est prius quod ille due impressiones scilicet
tonitruum et coruscatio non generantur nisi in estate
propter magnum calorem et tempore magni caumatis. Postea
infert talem conclusionem quod postea sequitur quod generantur
post serenitatem aeris licet tamen in
generatione earum obnubiletur quia ille impressiones
non generantur post serenitatem nisi sint nubes. Secundo
nota ut sit completum habet duo primo quod ille
impressiones generantur post serenitatem [struck through]
est quia in serenitate est fortis inflexio radiorum
solarium circa terram ex qua generatur fortis calor
qui potest illos vapores extrahere secundum si esset
nubes ipse impediret fortem inflexionem quia
impediret inflexionem radiorum in superficie terre
ergo quia est fortis calor hic circa terram impellit
totum frigus ad mediam regionem aeris et ex congre-
gatione illorum vaporum frigorum sunt fortia
contra contrario quia isti vapores grossi non possunt
tamen elevari tempore nubiloso sicut sereno. Ter-
tio nota [struck through] quod habetur [struck through] est quod quia licet
ille impressiones generantur post serenitatem quando
tamen generantur sunt nubes et ratio illius est quia
tonitruum nichil aliud est nisi ruptura nubis a-
quose et coruscatio nichil aliud est nisi vapor
inflammatus et expulsus de nube frigida ergo
necesse est esse nubes in generatione earum. Quarto
nota circa illam litteram licet autem ubi innuit
instantiam. Diceret aliquis contra hoc quod hic dicit
quod numquam sunt ille impressiones nisi aer sit nu-
bilosus quia videmus aliquando in estate co-
ruscationes de vespere et cum tamen est serenitas
et non sunt nubes. Ad hoc respondet Albertus quod ubi-
cumque sunt nubes ubi generantur coruscationes licet
nos propter distantiam videamus et huius signum est
quod tales coruscationes apparent supra orizonte
et ubi apparet aliqua nigredo in illa nube
cum color albus et lucidus potest videre in moenibus
quando color niger et ignis coruscationis est ta-
lis coloratus nubes ubi est nigra ergo videmus
coruscationem et non nubes. Secundo continens autem ostenso

Generatis autem similiter fatur

hic Albertus ostendit loca generationis earundem
et dicit sic. Secundo continens autem similiter fatur
duplex locus illarum impressionum scilicet lo-
cus ubi generantur secundum formas suas et
locus unde extrahitur et elevatur materia
illarum. Nota primo circa litteram quod duplex
est locus generationis illarum impressionum
sicut aliarum scilicet locus ubi generantur
et locus unde extrahitur materia. Secundo
nota quod locus in quo generantur ille
due impressiones est altus in media
regione aeris quam loca in quibus
generantur alie impressiones humide et
illius [struck through] est causa quoniam una
tangitur in littera [struck through] quod frigus fortiter
depellitur a calore hic circa terram et
ergo fortius fortificatur in terre medie
regionis et ergo tunc potuit vapo-
rem fortius congregare et facere for-
cia tonitrua. Secunda causa est quia
ille impressiones ut dictum est ge-
nerantur in tempore quo est fortis calor
et tunc possunt vapores altius elevari.
Tertio nota declarat hic per signum
quod ille impressiones generantur altius quam
alie impressiones humide quia quando sunt
fortia tonitrua tunc est magnum spatium
temporis inter hoc quod videmus coruscationem
et audimus sonum tonitrui et hoc arguit
longinquitatem ipsius tonitrui ab au-
ditu nostro quod tarde sunt sicut soni mul-
tiplicantur nobis. Quarto nota quod locus
unde illa materia extrahitur est grossus
et humidus habens humorem aque et terre
sine conglutinatum quia ille vapor propter
sine conglutinationem potest a calore nubis for-
tius condensari et inspissari et ille
locus est in profundo terre ubi terra est
grossa et aqua terrestris. Secundo diceres
tu quod est causa illius quod aqua et terra
in profundo terre sunt grossiores quam hic
in superficie supra nos. Dico quod ratio illius
est quia terra hic apud nos in

supficie qui cadunt arridis solaribz
et isti pcilorem subtilitate eam in supe
ficie et situ e de aqua &c. Et ut dicitur

Et autem virtutes habe

Hic albertus ostendit virtutes quas habz
iupiter sup tonitrua et corusc. quia
primo facit hic ~~secundo epylogat~~ ita dicta
sua in illo capitulo ibi et hic de tonitruis
~~primo dicit~~ Et autem virtutes ha
beat iupiter in tonando etc. Nota primo
no circa literam Albertus vult hic reddere cau
sas quare philosophi attribuerunt Jovi to
nare quia non sua causa et non vult red
dere eas augurum qui continuantur
no in his physis. Secundo nota quare iupiter
dicitur habere virtute tonandi e quia iupiter
e planeta calidus et humidus ergo
pt levare multos vapores unde ge
nerantur tonitrua et maiore quando co
iungitur in aliquo aspectu forti h aspi
cit marte in estate scz in signis
septentrionalibz ut geminis vel i ~~canc~~
no cancro vel in leone. Tertio nota quod
iupiter et mars sunt in tali constellatione
ut dicitur in litera coniunctis pnt duo pnosti
care primo quod in isto anno erunt multe
coruscationes et tonitrua ppter ~~causam~~
causam iam dictam in litera. Secundo pt p
sciri quod erit pestilencia hominum ppter
corrupcionem aeris corruptis vaporibus
quia sol et iupiter elevat istos vapo
res et mars coburendo incendit eos
vapores et sic aer cui comiscetur
no fit venenosus. Quarto nota alia
causa erit eiusdem pt esse quia
mars e siccus et siccat humidum
radicale in hominibz et aliis animalibus
et cum tempore etiam sit siccum ppter talem
siccitatem sive coniunctionem ppter alicui
accidere mors. Quinto nota quod tali
etiam constellacione martis et iovis
pt pdici sterilitas terre quia mars
coniunctando coburit terra etiam conced

constellatione pnt pdici bella et multitudines
guerrarum quia mars coniunctando facit homines
colericos et quod cito commovent ad litem et ma
iore facit pnopes colericos et bellicosus
quia illi habent humidum subtile quod cito conficitur
et cito calescunt et tunc epylogat ut patet in
litera &c. ~~capitulum~~ Terre motus

Terre motus autem

Hic e capitulum octavum illius tractatus et
~~terminat~~ sic prius determinavit de tonitru
et coruscacione que generantur ex vapore sicco h
modo determinat de terre motu et ~~corusc~~ in
tres. In prima parte ostendit causam materialem
terre motus et locum generationis et causam
efficientem. In secunda parte ostendit terre egressum
eius de terra ~~tertio~~ declarat quedam accidentia
circa ipsum. ~~secunda~~ ibi ~~corpus~~ autem duobus
tertia ibi egressus autem eius. ~~prima adhuc~~
~~corusc~~ in tres quia primo ponit causam ma
terialem secundo causam efficientem ~~tertio~~ locum
generationis eiusdem. ~~secunda~~ ibi efficientem
autem. tertia ibi locum autem. ~~primo dicit~~
Terre motus autem habz causam materialem
vaporem grossum siccum valde terrestrem etc. no
Nota primo circa literam primo habet causa
materialis terre motus et est vapor grossus
terrestris scz dicebatur talis vapor e ma
teria ~~vaporum~~ ventorum ergo non e materia terre
motus. et cum illi sit distincte in pmissiones
dico quod ille vapor grossus terrestris duo
pt considerari uno modo prout elevetur supius
ad aerem. alio modo prout manet inclusus
in visceribz terre. primo modo e materia ventorum
secundo modo e materia terremotus. Secundo nota no
~~complicata~~ habemus causam efficientem terre
motus et e causa efficiens eius vapor
salis qui e penetrativus et penetrat ve
ntre terre et complicatur ut patet ad generationem terre motus
requiritur fortis calor quia talis pt pene
trare adventre terre. Tertio nota complicata no
habetur locus generationis terre motus et e
locus complicata et constricta in superficie

est venter terre cuius pori sunt constricti in superficie
no — Quarto nota auctor assignat tres causas quare terra est opilata et est prima talis quia quedam terra non est arenosa et tamen est propinqua mari ita quod fluxus et refluxus maris sit ad terminos eius et humiditas maris replet poros terre et sic terra opilatur quia humidum replet poros.
no — Quinto nota quod secunda causa opilationis terre est quia quando sunt multe pluvie continue tunc similiter cum humiditate replentur pori terre et sic terra opilatur.
no — Sexto nota tertia causa opilationis terre est quia aliqua terra est multum saxosa et minerosa ita quod in ea generantur multe lapides et minere et propter hoc est solida et constricta et vapores non possunt exire.
nota — Septimo nota quod tunc habetur modus generationis terremotus et est talis quia quando calor solis est fortis et penetrat ad ventrem terre contrahit multos vapores grossos siccos et calefacit eos et quia tunc terra est opilata quia isti vapores non possunt exalare per poros sed manent inclusi et multiplicantur quia fortiter agitantur a contrario scilicet a frigiditate terre et tunc petunt exitum et tunc violenter exeundo scindunt terram et commovent eam aliquando ad magnum spatium ab isto loco propter hoc quia iste vapor diffusus fuit in terra et talis vapor exprimendo ad partes frigidas inflammatur et sic generatur ignis de terra et incendit edificia.
no — Octavo nota auctor ponit quandam distinctionem vaporis qui est materia terremotus dicens quod aliquando est multus aliquando paucus aliquando est subtilis et aliquando grossus aliquando est calidus adustus aliquando est frigidus in potentia et secundum talem diversificationem diversificatur et terremotus. Hec lectio capituli ante.

Exitus autem

Hec est secunda pars principalis in qua albertus ostendit tempus egressus illius vaporis de terra et cum hoc ponit multiplicitatem modi generationis terremotus et dividitur in duo primo facit hoc secundo inmovet dubium. Ubi videamus tamen primo dicit sic capitulo ante duobus scilicet loco et materia

nota — Nota primo tertium tempus quando terremotus est circa equinoctia id est sole existente circa arietem et libram et ratio est quia tunc sunt multi vapores terrestres et grossi in visceribus terre et illa non possunt contrahi per virtutem solis nec possunt exire propter opilationem terre et quia violenter exeundo scindunt terram et faciunt terremotus.

nota — Secundo nota dicit aliquis et tamen semel in lombardia erat terremotus per longum tempus sole existente circa tropicum hyemalem quare videtur quod hoc sit falsum. Respondet albertus quod accidit per accidens quia in estate erant multi vapores terrestres et grossi resoluti per calorem solis et non contracti de terra et illi erant confusi in terra et erant diffusi per totam yemem et tamen in hyeme pori terre essent opilati et isti vapores terre ad hoc agitarentur violenter et impetus commovebant terram et fiebant motus terre et durabat diu terremotus bene per ... dies propter hoc

nota — quia vapores erant multi. Tertio nota quod ille terremotus cessabat de die et veniebat de nocte circa mediam noctem et illius ratio est quia in die per calorem solis subtiliabatur quod non potuit movere terram in nocte autem ad hoc movebatur nocte inspissabatur et sic movebat in nocte.

nota — Quarto nota quod tempus speciale terremotus est quod si essent eadem ma[teria] quod esset de mane et in meridie quam in aliqua alia parte diei et ratio est illius quia aliquando ille vapor est paucus et fuit condensatus ad hoc quod non movebat de mane et noctis quod non movebat de mane ad adveniente sole quia paucus est subtiliatur et movet de mane. Aliquando autem est multus et grossus et tunc non potest subtiliari per virtutem solis nisi circa meridiem quando sol est fortis et ...

nota tunc venit ad meridiem. Quinto nota quod
frequentius est de nocte terre motus quam
de die, sed aliquando per accidens est de die
quando non est tanta subtiliatio de nocte aut
tunc condensatur frigus et sic fortior
ad commovendum de die. Autem ut frequen-
tius subtiliatur de sole quod non potest facere
fortem motum. Et cetera. Littera Egressus autem

Egressus autem

Hic Albertus ostendit divisionem acciden-
tium terre motus quia facit
sic. Secundo ponit unum exemplum de terre
motu. ubi exemplum autem de
terre motu in tot
secundum quod ponit effectus terre motus
prout patebit . Dicit autem
quod sed egressus terre motus quando va-
por est paucus subtilis et pori terre
sunt laxi id est non multum oppilati
et tunc potest sine sono et non inducit nisi
parvum tremorem. Nota primo circa
litteram Albertus in littera ponit alias
divisiones et conditiones terre motus
ex quibus ipse inducit causas effectuum
et est prima talis quod aliquando ille vapor
est paucus et subtilis et pori terre sunt
laxi id est non multum constricti et tunc
potest sine sono et inducit parvum tremo-
rem. Quia ille vapor est pau-
cus et subtilis et tunc egrediens
facit parvum tremorem et parvum sonum
sicut sonum serpentis. Secundo nota
nota quando vapor cum sit paucus et sub-
tilis et pori terre sunt laxi egreditur
sine tremore et sine sono quia est paucus
et non potest fortiter movere et quia subti-
lis transit per poros terre non multum
constrictos sine violentia et facit sonum
nota Tertio nota causam illius quod vapor
est subtilis et paucus et pori terre
sunt oppilati fortiter quod tunc facit sonum
vel unum sibilum et quia est paucus et non
facit sonum et quia debilem cuiusmodi

est sibilus. Quarto nota ubi divisio que nota
invenitur in littera est talis quod quando ille vapor
est grossus et spissus et pori terre sunt fortiter
constricti. Quinto nota divisio quod invenitur in littera nota
quod sic si talis vapor est spissus et grossus
et pori terre sunt fortiter constricti et non adinvicem
a calidus a adinvicem. Sexto nota quarta nota
divisio est illa quod ille vapor aliquando est vapor
unius venti et aliquando autem vapor ventorum opposi-
torum sicut aquilonis et austri subsolani et fa-
vonii. Septimo nota quinta divisio est quod terre nota
motus est aliquando est in loco ubi sunt aque
sicut sunt in littore maris vel alicuius aque
aut in loco ubi non sunt aque. Et cetera. Littera Sic

Si est nimius frigidus

Hic Albertus ponit divisionibus premissis red-
dit causas effectuum terre motus
nimis frigidus in loco non aquoso
et multus et pori terre oppilati. Nota primo nota
circa litteram si ille vapor est multus et frigidus
in loco ubi non sunt aque tunc elevabit terram
et facit motum et videbitur sicut montes et col-
les. Secundo nota quod aliquando talis vapor nota
est ita fortis quod terram elevatam prout de lo-
co suo et tunc manet una parte mons et
in alia parte vorago. Si autem non est ita fortis
tunc postquam iste vapor exibit de terra ergo
residet ad fundum ad locum suum et sic patet quod
aliquando ex terre motu generantur montes et [illegible]
terre [illegible] sunt ut plurimum [illegible]
constrictam [illegible] non potest vapor [illegible] et sic
aliquando elevat terram et hoc est primum accidens
terre motus. Tertio nota circa illam litteram nota
Si autem est frigidus multus ubi vult dicere
si ille vapor est frigidus multus et pori terre
sunt oppilati et est in loco ubi sunt aque supra
faciem terre et tunc aliquando ille vapor absorbet
illas aquas ad quas dominatur de illa terra eleva-
ta residet ad fundum. Quarto nota de hoc nota
ponit Albertus exemplum quod in partibus suis
in loco qui dicitur [illegible] et fuit [illegible]
fluvius absorptus per unam [illegible] terre motum

De terre motu

propter unum de tribus iam sentiebat diminutio aque
supra vel infra et hoc habebat pro magno
miraculo / postea vero terra que fuit elevata re-
sidente redivit aqua in locum suum tempore super-
veniens videtur hoc factum ex terre motu et propter hoc
est etiam quod dicitur de tumulis [...] quod transit
per [...] quod aliquando intrat voragines terre
et transit sub terra per quinque leucas vel plus
hoc factum per terre motum quod sic percussit terram de
loco suo et fecit voragines quas dicunt vul-
gares in infinitate profunditatis ex quo non
potuit mensurari profunditates earum et hoc tangit
cum dicit Si autem fuerit in profundo terre aperit
terram et facit eam aperiri / Quinto nota circa illam
no litteram Si autem vapor siccus ibi vult dicere
quod aliquando ille vapor est siccus adustivus
et est in loco opilato non aquoso tunc egredi-
ens de terra exsufflat cineres combuste terre
ita quod aliquando operit civitates vicinas et
destruit eas sicut quidam dicunt accidisse
illis civitatibus sodome et gomorre quod tamen
non est credendum / Sexto nota circa illam litteram
nota quandoque etiam Ubi innuit aliud accidens et dicit
quod aliquando ille vapor de quo dictum est prius
quod obstruit hostia fluviorum et compellit quod pro-
icit terram ad fluvios et sic obstruit meatus
fluviorum in una parte et faciunt eos transire
per aliam ubi prius non transierunt et compellit pt
sic quod locus ubi prius transiunt aqua fit te-
rridus et terra et hoc contingit in prius aquis in
magnis tamen non contingit nisi per virtutem celi
no Septimo nota ibi Si autem est vapor oppositus
Ubi vult dicere quod quando ille vapor est vapor
ventosus oppositorum hoc est valde commixtus
quod tunc unus occurrit alii et inviat eum ele-
vare terram et facit magnas voragines
et unus movet aquam veniens ab una parte
et alius ab alia parte ~~et sic~~ in occursu aquarum
faciunt aliquando diluvium periculosum et
propterea quod obstruit hostia fluviorum
ad fluxum consuetum quia tunc aqua intrans
voragines et inveniens meatus obstructos

et sic redundat cum impetu Octavo
nota quod aliqua littera dicit de vapore
oppositorum ventorum hoc est intelligendum
sub terra et non supra terram Secunda littera Exem-

Exemplum autem de

hic albertus ponit exemplum de hoc
quod sit terre motus et dividitur quia primo
facit hoc ~~secundo~~ ostendit signa prece-
dentia et sequentia terre motum ~~tertio~~ epy-
logat ~~secundo~~ ibi signa autem / ep[ilogat]
dicit sic ~~exemplum~~ autem de terre
motu ponitur in ovo et in castanea
quod si ponatur non confractis corticibus
ad Nota primo circa litteram Sic fuit nota
[...] imaginetur de motu terre auctor
ponit exemplum sensibile / Prima
quandoque ponitur ovum vel castanea ad
ignem non fractis corticibus tunc va-
por interior subtiliatur a calido et calor
rarefit ~~et ergo~~ hoc occupat maiorem
locum quam ante et ergo quando tamen rarefit
quod non potest continere in testa corrumpit
violenter testam et aliquando proicit ovum
vel castaneam ~~ab igne non confractis~~
~~corticibus~~ contra ignem et sic etiam
in terre motu quando terra est opilata et
vapor non potest exire commovet vio-
lenter terram et aliquando proicit eam de lo-
co suo ut prius dictum est / Secundo nota nota
signa precedentia terre motum sunt duo
primum est frigiditas circa terram quando
propter frigus homo sustinere manum non
potest circa terram et hoc est ~~circa terram~~ propter
vaporem frigidum insultantem de terra
Secundum signum est quod subterra au-
ditur quidem sonus sicut sibilus hoc
propter motum vaporis subterranei
ex hiis duobus signis potest prenosti-
cari terre motus / ~~tertio nota~~ quod signa nota
sequentia terre motum sunt caligines
et tenebre obnubilantes stellas et

etiam lumen et hoc propter vapores grossos posi-
teres de terra qui obumbrant aerem et
sic dicitur quod in passione Christi tenebre
facte sunt usque ad horam nonam qua
tunc fuerunt et multi terremotus Quin-
(no) to nota epylogat illud tempus de terra
sequitur tandem videre

Sequitur tandem videre

Hic est capitulum nonum illius tractatus
in quo albertus determinat de vento turbinis
quod primo facit hoc ostendendo
generationem eius per se secundo ostendit generationem
eius per accidens ibi fit etiam
quandoque turbo per accidens primo adhuc
duo primo ostendit eius ge-
nerationem ostendit eius effectus
secundo ibi effectus autem eius
sic Sequitur tandem videre de vento
turbinis aliud est nisi concursus
duorum ventorum eque fortium venientium
ex opposito obviantium sibi ex quibus
fit una convolutio ventorum ascendens
et descendens qui vocatur turbo et de
eius determinatione est facile scilicet per
dictum quod prius dictum est satis de ven-
tis et quod non differt ab aliis ventis
(nota) nisi per accidens Secundo nota dicitur notat
quorum unus est eque fortis alteri
si unus esset fortior altero tunc fortior
depelleret debiliorem et sic non
(no) fit ventus turbinis Tertio nota quare
ventus turbinis apparet circulariter in-
moveri in aere quia ex occursu illorum
duorum ventorum oppositorum fit quedam
convolutio et unus resistit alteri et removetur
versus plagam unde ipse venit
et sic fit quedam circulatio circularis
(nota) Quarto nota quod adiectum tonitruis
requirit duo primo quod sint duo venti
oppositi sicut orientalis et occide-
talis vel meridionalis vel septen-
tronalis secundo requirit quod sint equefor-
tes propter causam dictam Sequitur

Effectus autem eius est

Hic est secunda pars capituli in qua albertus ostendit
effectus turbinis Effectus autem
eius est quandoque elevatio pulveris de terra et
quandoque eradicatio arborum scilicet quod supple illi
venti sunt fortiores vel debiliores etc. Nota (nota)
primo circa litteram auctor dicit quod duo sunt effectus
turbinis scilicet quod elevat pulveres et alia cor-
pora levia de terra sicut sunt stramina vel ve-
stes Secundus effectus est quod eradicat ar-
bores et hoc quando illi venti sunt fortes Secundo (nota)
nota reddit causam illius quando elevat pul-
veres quia contingit aliquando quod ventorum ex oppo-
sito venientium unus est debilior alio et tamen
resistit sibi et tunc alius impellit eum et sic fit
quod pulvis elevetur et rapitur ab isto vento et
involvitur secundum circulum et tunc apparet turbo
moveri circulariter circa terram sicut rota mole
dum nunc ascendendo et nunc descendendo Tertio
nota quod multi alii effectus mirabiles contingunt (nota)
propter ventum turbinis scilicet subversio edificiorum et etiam
aliquando rapiuntur homines per istum ventum et ducuntur
ad aliquod spacium sicut quidam vectus per istum
ventum credidit se ductum esse a dyabolo et ergo
dicunt vulgares quod dyaboli sunt sic in istis
ventis qui ista operentur Quarto nota (nota)
turbo aliquando generatur per accidens quando unus ventus
non potest habere meatum sed impeditur in flatu
suo et hoc frequenter in strictis locis et an-
gulosis ubi ventus non potest habere meatum
Quinto nota quod illi venti turbinis generati per (nota)
accidens sunt etiam effectus tales scilicet elevant
levia de terra sed sunt alta sicut in vento tur-
binis per se generato et etiam aliquando elevat
homines de terra sicut accidit illis mercator-
ibus sedentibus ante civitatem in curribus
quod elevantur ab illo vento per cursum ad curribus
peritas et sic credit hoc a dyabolo factum esse
Sequitur restat videre

Restat videre

Hic est capitulum decimum illius tractatus et

determinat sic quibus albertus determinat de im-
pressionibus generatis ex composito generatis qui ymper-
ro irradiatur a sole vel stellis / hic incipit determinare
de illo qui generatur ex vapore coniuncto lumine solis
vel stellarum cuiusmodi sunt yris yris colores am-
bulacione et similia talium et dividitur prius capitulum in septem
partes primo ponit intentum suum secundo ostendit
generationem yridis tertio ostendit causam coloris y-
ridis quarto ostendit quod non fiet quinto
ostendit tempus yridis sexto ostendit quod antiqui
senserunt de yride septimo ibi sciendum quod yris
tertia ibi colores autem quarto ibi circulus ille
quinta ibi de ca... aristotiles ait sexta ibi
de yride dicit ysidorus primo dicit sic ostendit
vide causas generationis ex vapore / Nota primo
no quod omnes ille impressiones que generantur in litteris generantur
ex reflexione vel admixtione luminis solis vel
alterius stelle cum vapore / Secundo nota quod per cir-
no culum solis et parvulum lune auctor intelligit ha-
lo / Tertio nota quod deinceps determinat in fine
no per generationes alicuius quia cognito illarum
non potest haberi sine illis etc. licet sciendum quod

Sciendum quod yris sedum

hic est secundum partis capituli in qua ostendit generationem
yridis et dividitur in tres primo facit hoc secundo
declarat hoc per quoddam signum tertio respondet
tacite questioni secunda ibi huius signum potest
aristotiles tertia ibi et licet sol primo dicit
sic Et yris secundum aristotilem causatur
ex radio solis resplendente ad vaporem contra-
rium nubibus id est oppositum nubibus sicut
radius infulgens in aquam / Nota primo
nota quod auctor dicit quod yris nichil aliud est nisi re-
flexio radiorum solarium de nube ad vapo-
rem oppositum ita quod radius principaliter
ad nubem transit et reflectitur ad vaporem
et sic ibi causat yridem et ponit exemplum
illius sicut quando radii solares incurrunt ad
aquam et reflectuntur ad parietem tunc a-
qua principaliter et per reflexionem parietes c
no Secundo nota quod aliter albertus ymaginatur de y-
ride super tertio metheororum ubi dicit quod yris
nichil aliud est nisi inflexio radiorum
solarium de nube opposita ad nos et non

ad aliquem vaporem / Tertio nota dicit nota
in littera quod ad nubem in qua generatur
yris duo requiruntur primo quod sit spis-
sa et densa / secundum quod sit plana / ra-
tio primi est quia si non esset spissa
et densa radii non reflecterentur
absque (?) sed poros penetrarent quam-
ut prius est dictum super inflexiones
fit a corpore denso / ratio causa secunda est
quia a corpore terso et polito fit mani-
festior inflexio quam ab aspero ut
prius dictum est / Quarto nota quod nota
spissitudo nubis et planities in super-
ficie causatur ex confluentia partium quia
partes ipsius licet quod sint similes confluunt et
per talem fluxum inspissatur nubes et sic fit
similis superficiei / Quinto nota auctor nota
ymaginatur quod radii solares inflectuntur
de nube ad vaporem oppositum ac si
duo specula essent opposita et unum
imprimeret similitudinem alterius quia quando
res in aere illuminata opposita nata est
illuminare speciem suam / Sexto nota nota
auctor declarat dictum suum per signum
scilicet quod solis inflexio ad vaporem vel a
nube potest fieri multipliciter quia aristotiles
in tertio metheororum dicit de quodam viro
cuius visus debilis erat quod apparuit
sibi ad eum lumine ambulare et ipsius
causa fuit / quia visus eius debilis
fuit et inflectebatur ad aerem vapo-
rosum posteriorem in quo ... suum ut
... debilitate alibi videre dici-
tur invisibilia visibilia / aliqui vident
aliqua visibilia et aliqua non sicut quidem
potuit videre nigrum et non album sicut
videt corvum nigrum sedentem super do-
mum et non videt domum ergo possibile
est quod fiet talis inflexio a nube etc.

Et licet sol aut ymago

hic albertus respondet tacite questioni
dicens Et licet sol cuius ymago est
yris sit rotundus / tamen simpliciter sol non

no Nota primo circa litteram dicit aliquis
querere iris non est circularis cum tamen sol
a quo fit iris sit circularis sit cum lumen
sui sphericum descendit lumen suum sphericum
Ad hoc respondet albertus quod sol est multum
maior quam est nubes et ideo non potest
in nube sibi generare figuram similem sed
facit semicircularem Sed etiam ad oppositum
positum dicitur quod luminosum proportionabilis
quantitatis medium quod illuminat bene vel
explicat lumen sphericum et illuminat per modum
no sphericum. Secundo nota dubitatur quare
iris apparet arcualis figure et non
recte, ad hoc dicendum quia sol est
hic Albertus probat sufficientiam illorum quinque sensuum exteriorum in comparatione ad media et elementa et dicit Quare supple sunt quinque sensus exteriores ratio sunt quinque elementis etc. Nota primo circa literam conclusionem quandam, tot sunt quinque sensus exteriores illa probatur sic tot sunt sensus exteriores q sunt media ipsorum, sz quinque sunt media per comparationem de elementa ergo etc. Maior nota qr sensus multiplicatur per media ut patet scdo de anima, minor probatur in litera qr medium visus e aer lucidus et ille comparatur igni qr ille de sui natura e lucidus. medium auditus e aer, medium gustus e aqua salinalis, medium tactus e caro q e de natura terrestri, medium at odoratus e aer ipso vaporibus rei odorabilis et quia dicitur eius medium vapor. Scdo nota dicet aliquis contra illam conclusionem videtur q no sit quinque sensus qr gustus et tactus sunt vnus sensus. Dico q considerando gustum et tactum materialiter sic no differunt, formaliter aut non differunt qr sunt diuise potencie anime sensitiue. Tercio nota q vapor no e quintum elementum est qr resoluitur ex quatuor elementis ut patet in litera et dicitur hoc elementis in respectu illorum q miscentur ex quatuor sicut mineralia et impressiones. Quarto nota q qr sensus visus e subtilior quam aliquis alius sensus exterior ideo hz medium subtilissimum, tactus at qr e materialior et grossior quam alii aliorum ideo hz medium grossius sicut terrestre, et etiam ideo qr tangibilis oportz esse solidus et hoc est de natura terre. Quinto nota q vapor resoluitur ex elementis scz aqua et aere sz de hoc supra dictum est in tractatu quarto scz quo resoluuntur vapores et quo corpora generantur immota quinque generatio immotorum. Sexto nota q aliter potest capi sufficientia illorum sensibilium sic, tot sunt sensus q sunt genera eorum q circa obiecta sentiunt sunt quinque sensibilia sz illa sunt tn quinque ergo maior nota qr potencie distinguuntur per obiecta scdo de anima, sz minor patet

quia ad illa quinque genera visibile audibile odorabile gustabile tangibile reducuntur omnia obiecta sensuum exteriorum. Secundum tamen recedamus

Recedamus ad potentias

Hic est capitulum septimum illius tractatus et continuatur sic. Quia superius albertus determinavit de potentiis apprehensivis exterioribus, hic determinat de potentiis interioribus sensitivis interioribus et dividitur in quinque partes secundum quod ipse determinat de quinque potentiis interioribus. Primo de sensu communi, secundo de ymaginatione, tertio de fantasia, quarto ostendit de potentia estimativa, quinto de potentia memorativa. Secunda ibi ymaginativa, tertia ibi tertia potentia est formativa, quarta ibi post illas sequitur estimativa, quinta ibi quinta potentia. Prima adhuc dividitur in tres, quia primo ostendit quot sunt sensus interiores et differunt secundum communem sensum, secundo ostendit que sunt operationes sensus communis, tertia ibi apprehendit autem. Prima adhuc dividitur quia primo enumerat potentias interiores sensitivas, secundo describit sensum communem, secunda ibi sensus communis est. Primo dicit sic Recedamus ad potentias interiores sensitivas.

Nota primo circa litteram sicut sunt quinque sensus exteriores, sic etiam sunt quinque sensus interiores et illorum organa sunt distincta in capite tamquam in cellula ita quod organum sensus communis est quedam cellula in anteriori parte capitis scilicet in anteriori parte organa autem aliarum potentiarum distinguuntur per cellulas in media parte capitis. Secundo nota quod ille potentie interiores non recipiunt species inmediate ab obiectis sed mediate, quia mediante sensualibus exterioribus ita quod sunt recepte in sensibus exterioribus generant alias sibi similes in sensu communi et sic ultimus recte sicut unum speculum per reflectionem representat obiectum alii. Tertio nota quod ille potentie habent ordinem perfectionis inter se ita quod sensus communis est virtus imperfectior aliis et ymaginatio est perfectior sensu communi et sic de

sequentibus. Quarto nota circa illam litteram sensus communis ibi vult quod sensus communis est potentia apprehensiva omnium obiectorum sensuum particularium exteriorum, quia potest apprehendere omnia obiecta particularium sensuum et quamcumque differentiam obiectorum sensuum particularium adinvicem. Quinto nota sensus communis amittit species receptas ab obiecto a aliis sensibus interioribus et hoc quod auctor dicit in littera a quo sensu etc. Sexto nota dubitatur hic utrum illa divisio potentiarum interiorum sit bona et videtur quod non, quia bona divisio debet esse bimembris sed illa non est bimembris igitur etc. Ad hoc dico quod est reducibilis ad bimembrem et hoc sufficit, potest enim reduci sic omnis potentia sensitiva interior vel apprehendit sensibile in presentia obiecti solum vel potest ipsum apprehendere in absentia. Si primo modo sic sic est sensus communis. Si secundo modo sic sunt alie virtutes. Septimo nota dubitatur utrum sit una et eadem species in numero que est primo in sensu communi et postea in ymaginatione et aliis virtutibus et videtur quod sic per auctorem in littera qui dicit quod ymaginatio recipit species a sensu communi. Contra propositum arguitur sic sequitur quod aliquod accidens migraret de subiecto in subiectum consequentia tenet, quia ille species sunt in subiectum consequentia tenet, quia illud est impossibile et consequens patet de accidente. Ad hoc dico quod ille species non sunt eedem in numero sed in specie, quia species recepte in sensu communi generant sibi similem in ymaginatione et sic consequenter et ergo dictum auctoris in littera debet intelligi quod ymaginatio recipit species a sensu communi non easdem in numero sed similes in specie. Octavo nota dubitatur de hoc quod auctor ponit quinque virtutes sensitivas interiores cum tamen commentator super textum de anima non ponat nisi quatuor. Ad hoc dico quod ipse comprehendit fantasiam et ymaginationem sub una virtute. Secundum litteram habet autem sensus

Habet autem communis sensus

Hic albertus ponit operationes sensus communis et dividitur in tres secundum quod ponit tres actus eius, secunda ibi alius actus, tertia ibi tertius eius actus. Primo dicit sic habet autem communis sensus etc. Nota primo circa litteram sensus communis habet tres actus, primus est quod ipse iudicat de actibus particularium sensuum exteriorum, sensus enim particulares exteriores non possunt reflecti super se sic quod cognoscant vel apprehendant actus suos

sicut visus no pt iudicare se vide et g° q aliqs
iudicat se videre et dicat se sentire hc e per
sensu comunem qui pt dice video me videre
audio me audire et eciā illa via no apphe
no dit nisi vnu sensibile ut pz inlia Sexto no
dicet aliquis dicet eciā sicut alie virtutes
iteriores q iudicant de actib sensuu exteriorū
g° videt q hc no sit ppria sensus comunis co
sequēa tenet quia pz de se de ymaginacione
et aliis Ad hc dico q sic comunis iudicat illos
actus in presencia obiectorum alie aut virtutes in
no absencia et in hc differunt Tercio nota dubita
dum q dicit in lra q sic sensus comunis no
apphendit nisi vnu obiectum Contra si sic tunc
no differret a sensib exteriorib consequens
falsum pbat consequēa q isti eciā no apphe
dunt nisi vnu sensibile sibi ppriu Ad hc dico
q licet in isto actu sensus comunis no apphen
dat nisi vnu sensibile tn pt plura alia obiec
ta exteriorum sensuu apphende et hc no possūt
sensus exteriores Sed lra Alius actus est

Alius actus ē discernere inter

hic albertus ostendit secundum actu sensus comunis
dicens Alius actus e discernere inter sensibilia
no etc Nota primo circa litteram q secundus actus sensus
comunis e pone discrim int sensibilia diuersorum
sensuū exteriorū sed q sit eius actus pbat
q talis discrecio apphendit p sensu q e sensi
bilium vl g° p aliqm sensu exteriorem vel per
sensu comunem no p sensu exteriorem g° per
sensu comunem sed q hc no fiat p sensu ex
teriorem pbat q quicumque virtus dz iudicare dif
ferenciā int plura oportz q illa comphendat sed
nullus sensus exterior comphendit obiecta diuer
sorū sensuū cū quo licet bz obiectum ppriū
circa q verificat Scdo nota sensus comunis
iudicat differenciā int albedinem et dulcedinem
in lacte q utraqz comphendit no eciā vi
sus pt pone differenciā int ea q no ap
phendit dulce nec gustus q no apphendit
no album Tercio nota circa hc q dicat q discne
re aliquid ante se comphende hc dz sic intellige

q si aliqua potencia iudicat differē
ciā int aliqua psupponit q compre
hendat ista et q sensus comunis co
phendit sensibilia diuersorum sensuū
ppt hc pt pone discrim int ea sensus
aut pticulares no Quarto nota ut
dicit in lra isti duo actus sūt pri
cipales sensu comuni et magis pri
cipales quā tercius Quinto nota no
dubitat utrum sensus comunis pt
sil apphende sensibilia plura sensuū
et vide q no q intelles no pt sil
intellige et g° multo minus sensus co
munis pt apphende plura consequēa
tenet q magis vide q intellectus
possit plura comphende quā sensus
comunis q e materialior quis pro
bat p aristotilem in quarto metha
phisice qui dicit q intellectus qui
no vnu intelligit nichil intelligit
Oppositum innuit in lra et pbatur
racione q plura sensibilia exteriora
possūt sil mouere sensu comunem
p sensus exteriores sicut quidam dicunt
q nullo mō sensus pt plura apphe
dere et hc ppt racionem factam et alia
tamen dicunt q plura sensibi
lia no possunt eq intense moue sen
su comunem et tunc illud q mouet
intensius hc apphendit Sz no q
hc deficiat q possibile e q fiat
audicio et visio eq intense ppter g°
aliter dici et tunc audibile et visibile
mouet sensu comunem eq intense
ppter g° aliter dici q sensus co
munis bn apphendit plura indistincte
sil determinate tn iudicio no iudicat
sil nisi de vno et ad racionem dico
consimiliter q intellectus no apphe
determinata apphensione sil nisi vnu de
terminate tn bn plura Sed lra Tercius actus

Tercius autē eius est

hic Albertus ponit tercium actum sensus communis dicens sic. Tercius autem eius actus est apprehendere rem in loco etc.

no Nota primo circa litteram tercius actus sensus communis est quod apprehendit rem in loco in quo non est sed in quo erat ponit exemplum de stilla id est gutta que cadit de tecto et aqua pluviali continuam usque ad terram illam iudicat sensus quod adhuc est superius et deorsum et sic potest apprehendere rem in loco ubi non est vel eciam gutte que non est. Secundo nota dicit quod ille actus non est proprius communis sensus sed eciam convenit qui est eciam potest iudicare rem in loco ubi non est sicut patet de se de visu in speculo iudicat eandem rem

in retro qui est ante. Tercio nota dicit aliquis contra hoc si sensus iudicat rem esse in loco in quo non est tunc iudicat rem aliter quam est et sic iudicium est falsum. Respondet dico quod bene potest iudicare rem aliter se habentem quam est accidentaliter quo ad tempus vel ad locum quam se habeat sic tamen quod iudicium circa esse quod res non sit falsum etc. Sequitur littera communia sensitiva

Communia sensitiva sunt

hic est tercia pars illius particule in qua albertus inmovet dubium et dicit sic. Communia sensitiva sunt quinque scilicet motus quies numerus

no figura et magnitudo. Nota primo circa litteram dubium incidit sic. Ex quo aliqui sensus sunt communes et sunt aliqua sensibilia communia crederet aliquis sicut aliqui aliqui crediderunt quod sentire sensibilia esset proprium sensus communis hoc inmovet et conclusio secunda est sentire sensibilia communia non est proprium sensus communis probatur quia eciam sentiuntur a sensibus particularibus igitur sentire non est proprium sensus communis consequencia tenet antecedens patet per aristotelem in

no secundo de anima. Secundo nota posito patet quod illa quinque motus quies numerus figura magnitudo non dicuntur sensibilia communia proprie hoc quod solum sentiuntur a sensu communi sed propterea hoc quia sunt communia pluribus sensibus particularibus exterioribus. Tercio nota Albertus dicit no super secundum de anima quod sensibilia communia esse obiecta sensuum exteriorum potest intelligi dupliciter uno modo primarie et per se alio modo per se non primarie. Secundo modo sunt obiecta sensuum particularium exteriorum non primo modo quia quinque est sibi obiectum proprium quod sentit per se et primarie ut prius dictum est. Quarto no nota commentator dicit super secundo de anima quod illa quinque non differunt sensibilia sensuum exteriorum propter hoc quod sentiuntur ab omnibus sensibus exterioribus sed quedam sentiuntur ab omnibus quedam non sed omnia possunt sentiri a pluribus sensibus exterioribus. Sequitur

Ymaginacio est sensibilium presencia

hic est secunda pars principalis et continuatur sic. Postquam albertus determinavit de prima virtute sensitiva interiori scilicet de sensu communi hic determinat de secunda scilicet de ymaginacione et dividitur quia primo facit hoc secundo ponit notabilia circa eam dubium secunda ibi quintus sequitur tamen tercia ibi et si quod. Primo dicit sic Ymaginacio est sen-

no sibilium presentatio. Nota primo circa litteram ymaginacio est virtus anime sensitive interior et eius opus est proprie presentare rerum sensibilium in absencia earum quia aliquid ymaginatur de rebus absentibus prius sensatis ac si presentes sint et hoc fit per species abstractas a rebus sensibilibus. Secundo nota circa illam litteram verum hoc ibi sunt conclusio septima decima ymaginacio et sensus communis differunt probatur sic quelibet virtutes differunt quarum una ad sui operacionem indiget presencia obiecti reliqua non sed sensus communis indiget presencia obiecti ymaginacio non igitur maior nota conclusio minor probatur in littera. Tercio nota circa illam litteram que differt ibi sunt enim secundum precedente conclusione et formatur sic ille virtutes differunt quarum una conservat species seu ydola in absencia rei sensate reliqua non sed sensus communis non sic conservat species in absencia obiecti et ymaginacio recipit eas simul et conservat eas usque ad ab-

stractionem qui fit per intellectum agentem et cetera maior nota optime minor patet in littera Quarto nota sensus communis indiget presentia obiecti sed non in sompnis ut dicitur in littera quia in sompnis alie virtutes interiores sicut sunt ymaginatio fantasia et cetera inflectunt se super species sensus et sic videt rem tanquam presentem ut postea patebit / Quinto nota ex illo patet quod ymaginatio est virtus perfectior sensu communi / quia fit abstractionem obiectivam propter quam sensus communis Sexto nota circa hoc quod dicit quod ymaginatio conservat species sensatas usque ad abstractionem intellectus agentis / quod intellectus agens species intelligibiles potentia sicut sunt fantasmata per abstractionem tale facit actu intellectuales et denudat speciebus fantasie et ymaginationis dicitur in tertio de anima quod oportet intelligentem fantasmata speculari Sed de hoc magis videbitur de littera Secundo autem

Sciendum tamen in sompno et cetera

Hic albertus ponit quoddam notabile circa dicta et dividit quia primo facit hoc secundo reddit causam dicti ibi quare autem fiat primo dicit sic Sciendum tamen in sompno et cetera Nota primo circa litteram dicit quod sensus communis indiget presentia obiecti nisi in sompno modo ut declaratur quomodo hoc fit quod in sompno non indiget presentia obiecti / quia in sompnis viget operationes virtutum interiorum puta fantasie ymaginationis et ergo ille virtutes in sompno descendunt ad sensum communem et sic species fantasie manifestantur et sic apparent res presentes que sunt absentes et sic in absentia sensibilium et propter ipsum sensum communem in sompnis Secundo nota circa illam litteram quare autem ibi reddit causam quare fit talis descensus ad sensum communem / quia opus virtutis formative de qua postea dicetur est conponere ymaginabilia cum aliis et tali operatione species ymaginative virtutes consequuntur manifestationem et fiunt propinquiores sensui communi et sic sensus communis propter assuefactionem quam habet recipit species a sensibilibus particularibus recipit sic ab ymaginatione et sic sentit res quasi presentes Tertio nota circa illam litteram / et ponit exemplum ibi ponit exemplum de tali sensu et est exemplum de candela que si sit prope aliam et sepe extinguatur et accendatur potest accendi per aliam candelam ardentem

dato etiam quod ipsum non tangat sic etiam quia organa fantasie et ymaginationis sunt circa organa sensus communis et fantasia sua et ymaginationis recipiunt species a sensu communi et per virtutem formativam ille sic conponuntur et involvuntur sensus communis existens prope fantasiam accedit et illuminatur a speciebus et sic quia consuetus est sentire res per species acceptas a sensibus particularibus et sic fit descensus ad sensum communem / Quarto nota circa hoc quod dicit quod virtus formativa movetur de ymaginabili ad ymaginabile / quia virtus formativa vel estimativa secundum alios est virtus interior per quam ymaginabilia et fantasmata conponuntur et illa est bona in brutis per illam enim ovis conponens fantasmata lupi et inimicitie iudicat lupum esse inimicum Quinto nota quod ille virtutes interiores puta ymaginatio fantasia et cetera ut patet de sompno et vigilia magis viget in operationibus suis in sompno quia tunc anima quiescat a sensationibus exterioribus et ergo magis potest tunc in fictione occupari Sexto nota circa hoc quod dicit quod species manifestantur in eo ut propinquant sensui communi huius ratio est quia quanto aliquid est presentius tanto manifestius apprehenditur / sed sic ut prius dictum est res apprehenditur ut frequenter particulariter a sensu communi et ab ymaginatione et virtutibus aliis interioribus potest apprehendi in absentia ergo species manifestantur cum sensu communi et sic contingit quod aliquis in nocte habet occurrere illa que in die peregit // Septimo nota circa hoc quod dicit quod sensus communis est assuetus suscipere species a sensibus particularibus / quia ut dicit magister de anima sensus communis est centrum ad quod confluunt omnes species sensuum exteriorum sicut radii linee concurrunt in centro et ergo assuetus est accipere species sensuum exteriorum Secundo et si queratur

Et si queratur quare non et cetera

Hic albertus removet dubium dicens
Et si queritur quare non sit etc. Nota
primo circa litteram dubitatio movebat sic
quia dictum est in precedenti littera quod in som-
no aliquid fantasia et ymaginatio de-
scendunt ad virtutem inferiorem puta ad
sensum communem / dicet aliquis dubi-
tando an eciam ille virtutes in sompnis
descendunt ad virtutem superiorem scilicet ad
animam racionalem. Ad hoc respondet
in littera quod sic quia aliquid contingit in som-
nis quod aliquis in sompnis componit bonos
versus et format bonos sylogismos
sed hoc fit racione et talis discursus fit
composicione vel divisione ymagina-
bilium quod non potest fieri sine intellectu
et raciocinatione. Unde contingit quod aliquis
de die profunde ymaginatur de aliquo
proposiciones probabiles quod in sompnis
intellectus informatur per species consistentes
in fantasia et sic in sompno format
raciones quas de die tractavit //
no Secundo nota quod virtus intellectualis
cooperatur fantasie et ymaginacioni
in sompnis dum contingunt sompnia ve-
riora et hoc est post mediam noctem et sunt
circa diluculum quod tunc est facta digestio
sufficienter et spiritus tunc sunt subtiliati ergo
virtutes sunt tunc perfectius operantes
unde dominus albertus dicit super de som-
pno et vigilia quod sompnia circa me-
diam noctem sunt ut frequenter sunt
deceptiva / illa autem que sunt post
mediam noctem ut frequencius sunt
de futuris contingentibus et ideo aliquis ha-
bet coniecturationem de sompniis eorum
que sibi de die contingunt et aristoteles
dicit in de sompno et vigilia quod me-
lancolici habent sompnia veriora
propter hoc quod habent profundiores yma-
ginaciones et quia sunt puri fantasti-
ci et continue ymaginantur // Tercio
no nota circa illam litteram unde opinio est
ibi tangit opinionem quorundam qui di-
cunt quod homines sunt facientes silogismos

non dormiunt sed vita fessa quiescit quo utitur
sensibus exterioribus utitur tamen ista racio circa ea
de quibus sunt solicita illa opinionem non improbat
et nec approbat / sed pro confirmatione dictorum suorum ad-
ducit eam ideo littera / Tercia potencia est forma

Tercia potencia est forma

Hic est tercia pars principalis capituli in qua albertus de-
terminat de tercia potencia anime sensitive apprehensiva
deintus scilicet de potencia formativa / et dividitur
in tres partes. Primo comparat illam virtutem ad ymagina-
cionem penes convenienciam et differenciam / secundo osten-
dit qui sunt actus eius et operaciones / tercio autem
dividit eam // secunda pars est ibi actus autem / tercia
ibi dividitur autem / prima adhuc dividitur quia primo
facit hoc / secundo comparando illas virtutes ad invicem
penes convenienciam et differenciam secundo ponit o-
pinionem aliorum de fantasia et ymaginacione / secunda
ibi alii dicunt. Primo dicit sic / Tercia potencia
simplex apprehensiva deintus etc. Nota primo circa no
litteram quod tercia anime potencia anime sensitive apprehe-
nsiva interius deintus vocatur virtus formativa
et a quibusdam vocatur virtus ymaginativa et isti
ponunt talem differenciam inter ymaginacionem et virtutem
ymaginativam quia ymaginacio est virtus que recipit
species sensibilium exteriorum / sed virtus ymaginativa
seu formativa componit speciem cum specie et illa vi-
get in media cella capitis et per illam virtutem
homo innumerabilia fingit scilicet castra in hyspania et
chimeras et hyrcocervos aureum montem et similia per
talem ymaginacionem composicionem ymaginabilem
cum ymaginabili. Secundo nota circa illam litteram alii no
autem / ibi recitat opinionem aliorum et est
opinio commentatoris super tercio de anima commento sep-
timo qui dicit quod non sunt nisi virtutes quatuor
anime sensitive interiores et ille dicit quod illa virtus
vocatur fantasia et sic eadem virtus cum ymagi-
nacione / Tercio nota circa illam litteram alii di- no
cunt quod alii tenentes opinionem illam dicunt quod fan-
tasia non differt ab ymaginacione nisi secundum
racionem / ita quod dicitur ymaginacio in quantum recipit
species sensibilium sed dicitur fantasia in quantum in-
tellectus agens illa fantasmata deciat a cor-
poralitate et singularitate reponit eas in
intellectu possibili. Quarto nota auctor destruit no
illam opinionem utrorumque utrum fantasia sit virtus

vel diverse, sed ponentes quinque virtutes anime sensitive
interiores et in hoc discordat a commentatore ubi
supra qui ponit tantum quatuor, sed pro concordancia
potest dici quod illas virtutes esse diversas potest intelli-
gi dupliciter. Uno modo quod sint diverse substantie et ad hoc
nulla necessitas cogit et hoc vult commentator.
Alio modo quod sint diverse secundum rationem et hoc eodem quod
vocatur ymaginatio in quantum recipit species a sensu com-
muni, sed vocatur fantasia in quantum componit unum
ymaginabile cum alio et hoc vult auctor et per hoc
patet concedendo quod fantasia et ymaginatio sunt distinc-
te virtutes quia fantasia est perfectior quam y-
maginatio quia recipit ab ymaginatione. Secundo actus autem

Actus autem huius virtutis

Hic albertus ostendit que sunt operationes illius
virtutis dicens: Actus autem huius virtutis quocumque
modo vocetur etc. Nota primo contra litteram quod actus illius
virtutis qualitercumque vocetur sive fantasia sive
ymaginatio sive formativa est componere species
rei sensitive. Sed dices tunc idem differt
a sensu communi quia eius actus est recipere sicut
a sensibus exterioribus. Dico negando consequentiam
quia sensus communis simpliciter recipit species a sensibus
exterioribus. Hec autem virtus componit unam speciem
cum alia. Secundo nota contra illam litteram Errat autem
ubi vult dicere quod ista virtus sepe errat in compo-
nendo et hoc est quod dicit aristotiles in secundo de anima
quod fantasia est aliquando falsa et hoc contingit sic
quia eius opus est componere species sensatas et
ymaginatas et aliquando species componit et tunc er-
rat sicut aliquando componit species per se sicut sunt
species accidentium cum speciebus sensatis per accidens
secundum supradictam. Aliquando est debite dividendo secundum at-
tendens substantie cuius non est species. Declarat
auctor in littera in exemplo quia illa virtus apprehe-
ndit rubeum quod est sensatum per se et cuprum quod est
sensatum per accidens et etiam aurum quod est sensatum
per accidens. tunc rubeum apprehensum dicit in medio
...a operatum et etiam aurum quod utrumque est rubeum
si tunc illa virtus componit rubeum cum cupro tunc
non errat, quia forte rubeum visum est cuprum. Si
autem componit cuprum cum auro quod non est sensatum per
accidens illius sensati per se non est aurum in se

Tercio nota quod ille error accidit huic no
virtuti propter hoc quod cum uno sensato possunt
per se sunt plura per accidens sicut cuprum
potest esse rubeum consimiliter aurum et multa alia
et quia sensatum per se non determinat sibi unum
sensatum per accidens quo non sunt errat
in componendo. Quarto nota contra illam litteram no
ubi generaliter quod accidentia dicuntur per se sensata
sensuum exteriorum, sed substantie sensata
per accidens ut patet secundo de anima sicut
rubedo est sensatum per se cuprum vel au-
rum sensatum per accidens. Quinto nota no
contra illam litteram unde precipue quod sensa-
ta per se apprehensiva dicuntur in apprehen-
sionem sensatorum per accidens sicut visa
rubedine presumitur hoc esse cuprum vel
aurum. Sexto nota quod quedam est virtus no
interior que apprehendit illud quod significata
per ... aliqua et per illa visa rubedine
apprehendit quod hoc dicatur cuprum vel aurum
et illa virtus vocatur communiter intellectus
sed hanc vocare intellectum est abuti
vocabulo intellectus ut dicit auctor
in littera sicut fit abusio intellectus cum
dicitur quod canis intelligit dominum suum. Super
quo nota quod secundum commentatorem super- no
tertio de anima dupliciter capitur intellectus
uno modo proprie et sic intellectus est anima
rationalis. Alio modo communiter et large et sic
vocatur anima cogitativa et sic illa virtus
que apprehendit quod dicitur pronomine potest vo-
cari intellectus, sic etiam potest intelli-
gi cum dicitur quod canis intelligit dominum suum
quia canis audiens vocem se vocantis
cogitat de domino suo. Septimo nota quod nota
in compositione ymaginatum ab illa ab illa
virtute aliquando contingit error quando sen-
satum per accidens non est sub sensato per se
cui coniungitur sicut quando illa virtus compo-
nit cuprum cum auro dicendo hoc est
cuprum demonstrando cuprum, sed quando sen-
satum per accidens est sub sensato per se sub
quo comprehenditur tale cum quo componitur
sicut quando ista virtus componit rubeum cum
cupro dicendo hoc est rubeum demonstrando

cuprum tunc non est error de eis / dicatur

Dividit enim hec potentia

hic Albertus ponit unam divisionem illius operationis et primo facit hoc secundo ponit differentiam inter membra divisionis secundo ibi quilibet ergo est dicta primo dicit sic dividit enim hec potentia etc. Nota primo circa litteram quod operatio illius virtutis formative est componere species sensatas et talis compositio fit dupliciter. Uno modo fit sine argumentatione id est discursu / aliquando autem cum argumentatione id est cum discursu sine discursu fit quando simpliciter iudicat hoc esse vel hoc non esse hoc / cum discursu autem fit quando composita sensata per accidens componendo unum cum alio sylogisat. Secundo nota quod hec virtus aliquando errat ut dictum est in componendo vel dividendo / aliquando autem non. Quando autem errat in componendo hoc contingit sibi dupliciter / aliquando enim errans in discursu committit fallaciam accidentis aliquando autem committit fallaciam consequentis et ille error contingit sibi quia est debilis virtus in dividendo dividendo et non potest bene ydoneitate vel diversitate secundum aliquas per accidens proprie sicut videmus aliquando nocte et postea videmus omnino consilio non potest fantasia bene iudicare differentiam inter vociferantes nisi appareret et sic differentes in componendo / vel dividendo errat dupliciter committendo duplicem paralogismum. Tertio nota quod fallacia accidentis ut patet in logica est deceptio proveniens ex hoc quod aliqua duo contrariata coniungit in conclusione / qui conveniunt in aliquo tertio de eis predicato vel eis subiecto in premissis sicut est fallacia consequentis accidentis cuprum est rubeum aurum est rubeum predicatur in premissis de cupro et auro componit aurum et cuprum in conclusione quod tamen non potest sic aggregatum illa virtus sylogisando circa compositionem et divisionem specierum committit fallaciam accidentis / quando per speciem rubei sub quo stat aurum accedit vel dubitat cognitionem cupri sed

quando discurrit sylogisando sic hoc est rubeum demonstrando aurum cuprum est rubeum ergo hoc est cuprum ibi enim est fallacia accidentis ut patet consideranti et hoc tangit ibi accidentis / Quarto nota quod fallacia consequentis est deceptio proveniens ex hoc quod cum sit ydemptitas inter duo et consequens ita videlicet quod credit quod sicut consequens sequitur ad antecedens quod sic et duo sequuntur ad consequentiam ubi gratia hoc est bona consequentia hoc est cuprum ergo est rubeum si quis autem arguerit econverso hoc est rubeum ergo est cuprum ille committit fallaciam consequentis cum species ~~ipse~~ puta sensati ipse puta rubei ducit in memoriam etc. quantum in dicendo quod est eadem errat componendo fallaciam consequentis ut si sic discurreret hoc est rubeum demonstrando aurum hoc est cuprum committeret fallaciam consequentis / licet enim sequatur hoc est cuprum ergo est rubeum tamen econverso non valet per illam fallaciam. Quinto nota circa illam partem in hoc ergo est dicta ponit differentiam inter deceptionem que fit per fallaciam consequentis et inter deceptionem que fit per fallaciam accidentis et talis differentia quod in fallacia accidentis non fit recordatio nisi de uno sensato per accidens quod est absens / sed presens in movendo per suam speciem quod in fallacia autem consequentis fit recordatio per accidens de sensato presente sub sensato per se et etiam de sensato per accidens absente ad quod recordandum ~~movet~~ movet species sensati per se cooperante primo / cum enim illa virtus sic discurrit aurum esse rubeum hoc est rubeum / ibi solum est recordatio auri per speciem rubedinis que est in cupro / ~~per~~ secundo quando sic discurrit movendo fallaciam consequentis rubeum est aurum hoc est rubeum ergo hoc est aurum ibi fit recordatio de utroque subiecto scilicet presente vel absente et hoc est quod dicit aristoteles quod accidens est in uno id est fallacia accidentis est in uno scilicet quod est subiectum vel predicatum utrisque vel unum in quo plura conveniunt / sed consequens est in pluribus id est fallacia consequentis sumit plura subiecta. Sexto nota circa illam litteram sed ergo quod hoc dictum aristotelis id est potest dupliciter intelligi uno modo quod fallacia consequentis ~~sic est in pluribus consequentiis~~ potest fieri in una consequentia sicut fit arguendo hoc est rubeum ergo hoc est aurum / sed fallacia consequentis sic est in pluribus consequentiis / quia una est in qua sequitur duo ad consequentem et alia in qua consequens econverso sequitur ad antecedens / sed committit fallaciam consequentis ubi gratia sicut hic hoc est aurum ergo hoc est rubeum bene sequitur econverso autem non hoc est rubeum

igitur est amicum, sed dicit auctor quod sic non intelligatur sed sicut prius dictum est quod in sit fallacia accidentis accipitur ibidem in subiecto in ambabus premissis sicut quando sic arguitur hoc balneum est artificiale aqua est balneum ergo aqua est artificiale licet enim aqua et balneum sint idem in subiecto et artificiale et balneum eadem sed in fallacia consequentis ibi sumitur terminus qui non sunt in subiecto idem sicut in exemplo posito. Septimo nota dicitur aliquis quomodo potest fantasia arguere a consensato per se ad sensatum per accidens sine deceptione. Dico quod hoc potest facere arguendo sub disjunctione sic hoc est rubeum ergo hoc est cuprum vel minium et sic huiusmodi cui potest inesse rubedo et sic disiungendo non errat. Sequitur littera post has

Post has sequitur estimativa

Hic est quarta pars principalis illius capituli et continuatur sic. Prius albertus determinavit de quibusdam virtutibus sensitivis, hic vero declarat de quarta puta de virtute estimativa vel cogitativa que idem est et dividitur quia primo ostendit officium illius virtutis, secundo ostendit opinionem quorundam de operatione illius potentie, ibi quidam dicunt. Prima dicit sic post has sequitur estimativa et eius officium apprehendere intentiones id est species etc. Nota primo circa litteram quarta virtus sensitiva interior vocatur estimativa vel cogitativa quod idem est, sed diversimode dicitur enim estimativa in brutis, sed cogitativa in hominibus quia eius officium est cogitare de speciebus rerum sensibilium. Secundo nota quod illa virtus non apprehendit species earum rationes et proprietates earum quia tales apprehendit intellectus quia sunt operatio eius, sed apprehendit proprietates rerum naturales sicut est amicicia vel inimicicia odium vel ignominia, unde per illam virtutem ovis apprehendit lupum esse inimicum post virtutem species lupi venit ad istam virtutem unde illa virtus non apprehendit quid sit lupus sed apprehendit proprietatem naturalem lupi et hoc est inimicicia vel lupum esse inimicum. Sic per illam virtutem asinus videt leonem esse placabilem amicum se sibi ostendit et sic de aliis ita quod illa virtus apprehendit proprietates rerum sicut amiciciam vel inimiciciam earum naturalem primo modo vel in comodum licet ovis nunquam viderit lupum tamen sensato lupo per hanc virtutem indicat ipsum esse inimicum. Secundo nota nomina et verba et comunicatio et

sillabe et species dicuntur entia rationis et talia non apprehenduntur ab illa, sed solum ab intellectu, quia animalia bruta quibus inest illa virtus tales apprehenderent quod est falsum. Quarto nota quod quidam dicunt quod ovis fugit lupum et sic de aliis animalibus non sit per aliquam cognitionem sed ex ordinatione instinctu naturali et non per aliquam potentiam. Hoc non oportet quia asinus sequitur leonem sed potius fugeret quia instinctus ab eo instinctus naturalis si inclinat ad inimicos, sed verius hoc est quod asinus estimat per illam virtutem leonem esse amicum quia amicabilem se sibi ostendit et sic sequitur eum. Quinto nota dubitatur hic quomodo illa virtus apprehendit bonum et malum convenientis et disconvenientis in rebus naturalibus per se sufficiat iudicare hoc esse prosequendum et hoc fugiendum. Ad hoc dico quod non sed solum illa apprehendit, sed in hominibus intellectus practicus iudicat hoc fugiendum fugiendum vel prosequendum voluntas, in animalibus autem estimatio naturalis et appetitus prosequendi convenientis et detestatio fugiendi disconvenientis. Sequitur

Quidam dicunt quod hoc non

Hic albertus movet opinionem quorundam dicentes, quidam dicunt quod hoc non facit ovis vel asinus per virtutem estimativam sed per quandam virtutem etc. Nota primo circa litteram ut dixi in precedenti littera opinio quorundam est quod asinus vel ovis nichil faciunt hoc per virtutem estimativam scilicet fugam et sequelam, sed per aliam virtutem naturalem que est in omnibus entibus per quam fugiunt nocivum et prosequuntur convenientia, sed hanc non improbat albertus, quia sic asinus non haberet cum leone. Secundo nota quod omnia entia tam animata quam inanimata per se vel in proprio habent relationem naturalem per quam fugiunt nocivum et sequuntur convenientia. Quantum ad primum in partibus sicut cordis quia quando sentiunt convenientia dilatant se sed cum fugiunt constringunt se similiter

pz de plantis q̄ dicedunt ramos ad istam partem ubi melius possunt habere calorem si fuerint in aliquo loco compresso et sic de aliis. Certo nota ista hic q̄ dicit q̄ (no) etiam non habitaret asinus cum leone quia in clamato naturalis non inducitur aliquid inimicitia leonis ad asinum quia est sibi notus et ideo quo non in clamat ad sequendum cum naturali inclinatione sed potius ad fugiendum quia quilibet habet inclinationem naturalem fugiendi sibi disconveniens. Quarto nota q̄ potest poni talis distinctio q̄ fuga vel sequela conveniens vel disconveniens potest fieri dupliciter. Uno modo cum cognitione, alio modo sine cognitione, sic est per istam virtutem in animalibus perfectis. Sed autem sine cognitione, sic est per talem industriam naturalem. Secundum litteram etc.

Quinta potentia est

Hic est quinta pars principalis capituli et continuatur sic. Postquam albertus determinavit de quatuor potentiis animae sensitivae apprehensivae deintus, hic determinat de quinta scilicet de virtute memorativa et manet in divisa. Dicit ergo sic. Quinta potentia est memoria etc. (no) Nota primo circa litteram quod illa potentia animae sensitivae deintus vocatur virtus memorativa vel memoria et ista habet se ad virtutem aestimativam, sicut se habet imaginatio ad sensum communem. Sicut enim imaginatio recipit species a sensu communi et conservat eas, sic etiam memorativa recipit species ab aestimativa et conservat eas. Secundo nota quod (no) littera potest elici conclusio: quod memorativa virtus memorativa est potior et perfectior virtute aestimativa. Probatur sicut se habet imaginatio ad sensum communem ita se habet memorativa ad aestimativam, sed imaginatio est potior et perfectior sensu communi, ergo maior patet, minor probatur quia imaginatio recipit species a sensu communi et conservat eas et ideo vocatur thezaurus intentionum. Tertio nota q̄ actus illius virtutis est recordari de praeteritis et ipsa reducere ad memoriam ac si essent praesentia unde cum representat nobis aliquam praesentiam illa que prius sensimus vel que prius cognovimus nobis hic fit nobis per istam virtutem et in hoc illa virtus multum deservit intellectui quia ut dicitur in de memoria et reminiscentia frequentes meditationes salvant memoriam et frequens memoria salvat intellectum quia aliquando ista virtus inducit intellectui intellectiones ymaginat q̄ fuisset oblitus et in hoc multum vigeat intentiones intellectivas unde boni memorie faciliter studet et speculatur aliis. Quarto nota illa virtus et virtus aestimativa et imaginativa sibi cooperantur ad invicem sicut patet per commentatorem super tertio de anima, quia una cooperatur alteri et hoc est q̄ dicit commentator super tertium de anima. Creator est q̄ non dedit intellectui dedit ei alias virtutes in auxilium intellectus unde virtutes sensitivae interiores immediate intellectui ille autem intellectiones immediate et hoc vult aristoteles in tertio ubi dicit q̄ oportet quemcunque intelligentem fantasmata speculari unde species sensatorum recipiuntur ab aliis virtutibus interioribus vocatur fantastica. (no) Quinto nota q̄ ibi illa virtus nominatur memorativa a suo actu. Est enim suus actus memorari de praeteritis que prius sensimus. Si dicitis tu quare ergo non vocatur virtus informativa vel cuius actus sit scire informati, dico q̄ scientia sic vocatur sed illud est eius nomen commune quia ille est eius actus principalior. Secundum litteram post vires

Post vires sensibiles apprehensivas

Hic capitulum octavum illius tractatus et continuatur sic. Postquam albertus determinavit de potentiis animae apprehensivae, hic nunc determinat de potentiis motivis et dividitur quia primo ponit appellationes potentiarum motivarum, secundo ponit unum notabile, secundo ibi sciendum autem. Primo dicit sic. Post vires sensibiles apprehensivas dicendum est de motivis etc. Nota primo circa litteram postquam dictum est de potentiis apprehensivis sensibilibus, post hoc dicendum de potentiis motivis et patet ordo quia virtutes motivae praesupponunt apprehensivas, quia animal nichil movetur nisi prius sit ab eo apprehensum sub ratione boni vel mali. (no) Nota secundo q̄ aristoteles ponit q̄ principium motus progressivi sit appetitus vel desiderativa q̄ est idem, et talis appetitus est duplex, quidam est appetitus sensitivus et ille vocatur a theologis sensualitas ut patet in littera; alius est appetitus intellectivus et ille potest vocari voluntas et appetitus sensitivus movet ad bonum apparens quia movet ad hoc q̄ apparet sensui bonum. Appetitus autem intellectivus movet

vim bonum et effectus appetitus huius quod perfectus cognoscat apprehensum quam sensum cum non creatura irrationalis movetur ab appetitu intellectivo et sibi obedit appetitus sensitivus tunc est bonum regimen, cum autem econverso tunc erit malum. Tertio nota circa illam partem: Secundum autem ibi ponit talem divisionem quod quaedam est virtus apprehensiva cuius actus non subiacet libero arbitrio id est voluntati. Aliqua autem est cuius actus subiacet motui, exemplum sicut virtus pulsualis quae est in venis et nervis cuius principium est a corde secundum quem modum sistole et diastole, et illa est virtus motiva intrinseca de qua non loquitur ~~philosophus~~ quia solum loquitur philosophus de potentiis motivis progressivis, sed potius medicus ut patet [illegible]. Et illa dicebatur supra in divisione potentiarum animae, et illa non obedit libero arbitrio quia non est in arbitrio nostro quod pulsus moveatur vel non, et de hiis dicebatur supra quod est inpersuasibilis rationi. Exemplum secundum est de potentia motiva apprehensiva de qua agitur in littera, illa enim obedit motui animalis quia in motu animalis est si velit movere progressive vel non. Quarto nota quod virtus motiva quae obedit rationi est duplex: quaedam est imperans et quaedam imperata. Imperans est concupiscibilis et irascibilis virtus, quia virtus ad cuius imperium animal movetur, cum enim illa virtus apprehendit obiectum sub ratione boni vel mali, [illegible] fugiendum vel prosequendum. Quaedam autem est virtus imperata et haec est quaedam virtus quae est in musculis et nervis [illegible] quae se [illegible] virtutis [illegible] et movet membra officialia et [illegible] et talis est imperabilis quia ad imperium imperantis virtutis movetur. Quinto nota quod virtus concupiscibilis et irascibilis differunt in hoc quod virtus concupiscibilis movet ad commodum et apparens bonum, virtus autem irascibilis movet ad commotionem et iram. Sexto nota dicit auctor in littera quod eedem possunt esse virtutes apprehensivae et motivae ut postea dicetur, sed hic tamen est quidam ordo ita quod prius dicuntur apprehensivae quam motivae. Septimo nota quod membra officialia dicuntur membra deservientia ad motum sicut in animalibus gressibilibus sunt pedes et in volatilibus alae et huiusmodi, cum movetur mediantibus venis et nervis et musculis [illegible].

Iam dictum est breviter

hic est capitulum nonum et continuat sic: Albertus determinavit de potentiis animae scilicet de potentia vegetativa et de potentia sensitiva et de potentia motiva, hic determinat de potentia intellectiva, et patet ordo quia anima vegetativa et sensitiva sunt nobis notiores, ergo de eis erat prius dicendum in ordine doctrinae. Et dividitur illud capitulum, quia primo praemittit quaedam de intellectu, secundo ponit divisionem intellectus, tertio distinguit ipsum intellectum et intelligibile. Secunda pars est ibi: Dividit autem Aristoteles, tertia ibi: [illegible]. Primo dicit sic: Iam dictum est breviter de potentia animae sensibilis etc. Nota primo dicens quod ideo breviter dictum est in praecedentibus capitulis de potentiis animae sensibilis quia [illegible] sed ultra aestimativam et memorativam, id est quod non includit aliquam potentiam superiorem quam memorativam, quia illa est ultima inter potentias animae sensibilis ut dictum fuit. Sed anima rationalis est dignior ~~ut dictum fuit~~ quia omnes virtutes sensitivas includit quia eas praesupponit, quia praesupponit eas ut prius dictum, sed tamen non eas in quantum rationalis, id est anima rationalis in quantum rationalis non est sensitiva vel vegetativa, sed in quantum rationalis addit super illas virtutes intellectum et rationem, et ergo ultra aestimativam et memorativam sequitur intellectus. Secundo nota aliquam virtutem esse priorem potest intelligi dupliciter: uno modo prioritate ordinis, alio modo prioritate nobilitatis et dignitatis. Primo modo illae virtutes sunt nobiliores intellectu, secundo modo autem intellectus nobilior est aliis. Tertio nota auctor est illius opinionis ut prius patuit quod in homine sit tantum una anima quae habeat omnes illas potentias et secundum hoc anima intellectiva includit omnes alias virtutes quia sit in homine [illegible] omnium aliorum operationes perficere ut supra dictum est. Secunda littera

Quid autem Aristoteles

Hic Albertus ponit divisionem intellectus
et dividitur quia ~~primo~~ facit hoc secundo movet
dubium et solvit secunda ibi Et si queritur.
Primo dicit sic ~~dividit autem~~ intellectum Aristoteles
intellectum in duas potentias etc. Nota
no primo circa litteram ~~istam~~ quod secundum intellec-
tum Aristotelis in tertio de anima duplex est
intellectus scilicet intellectus agens et hunc
vocat quo omnia est omnia facere ut postea
dicetur. Alius est intellectus possibilis
qui est omnia fieri id est potest omnes species recipere
actu nullam sed nec habitu antequam
recipiat eas et ideo non habet aliam naturam
nisi quod est possibilis vocari ut patet per Aristo-
no telem in tertio de anima. Secundo nota quod ille
due potentie scilicet intellectus agens et
intellectus possibilis constituunt unum in-
tellectum qui intelligit per se in actu ra-
tione sicut materia et forma constituunt
compositum ens in actu ut patet per commen-
tatorem super tertium de anima. Sed ~~dices~~
tunc ergo intellectus non esset natura simplex
sed composita quod est contra Aristotelem
tertio de anima. Dico negando consequentiam
quia intellectum compositum duabus potentiis
componi potest ~~intelligi~~ pluribus modis.
Uno modo compositione essentiali, sed hoc
est falsum. Alio modo compositione integrali et
hoc etiam est falsum et hoc vult Aristoteles.
Alio modo ponatur sic quod compositus duabus
potentiis aggregatur una sola vel quod una
sola habens illas operationes quod sub illa
ratione dicitur intellectus possibilis qui
recipit intentiones rerum, sed sub ea
ratione qua abstrahit eas a conditionibus
individualibus et materialibus dicitur intellec-
no tus agens. Tertio nota quod propria operatio
agentis est abstrahere species fantasmata
sic a conditionibus materialibus et indi-
vidualibus et elicere conceptus universales intentio-
nes rerum. Unde ~~commentator~~ dicit in tertio
de anima quod ipse agit voluntate in sensibus
agit enim sicut quod prius particulariter et in-
dividualiter vel solum carnem sensibiles representat
eam universaliter. Unde species que sunt in
fantasia cum eisdem rationibus cum
speciebus receptis a sensibus exterioribus
et ideo representant rem sub conditionibus

individualibus et singularitatis sicut species sensibilium exte-
riorum et tunc intellectus agens facit eas representantes
rerum sine talibus conditionibus et individualibus vel materia-
libus et sic licet ille species sint simplices in essendo
ut sic tamen fiunt universales in representando et sic universalitate
in terminis. Quarto nota operatio intellectus possibilis no
est recipere species per quas intelligit obiecta conformiter se
et habet se ad receptionem specierum sicut materia prima ad
receptionem formarum, sicut enim materia prima ~~posita~~
in potentia ad recipiendum omnes formas, sic intellectus
possibilis est in potentia ad recipiendum omnes species
et ideo dicitur in littera omnia fieri sed tamen ut patet per commentatorem
super tertio de anima commento quinto differentia est inter
receptionem materie prime et intellectus possibi-
lis quia intellectus recipit universaliter et intentiona-
liter et cum cognitione quia est virtus cognoscens, materia
autem prima recipit particulariter et realiter et sine
cognitione. Quinto nota dicit magister quod loquatur de no
intellectione que naturaliter aliquo modo intelligit primum
ens illo modo quo creatura fertur in cognitionem creatoris
in hac vita et de hac dicit se postea dicturum, sed
hoc est dictum theologicum et non philosophicum quia
intellectus noster non habet aliquam naturalem intellectionem
quia alias non esset ut tabula rasa, etiam intellectus
noster habet debilissimam cognitionem de primo ente quia
sicut se habet oculus noctue ad solis lumen sic se
habet intellectus noster ad intellectionem nature, secundo
metaphysice id est ad substantias separatas. Sexto no
nota commentator in tertio de anima commento quinto tenet
quod unus sit intellectus in omnibus hominibus et quod intellec-
tus non sit de essentia hominis, sed sit sibi coniunctus
appropriatione sicut intelligentia orbi et illi articuli
sunt condempnati et heretici et ideo omnino inventum
secundum veritatem sed motiva sua vide in commento
preallegato etc. litteram et si queritur.

Et si queratur quare inter ymaginationem

Hic Albertus movet dubium et dividitur quia primo
movet quaestionem secundo solvit secunda ibi Respondeo et primo
dicit sic Et si queratur quare ad inter ymagina-
tionem et intellectum possibilem etc. Nota primo circa no
litteram ista dubitatio ~~movet sic~~ quia dictum est
sicut se habet ymaginatio ad sensum communem sic
intellectus possibilis ad fantasiam quia utraque
recipit speciem videretur alicui quod sicut inter sen-
sationem communem et inter ymaginationem non est aliqua
virtus media que abstrahit sic etiam non debet
esse virtus media inter fantasiam et intellectum

passibilem quod abstrahat scilicet intellectus agens. Secundo nota contra illam partem respondeo. Ibi autem dicit respondendo quod non est simile in hoc quod sensus communis et ymaginatio sunt potentie eiusdem anime scilicet fantasie sensitive, sed fantasia et intellectus possibilis non, quia sunt diversarum potentiarum diversi licet eiusdem speciei; quia fantasia est potentia passibilis sensibilis, intellectus possibilis intellectualis. Tertio nota quod maioris necessitatis intellectus agens quam intellectus possibilis non eodem modo recipit species sicut alie virtutes sensitive interiores puta fantasia et ymaginatio, quia ille recipiunt individualiter et particulariter, intellectus autem possibilis recipit universaliter et ideo est necessaria virtus abstrahens species illas a particularitate et materialitate et facies eas univesales et in potentia et hec est intelligentia agens. Alie autem virtutes non indigent virtutes sensitive quia eodem modo recipiunt omnes. Quarto nota quod intellectus agens et possibilis licet conveniant in subiecto, tamen differunt ratione in aliquibus et in aliquibus conveniunt, conveniunt enim in hoc quod sunt in passibiles et non mixti, sed differunt in hoc quod intellectus agens secundum rationem intellectus et actus possibilis secundum rationem potentie. Sequitur littera

Sciendum autem quod sicut intel

Hic albertus distinguit intellectum intelligibilem et dividitur in duas. Primo facit hoc, secundo ponit diversas acceptiones intellectus, secunda ibi sciendum autem quod intellectus. Prima adhuc dividitur in duas: primo ponit unam distinctionem intelligibilis, secundo aliam. Prima in secunda ibi item intelligibile. Primo dicit sic sciendum autem quod sicut intelligibile dicitur sic et intellectus. Nota primo contra litteram ubi dicit intellectum secundum divisionem intelligibilium et dicit sicut quoddam est divisibile intelligibile divisibile et quoddam indivisibile, sic quidem intellectus est quoddam divisibile et quoddam indivisibile. Intelligibili divisibili correspondet simplex species quod primo recipitur in sensu et postea in fantasia et ultimo intellectu. Secundo nota quod illam eandem divisionem ponit aristoteles in tertio de anima sub hiis verbis quod duplex est operatio intellectus prima et secunda. Prima est simplicium apprehensio compositio vel divisio et illam vocat auctor in littera divisibilem intellectum et primam intellectione simplicium compositionis secundam autem est quo mentalis. Tertio nota quod illa divisio quam ponit in littera quod quoddam est intelligibile divisibile patet sic intelligitur quod intellectus potest duplex intelligere, uno modo simpliciter eam apprehendendo et hoc vocat intellectum indivisibilem. Alio modo apprehendit eam complexe componendo vel dividendo conceptus et hunc vocat intellectum indivisibilem. Quarto nota quod non sunt eedem species in primo primo in fantasia et in specie communi et postea in intellectu sed eedem in specie ut supra dixi. Sequitur littera Item intelligibile

Item intelligibile sicut est divisi

Hic albertus subdividit alterum membrum divisionis prius posite scilicet intellectum divisibilem vel compositum et dicit Item intelligibile sicut est sic est divisibile vel compositum sed est compositum ex simplicibus. Nota primo contra litteram subdividit alterum membrum divisionis prius scilicet intelligibile compositum vel divisibile et dicit quoddam divisibile compositum est compositum ex simplicibus et quoddam compositum ex complexis primi sicut enunciatio vel propositio quod componitur ex simplicibus contingentibus. Secundum sicut sylogismus et iste species argumentationis quia componuntur ex enunciationibus. Ergo est triplex intelligibile scilicet simplex et compositum ex simplicibus et compositum ex compositis. Et isti triplici intelligibili correspondet triplex intellectio vel actus intellectus. Primo enim intelligibili correspondet operatio intellectus que vocatur simplicium apprehensio, secundo correspondet secunda operatio scilicet compositio et divisio, sed tertio correspondet tertia operatio intellectus quam quidem ponunt quia est discursus ad conclusionem. Secundo nota utrumque membrum distinctionis potest subdividi quia enunciatio potest dupliciter apprehendi vel est contingens ad utrumlibet non habens maiorem determinationem ad unam partem quam ad aliam quia de contingentibus futuris non est deter-

ymaginatiuitas et talis apprehensio vocatur
opinio. Ubi gratia sicut apprehensio istius Sor-
tes vel illius Callias erit quintusque bellator
ille cum sint contingentes et non necesse.
Aliquid autem potest apprehendi enuntiatio ne-
cessaria sicut ista omnis homo est animal, vel
illa deus est, et talis apprehensio facit
necessarium habitum et certum qui vocatur
intellectus vel fides secundum commentatorem
et talis est habitus post principiorum
complexorum qui vocatur intellectus. Ter-
tio nota quod sicut intelligibile compositum
ex compositis puta sylogismus vel alia
argumentatio potest duplex. Sic ab intellectu
uno modo quo concluditur aliqua conclusio ex pre-
missis necessariis, alia premissis contin-
gentibus. Primo sicut sit sylogisando, sed
aliquid est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis
homo est substantia. Ubi sylogisatur ex premis-
sis necessariis et talis vocatur demonstra-
tio et generat intellectu habitum qui
vocatur scientia. Secundo sicut sit sylogisando
~~omnis homo~~ currit Sortes est homo ergo Sortes
currit, ubi premisse sunt contingentes et talis
argumentatio facit scientiam secundum opi-
nionem et dicit auctor quod opinio vel virtus
opinativa in homine est idem estimativa.
Quarto nota contra illud licet ego credo-
rem quod tunc quando virtus opinativa ponitur
eadem cum estimativa oportet ponere
duplicem estimativam unam scilicet estima-
tivam de qua scilicet dicebatur supra quod est
virtus sensitiva et aliam quam vocat
opinativam que deficit rationi. Quinto
nota contra illum licet et dico virtus
Ubi vult dicere componendo quando dicit
quod virtus opinativa esset opinio quia opinio
est habitus intellectus acquisitus
ex multis probabilibus et non necessariis
vel conclusus ex contingentibus vel ex
uno contingenti et alio necessario et
sic accepta non est una virtus sed due
quia non eadem virtus sed ratio. Sexto
nota contra illum licet et potest dicere
quod aliter potest dici de illa virtute quod
ideo ordinativa et constructiva id est
componens et dividens contendit se ad

opinabilia scilicet secundum diversas eius partes id est poten-
tias ita quod non ponantur distincte virtutes virtus opina-
tiva et virtus rationalis discursiva est una que secundum
diversas potentias apprehendit discursus ex contingen-
tibus et necessariis licet dissimode. Septimo non
dubitatur utrum opinio in homine sit idem cum estima-
tiva et videtur quod non, quia estimativa non cognoscit
intelligibile in quantum intelligibile nec cognoscit an
aliquid sit contingens vel necessarium quod tamen cogno-
scit opinio. Oppositum tamen dicit Albertus in littera. Ubi
~~potest dici~~ quod opinio et intellectus non differunt ~~per~~
subiectum ~~sed secundum rationem~~ dicitur enim intellectus
in quantum apprehendit intelligibile necessarium, sed opinio
in quantum apprehendit intelligibile contingens vel ex
contingentibus conclusum, sed quia omnes virtutes anime
in homine sunt una anima potest dici quod opinio sit esti-
mativa. Octavo nota dubitatur utrum sint plures
operationes intellectus et videtur quod non quia simpli-
cis non est nisi una operatio, intellectus est simplex
scilicet secundo intellectus quando non unum intelligit nihil
intelligit quarto metaphysice. Oppositum dicitur in libro
tertio de anima. Ad primum ~~potest dici~~ quod simplex
in quantum simplex secundum se non est nisi una opera-
tio tamen propter diversitatem obiectorum possunt esse plures
sicut est in proposito. Ad secundum potest dici ut alias
dixi quod intellectus non potest determinate plura in-
telligere, sed bene confuse. Aliter potest dici quod non potest
intelligere sicut plura desperata sed bene plura que or-
dinantur ad unum sicut est in proposito quod enuntiationes
ordinantur in sylogismum etc. Littera Sciendum autem

Sciendum autem quod intellectus

Hic Albertus ponit diversa nomina intellectus quibus
vocatur ~~dicens sic~~ Sciendum autem quod intellectus
multis modis dicitur. Nota primo contra litteram vult dicere
quod hoc nomen intellectus multis modis dicitur sive
accipitur in philosophia, aliquando sumitur pro potentia
intellectiva et tunc habet duas differentias, aliquando vocatur
intellectus agens et aliquando intellectus potentio-
nalis, aliquando accipitur pro ipsa virtute intellectu po-
tentiali. Intellectus potentialis formaliter
intelligit. Quinto accipitur pro intellectu poten-
tiali et se intelligibili et hoc duplicatur, vel
in quantum actu potest considerare per eam et sic vocatur
intellectus in actu vel in quantum non actu conside-
rat per eam sed potest quando vult et sic vocatur intellectus

in habitu. Aliquando considerat vocatur intellectus prout premissas vel praecognitionem principiorum venit in notitiam alicuius cognitionis demonstrative et sic vocatur intellectus adeptus. Secundo nota quod commentator in tertio de anima ponit alias acceptiones intellectus qui est intellectus speculativus et hic est intellectus formatus speciebus specialibus et ille usatur circa verum. Alius est intellectus practicus et eius obiectum est bonum et malum de agibilibus et ille inducit bonum et malum et fugam et sequelam apprehensionis sub ratione boni et mali. Tertio modo sumitur intellectus prout est virtus ymaginativa vel fantasia et hic est in passione et sic accipitur in tertio de anima cum dicitur quod intellectus est corruptibilis ibi per intellectum fantasiam denotat. Quarto modo intellectus prout sunt in operatione intellectus et sic accipitur in tertio de anima et hic ubi dicitur quod quidam est intellectus in divisibilibus et quidam est operatio in divisibilibus. Tertio nota quod intellectus in actu est intellectus informatus speciebus actu considerans per eas, sed intellectus in habitu est informatus speciebus sed non actu considerat. Quarto nota de intellectu adepto dicit commentator in tertio de anima commento decimo quod non contingit nobis nisi in fine vite, sed possibile est [illegible] nobis advenire in hac vita, et reddit rationem quia tunc advenit nobis intellectus agens perfecte quia tunc est sufficienter informatus speciebus speculativis. Sed alibi accipit intellectum adeptum in una alia digressione ubi dicit quod quando intellectus fuerit sufficienter informatus speciebus omnium aliarum rerum tunc potest reflecti supra se et cognoscere se et hic fit per intellectum adeptum et dicitur intellectus adeptus ab adipiscor quia fit per adeptionem specierum intelligibilium aliarum rerum. Sequitur

Secundum autem quod anima rationalis

hic albertus ponit divisionem in aliqua nova intellectus et dividitur quia primo facit hoc secundo ponit unam divisionem intellectus secundo ibi Item intellectus. Tertio distinguit de triplici memoria in homine et illa ibi et notandum adhuc dividitur quia primo facit quod dictum est secundo ponit notabile secundo ibi sed hic advertendum est. Secundum autem quod anima rationalis intellectus etc. Nota primo circa litteram ubi dicit quod anima illa quam ponit in libro secundum anima rationalis intellectus in genere vel rationalis voluntas et liberum arbitrium significat unam et eandem rem sed diversimode illa est diversis rationibus quia vocatur intellectus in quantum apprehendit rem vel quiditatem rei absolute, sed vocatur ratio cum discurrit et per collationem premissarum ad cognitionem unius rei ad alterius venit [illegible] de re sed vocatur ingenium in quantum probatur de novo in cognitionem rei inquisite sed dicitur vis ratio in quantum discernit unam rem ab alia deliberat de fuga vel de sequela rei et inducit sed dicitur voluntas cum appetit rem et eligit sed dicitur liberum arbitrium in quantum libere appetit et eligit. Secundo patet quod anima illa significant eandem rem sed differunt secundum rationem. Secundo nota circa illam litteram solertia non est potentia anime contra alias distincta sed est bona dispositio ingenii per quam quibus fere sub magna cogitatione et in brevitate potest venire medium ad aliquam cognitionem probandam alicuius rei vel inquisitionem consilium. Tertio nota circa illam litteram sed hic advertendum quod eadem est potentia secundum subiectum que est apprehensiva obiecti et motiva ad illud sed diversimode in quantum est apprehensiva dicitur intellectus in quantum est motiva. Quarto nota circa istam litteram, ratio autem ibi vult dicere quod ratio est vis cogitativa et motiva quia ideo quia cognoscit obiectum movet obiectum sed in eo quod est cogitativa differt ab intellectu in modo meditandi quia [illegible] ut dicebatur apprehendit simpliciter et absolute quiditatem rei ratio autem apprehendit ratiocinando et conferendo unum alteri. Quinto nota dubium illorum enumeratorum in [illegible] unum possit predicari de alio et videtur quod sic quia quod unum est aliud unum potest predicari de alio illa propositio huiusmodi est [illegible] propositio [illegible] quia quamvis differunt secundum rationem non est verificabile de alio sed illa propositio huiusmodi est [illegible] patet dico quod considerando illos [illegible] predicabiles significat [illegible] verificabilis de alio et hic probat [illegible] Alio modo potest considerari [illegible] diversimode et sic unum potest [illegible] de alio verificare et hic probat secundo ratio etc. Item

Intellectus autem prout est

Hic Albertus dividit intellectum et dividitur quia primo ponit divisionem, secundo consequitur membra divisionis secundo ibi Iste autem qui cognoscit dicit sic Intellectus prout est cognitiva dividitur quia quidam est intellectus etc. Primo nota circa litteram quod ponit talem divisionem intellectus principalem quod quidam est intellectus speculativus et quidam intellectus practicus. Intellectus speculativus est qui apprehendit rem sub ratione veri vel falsi quia verum et falsum est finis speculativi ut patet sexto metaphysice. Sed intellectus practicus est qui apprehendit rem sub ratione boni vel mali quia eius finis est bonum vel malum prout convertitur ad opus ut patet ibidem. Secundo nota circa litteram Ille autem qui cognoscit, ibi subdividit intellectum practicum quia quidam est virtus intellectus practici que apprehendit et iudicat bonum in universali et illa vocatur synderesis quia ergo idem est cognoscat universale et illa virtus sit movens in universali ad bonum et remurmurat malo et hoc confirmat Albertus per auctoritatem Boecii quam ponit in littera scilicet quod intellectus possit habere cognitionem universalium sive particularium. Tercio nota circa illam litteram Alia pars ibi subdividit totum intellectum scilicet alia virtute que cognoscit bonum non in universali quia quedam est que contemplatur solum eterna et illa proprio nomine dicitur intelligencia. Alia est que contemplatur illa inferiora et est superiora. Quarto nota circa istam partem que duas habet partes ibi subdividit que spectant inferiora et eterna quia quedam est que vocatur vir et quedam que vocatur mulier. Unde ubi vocatur potencia cognoscitiva bonorum inferiorum que se extendit ad intelligenciam id est rerum ut perfecte cognoscit sicut intelligencia illa virtus et vocatur vir quia sicut vir est perfectior muliere sic illa virtus propter contemplacionem superiorum est perfectior illa virtute que vocatur mulier et confirmat per auctoritatem beati epistole apostoli prima ad Chorinthios quia ubi non decet velare caput ubi sic in quod sit dicit in littera quod mulieres velant caput sicut sunt mulieres quia inferius est illa pars et virtus autem que vocatur que se extendit ad illud quod est eternum et contemplando sic se per te superioribus eternis et illa est ymago dei id est per illam homo contemplacionis assimilatur deo quia per illam virtutem elevatur ad divinam cognicionem et illud totum est theologicum porcius quam naturale. Quinto nota videtur in mente in littera quod intellectus et ymago cognitio mulierum sit debilior virorum et eciam imperfectior et hoc eciam patet per Aristotelem in ethicorum ubi dicit quod mulieres et pueri non appetent in consiliis nec admittuntur in consiliis quia habent debilem racionem. Sed tamen oppositum arguitur sic quia sunt eiusdem speciei vir et mulier ergo unum non potest esse perfectius alio. Ad hoc dico quod secundum substanciam intellectus viri non est nobilior quam mulieris sed secundum operacionem et operaciones intellectus quia perfectius operatur in viris quam in mulieribus propter disposicionem subiecti et disposicionis. Sexto nota dubitatur de hoc quod dicitur quod quidam intellectus practicus cognoscit bonum in universali hoc non videtur quia per hoc ut patet tercio de anima dicens intellectus speculativus a practico quia intellectus practicus non potest universale cognoscere sicut speculativus. Ad hoc dico quod intellectus practicus non potest iudicare universalia in speculativis hoc probat ratio sed potest bene iudicare universalia in speculativis et hoc vult littera etc. Et sic in hoc

Sed melior est dicta eius

Hic Albertus ponit differenciam inter virtutem intellectus que vocatur vir et inter virtutem que vocatur intelligencia de quibus est locus supra etc. et hoc est dictum eius etc. Nota primo circa litteram dictum inducit sic quia prius dictum est quod illa virtus intellectus que vocatur vir extendit se ad intelligenciam et ad intellectum intelligencie et tamen sunt distincte virtutes ergo vult nunc ponere differenciam inter eas quia in hoc est differencia inter intelligenciam id est intellectum intelligencie substanciarum separatorum intellectum nostrum quo cognoscimus superiora que vocatur vir quia intelligencia que intelligit intelligit intuitive quam noster nichil intelligit de superioribus nisi discursive. Secundo nota quod intelligere intuitive est intelligere sine specie a rebus recepta et sic eciam divina intelligunt sicut cum cognoscunt relucet in ipsis sicut in speculo sine quacumque specie contracta. Sed intelligere abstractive vel discursive

est intelligere per species intrinsecas superius et conferre et operare unum ad aliud et sic intellectus in intelligit in hac via.
Tercio nota circa illam litteram unde notabile ubi confirmat hoc per auctoritatem beati augustini quam superius allegavimus ubi dicit extimus interioribus conspiciendum haberet et non dicit solum extimus unde innuit quod racio non solum versatur circa superiora intuitive sicut intelligencia sed eciam circa inferiora et eciam confirmat hoc per dictum beati augustini in libro de trinitate ubi ponens differenciam inter virum et mulierem et dicit quod vir in dicit de superioribus et in corporibus racio que sunt supra se similiter mulier iudicat circa res mutabiles ita quod vult quod duplex sit pars anime racionalis superior que vocatur vir et inferior que vocatur mulier que versatur circa illa inferiora. Quarto nota quod in superiori parte anime racionalis est sapiencia que illa cognoscat superiora cognicio autem superioris vocatur sapiencia quasi sapida sciencia in inferiori vero parte que considerat inferiora est prudencia moralis quia prudencia moralis versatur circa agibilia mundana et inferiora. Quinto nota circa illam litteram parte in superiori quia adhuc unum dictum theologorum scilicet quod in superiori parte racionalis anime versatur sextus quo in cognicionem eius superiora individuus vel creatoris per intellectum et voluntatem id est cognicionem et conformitatem voluntatis et cetera littera et nota

Et nota quod triplex est memo

hic albertus predicatus ponit quamdam distinctionem memorie et dividitur quia primo facit hoc secundo ponit unam aliam distinctionem potencie anime, secunda ibi Sciendum quoque primo dicit sic Et nota quod triplex memoria esse distinguitur in hominibus scilicet in homine. Nota primo circa litteram ubi distinguit memoriam secundum eius operaciones et vult quod triplex est operacio memorie quia quedam est operacio memorie et illa est conservacio specierum sensibilium et representatio sensibilium quas apprehendit virtus estimativa de qua supra dicebatur quod est thezaurus intencionum et illa memoria est vis anime sensitive. Alia est operacio memorie que est conservacio specierum intelligibilium et talis est vis racionis et viget in posteriori parte cerebri. Tercia est operacio memorie que est intencio esse naturalis similitudinis veri et boni secundum quam anima nata est cognoscere et amare bonum. Sexto nota quod ille tres memo-

rie consecuntur diversas potencias anime prima enim consequitur virtutem sensitivam quia consequitur immediate estimativam secunda consequitur intellectum speculativum et practicum sic qui cognoscat verum et bonum. Tercio nota dubium utrum ille tres memorie sint una secundum essenciam vel plures. Ad quod dico quod in homine iste tres potencie secundum potenciam et essenciam sunt una sed differunt secundum racionem secundum quod diversas operaciones et potencias consequuntur et hoc dicit auctor in libro. Quarto nota circa istam litteram ubi vult dicere quod conclusione actuali anime super illam similitudinem anime naturalem veri et boni causatur intelligencia boni et per illis duobus procedit voluntas et amor boni tamquam tercium quia cognicio boni presupponit similitudinem boni quia non cognosceretur nisi anima haberet eius similitudinem essencialem et amor et voluntas boni causatur ex hiis duobus quia bonum non cognosceretur nisi cognitum ergo voluntas et amor boni presupponit similitudinem intelligenciam boni secundum ordinem nature et dicit quod in homine anima est ymaginacio trinitatis id est similitudo se habens trinitati personarum sicut enim sic hic intellectus vel cognicio boni generatur consubstanciali similitudine boni sicut in divinis filius est genitus a patre et sicut hic ex duobus hiis scilicet similitudine naturali boni et cognicione procedit voluntas et amor boni sicut in divinis spiritus sanctus procedit a patre et filio et hoc est quod dicitur in symbolo athanasii spiritus sanctus nec factus nec creatus nec genitus sed procedens et cetera littera Sciendum quoque

Sciendum quoque quod hec

hic albertus ponit quamdam quadruplicem divisionem potencie et dicit sic Sciendum quoque quod hec id est quedam pars anime est

no separabilis. Primo nota circa litteram quod ducere
talem divisionem quod quedam est anima separabi-
lis a corpore et a parte corporis sicut anima
intellectiva. Alia est inseparabilis a cor-
pore et a parte corporis sicut anima vege-
no tativa et sensitiva. Secundo nota exponit
quid sit animam esse separabilem a corpore
et dicit quod anima est separabilis a corpore que
non determinat sibi aliquam partem cor-
poris nec secundum se nec secundum potentias
sibi proprias et talis est anima intellectiva
non quidem dicitur separabilis quod sit separa-
bilis secundum essentiam ab homine, sed quia non
determinat sibi determinatam partem corporis
vel secundum se vel secundum potentias sibi
proprias sicut est anima sensitiva que licet
secundum secundum suam essentiam non determinat
sibi aliquam partem corporis in homine cum
sit secundum essentiam eadem cum intellec-
tiva, tamen secundum potentias proprias deter-
minat sibi determinatas partes corporis
sic quod non potest in operationem illarum potentiarum
sine parte corporis determinata, quia non
potest videre sine oculo nec audire sine
no aure et sic de aliis. Tercio nota circa
istam litteram et sic dicit. Ubi innovet
questionem. Diceret aliquis anima tamen per
videt id est cognoscit in anteriori parte
cerebri et ratiocinatur per medium quo
videtur quod requirat corpus ad suas
operationes sibi proprias anima intellectiva.
Ad hoc respondet quod hoc est solo appa-
no rentie quod sic loquitur. Quarto nota quod
quedam sunt potencie anime proprie quod non
possit eas sine corpore exercere, sed sic
quod attribuuntur toti composito ratione
anime. Alie autem sunt operationes que
non sunt sibi proprie, sed attribuuntur sibi
ratione corporis illa ratione innuit Al-
no bertus in littera. Quinto nota quod solvitur
clarius conclusio talis anima sensitiva
et vegetativa secundum suam essentiam est
in qualibet parte corporis probatur ubicumque
est virtus ibi est illud cuius est virtus
sed in qualibet parte corporis est virtus anime
sensitive ergo ibi est anima sensitiva. Similiter est de anima
vegetativa minor probatur in littera, quia virtus non est sine
eo cuius est virtus ~~sed minor probatur~~ quia in minutissimis
partibus corporis est anima sensitiva et vegetativa ut dicitur
in littera. Sexto dubitatur utrum anima intellectiva
secundum essentiam sit coniuncta corpori humano sic
quod faciat unum cum ipso et videtur quod non per Aris-
totelem in 3o de anima quia intellectiva non est
virtus in corpore. Oppositum dicit Albertus in littera. Ad hoc
dico quod animam intellectivam esse coniunctam cor-
pori secundum essentiam potest intelligi dupliciter. Uno modo
per inherentiam et sic est falsum ut probat ratio.
Alio modo per comparationem et sic est verum, possumus tamen dicere
secundum fidem et veritatem quod intellectus est esse-
ncialiter coniunctus corpori sic quod unum faciat sicut
forma cum materia licet hoc non dixit Aristoteles
nec commentator. Septimo nota dubitatur utrum anima
sit in qualibet parte corporis tota in homine et
videtur quod non quia si sic tunc sequeretur quod operatio-
nes anime essent in qualibet parte corporis consequens
falsum igitur et antecedens. Falsitas probatur quia pes non videt nec
audit, probatur consequentia quia operationes anime
sunt eiusdem virtutis, virtus autem non potest esse sine
eo cuius est virtus sicut dicitur in littera. Oppositum dicitur
in littera. Ubi dico quod anima potest dupliciter considerari.
Uno modo potentialiter. Alio modo intensive id est secundum
suam essentiam, ~~alio modo~~ secundum suas operationes.
Secundum hoc distinguo circa primum quod anima non est pote-
ncialiter in qualibet parte corporis humani patet quia tunc
esset potencialiter in corpore. Secundo dico quod est intensive
in qualibet eius parte in secundum suam essentiam tota
est quia indivisibilis est secundum suam essentiam. Indi-
visibile autem quocumque dividit se totaliter se
dividit ergo ubicumque est secundum suam essentiam ibi est
tota. Tercio dico quod non in qualibet parte corporis
secundum suas operationes ratio est quia non in qualibet
parte corporis sunt organa apta operationibus et
per hoc patet ad rationem. Sed ~~dices~~ tu. Ad hoc si anima humana
esset tota in qualibet parte sequeretur quod si aliqua
pars abscinderetur de corpore humano quod totus homo
abscinderetur quia videtur esse absurdum tenendum consequens
quod cum videtur tenere quia homo dicitur per animam. Ad hoc
dico negando consequentiam et ratio est quia anima quia [illegible]
in toto corpore per se primo sed in parte non per se. Secundo capitulum.

Recolligo ergo quod dictum

Hic est capitulum decimum et ultimum istius tractatus in quo
albertus recolligit ista que prius dixit de ani intellec-
tiua et diuidi in quatuor partes secundum quod recolligit
secunda ibi post adest, tercia ibi post ad est, quarta ibi
post abest primo dicit sic Recolligo ergo quod dic-
tum est. Nota primo circa litteram auctor in capitulo
do prius dicto distinguit tres potencias intellec-
tus, quod quedam est qui vocatur synderesis et hec est
uirtus qua cognoscit intellectus cognoscit bonum
et malum in uniuersali et inclinat se ad sequela boni
et ad fugam mali et interpretatur enim synderesis in
greco quantum uirtus cognitio boni et mali. Secunda
potencia est intellectus qui abstrahit species a fan-
tasmatibus et illa vocatur intellectus agens
synderesis autem vocatur alio nomine intellectus
practicus. Tercia potencia est intellectus qua
cognoscit eterna et incorruptibilia et illa vocatur
intelligencia. Secundo nota quod damascenus vocat
synderesim voluntatem naturalem quod recipit bona
naturalia rationalia sicut voluntas naturalis. Tercio
nota circa illam litteram ibi differt a synderesi
exponit duplicem differentiam inter synderesim et
intelligenciam quod synderesis illa non deliberat sed
sine inclinatione deliberat ad bonum et innuerat
malo illa autem intelligencia bene deliberat et in
alio differunt quod synderesis sicut affectat
bonum ita innuerat malo sed intellectum ab-
iectum intelligencie non est aliud malum quod in-
... ipsa eterna in quibus non inuenitur malum. Quar-
to nota ille tres uirtutes non differunt secundum esse-
ciam sed est unus et idem intellectus sed nominatur
diuersis nominibus secundum quod comparatur ad diuersas operacio-
nes quod vocatur synderesis in quantum cognoscit
bonum in uniuersali sed vocatur intellectus agens
in quantum abstrahit species a fantasmatibus
sed dicitur intelligencia in quantum inspicit circa eterna. Quin-
to nota quod intellectus merito vocatur intelli-
gencia quod solum cognoscit eterna et non solum ista
inferiora, quod sicut intelligencia non solum cognoscit
... se deificis inferioribus sic intellectus
... est intelligencia cognoscit solum eterna et non
solum ista inferiora. Sexto nota circa istam partem
et si dicitur ibi inmouet dubium quod diceret aliquis
ergo intelligencia que est perfectior deberet superordinari
ad synderesim respondet quod non oportet, quod intel-
ligencia illa cognoscit quod appetit sed synderesis
stat ... in ... doctrine communi

Sequitur secunda particula de litteris quod ad est

Post ad est

Hic albertus recapitulat de aliis uirtutibus
de quibus prius dixit sed de illis que vo-
cantur vir et mulier quod primo ostendit in
quantum ad cognicionem obiecti. Secundo
prius distinguit earum operaciones ibi Si-
autem amplius primo dicit sic. Nota
primo circa litteram auctor vult quod adhuc
preter predictas uirtutes sunt due alie vir-
tutes intellectus que vocatur vir et mulier
et vocantur sic similitudinarie, quod sicut vir
est perfectior et nobilior muliere sic illa
uirtus que vocatur vir quod animo est perfectior
non quo secundum substanciam sed secundum opera-
ciones, quod abiecta circa que versatur vir-
sunt perfectiora quam illa circa que versatur
mulier. Unde vir est potencia intellectus
qua cognoscit superiora et suum crea-
torem et uniuersaliter discernit bonum
et malum. Sed mulier est uirtus intellectus
per quam declinat ad illa sensitiua appa-
rencia bona et hec sepe allegatur
ad peccatum per apparenciam sensualium
sicut mulier sensualiter inclinatur ad seque-
dum appetitum sensitiuum propter singularitatem.
Secundo nota quod de viro dictum est nota
prius quod sit ymago inter nos et hoc
per speculacionem et ergo nunc breuiter in-
medium est propter breuitatem tractatus
Tercio nota circa istam litteram vult autem nota
augustinus quod secundum ~~beatum augustinum~~ iste
due uirtutes vir et mulier non differunt
secundum substanciam sed est una potencia
sed differunt secundum officia id est habent
diuersa nomina propter diuersa officia. Quar-
to nota circa istam litteram in ista parte nota
ibi vult dicere quod in illa uirtute est illa
potencia que vocatur voluntas que iudicat
utrum obiectum sit prosequendum vel fu-
giendum et que consentit in sequela vel fuga
obiecti. Quinto nota quod duplex est con- nota
sensus ut dicitur in libro primus est qui conse-
ntit in bono spirituali boni viri, et talis
consensus est proprie intellectus speculatiuus
cuius obiectum est vir ... est consensus

qui est in bono sub ratione boni et talis est consensus voluntatis, quia voluntas non vult nisi sub ratione boni sibi obiectum. no Sexto nota quod consensus in bonum sub ratione veri est perfectio intellectus, quia eius intellectiva perficitur per actus speculativas, sicut patet per commentatorem in prologo primi phylozophorum: finis autem speculative scientie veritas. no Septimo nota dubitatur utrum intellectus et voluntas differant realiter ~~et magis~~: quod sic, quia habent diversa obiecta et operationes ut patet in littera. Oppositum dicitur in littera. Ad hoc dico quod substantialiter non differunt, sed secundum rationem, quia voluntas dicitur in quantum sub adducit intellectus consensum in bonum obiectum. Sequitur littera Si autem

Si autem voluntas

Hic Albertus subdistinguit ipsum consensum qui est operatio istarum partium anime, scilicet voluntatis, et dividit. Quia primo facit hoc, secundo concludit propositum secundum ibi inde ergo. Primo dicit: Si autem voluntas etc. no Nota circa litteram: in precedenti littera dixit quod quando consentit in bonum in quantum bonum et sistit ibi ulterius non procedendo, tunc dicitur consensus vel voluntas. Hic modo subdividit consensum et vult dicere quod si non sistat ibi, sed postquam iudicavit bonum, sed etiam iudicat esse bonum ut prosequatur, tunc dicitur esse voluntas motiva et illa est etiam cogitativa; et si non iudicat esse bonum ut prosequatur, sed afficitur et appetit ipsum indifferenter sive sit sub sive ordinatum ad finem, et hoc est propter libertatem. Secundo nota quod voluntas motiva dicitur quod movetur ab aliquo quod est obiectum per quod iudicat obiectum esse bonum ut prosequatur, et illud a quo movetur cognoscit, et ergo etiam dicitur virtus cognoscitiva quia cognoscit bonum quod eligit esse. Tertio nota quod voluntas motiva est perfectior libero arbitrio, quia liberum arbitrium non iudicat de obiecto utrum sit prosequendum an non, sed voluntas iudicat utrum bonum sit ad prosequendum; modo perfectius est iudicare de bonitate obiecti quam non iudicare, ergo voluntas est perfectior libero arbitrio. no Quarto nota dicit quod liberum arbitrium comprehendit rationem et voluntatem. Primo modo dicitur quia cognoscit obiectum et includit rationem, et appetit absolute obiectum in quantum bonum et sic includit bonitatem voluntate. Sequitur littera Videndum ergo

Sic videndum ergo est

Hic Albertus ostendit quomodo voluntas possit differri a libero arbitrio dicens: Sic videndum ergo est etc. no Nota primo circa litteram vult dicere quod quandoque est consensus de re cum dicitur determinare ita quod iudicat quod hoc fiat vel non fiat; talis consensus dicitur consensus voluntatis motive, sed quando est consensus sub ratione utriusque, scilicet tam veri quam boni, tunc est consensus liberi arbitrii, quia liberum arbitrium includit rationem et voluntatem; propter rationem consentit in verum, sed ratione voluntatis in bonum. no Secundo nota quod consensus voluntatis determinatur ad unum, id est ad bonum esse prosequendum cum cognitione veritatis rationis. Sed consensus liberi arbitrii est indifferenter veri vel boni cum cognitione rationis. no Tertio nota ut patet in littera: talis processus est in sensibus. Primo est consensus de re utrum sit vel non sit, et ille est consensus rationis quoniam fertur in verum; et tunc est alius consensus qui consentit in persecutionem vel fugam, et ille est consensus voluntatis motive; et aliter est consensus qui consentit indifferenter in verum vel in bonum, et ille consensus est liberi arbitrii. nota Quarto nota quod liberum arbitrium addit super voluntatem, quia voluntas solum consentit in bonum sub ratione boni, liberum arbitrium consentit in verum et in bonum et etiam aliquando in malum diversis eius dispositionibus. no Quinto nota tamen voluntas quam liberum arbitrium presupponit rationem intellectivam, quia voluntas nihil vult nisi sit cognitum sub ratione boni. Similiter liberum arbitrium consentit in verum ~~et in bonum~~ in nihil consentit nisi sit aliqualiter cognitum. Sexto nota quod dicit auctor quod liberum arbitrium in sua diffinitione applicat rationem et voluntatem et stringit eius diffinitionem dicens quod liberum arbitrium est facultas, id est bona dispositio, voluntatis et rationis qua eligit bonum

gram assistente et malum gram deficiente / quia sicut
presencia gratie est causa rectitudinis liberi arbitrij
sic eius defectus per accidens est causa defor-
mitatis liberi arbitrij ~~intelligit~~ hic de gratia
spiritus sancti qua assistente bonum eligitur et bone
operationes operantur et qua deficiente nulle operatio-
nes possunt esse meritorie quam nobis concedat
per omnia secula vivit et regnat
Nota cum tractatum in principio divisi totum
tractatum in quatuordecim capitula quos secundum
ante non posui nisi decem partes hic quia illa
pars de sensibus exterioribus in quinque capitula divi
serim quam tamen in XV secundum sub uno capitulo con-
prehendi gratia brevitatis sed hic quod distingue
si placet et sic terminatur et huius liberi summa partis
qui unigenitus dei filius sit cum sua pia matre
virgine maria benedictus in secula seculorum Amen

Finitus est iste liber in anno domini M CCC 130 xvijo post
penthecostes sit laus deo

[illegible] primi libri [illegible]
[illegible] de linea [illegible]
[illegible] tractatibus: primus est de linea
[illegible]
[illegible] visui [illegible]
[illegible]
[illegible] tractatus [illegible] de linea
reflexa que a corpore solido [illegible]
[illegible] imago
[illegible]
[illegible]
[illegible] ultimum tractatum
[illegible] de linea [illegible]
[illegible] videtur [illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Nature philozophie
considerationis studia
lux iocundius afficit meditantes inter magnalia
mathematice certitudo demonstrationum preclarius
extollit investigantes. Perspectiva igitur
humanis traditionibus prefertur recte, in cuius area
radiosa linea demonstrationum nexibus complicatur,
in qua tam mathematice quam phisice
gloria reperitur utriusque floribus adornata, cuius
sententias magis adductas ab angustiis inclusa
compendia coartabo, innotis inserta mediante
nunc naturalibus et mathematicis demonstrationibus, nunc effectus
ex causis et nunc luce tractate lux
quam deus dignabitur illustrare. Presens etiam
opusculum in tres particulas partitur.

1 Lucem operari in visu ad impressione
hoc probat experimentum quia visus in videndo
luces fortes dolet et patitur; lucis etiam intense
simulacrum in oculo remanet post aspectum
et locum minoris lucis faciunt apparere tenebrosum
donec aboleto vestigio maioris luminis evanuit. Secunda

Colorem illuminatum impressionem operari
in visum hoc probat experimentum similiter. Amplius
actus super colorem illuminatum luce
forti fixa intentione mersus, si ad colorem
debilius illuminatum se deflexerit, inveniet
colorem primum secundo apparere permixtum
cum vestigiis in oculo derelictis etc.

3 Quelibet punctum luminosi vel illuminati
obiectum sibi totum medium sic illustrare
hoc probat experimentum quia quilibet punctus
luminosi vel colorati visibilis est in qualibet
parte medii sibi obiecti sed non videtur nisi
imprimendo super visum, ergo imprimit omni parte
medii sibi obiecti. Tunc sequitur

4 Totum illuminosum vel illuminati
piramide sui luminis in quolibet puncto medii
terminate. Hoc probat, quoniam si quolibet
punctus luminosi illustrat quodlibet punctum
medii, ergo totum illuminosum illustrat
quodlibet punctum, quod esse non potest nisi luce
piramidaliter in quodlibet punctum cadente,
per quem pyramidem videri potest totum luminosum
vel pars eius quam visu potest comprehendi.

Incidentias radiosas per angularia foramina transeuntes mediocris 5
magnitudinis in obliquis corporibus rotundari
speciem et fieri eo maiores quo remotiores.
Hoc sequitur ex quarta parte, quoniam
radii in quovis puncto medii pyramidaliter
terminati non sistunt ibi sed intersecando
se producuntur. Quoniam per foramen
incidunt angulare radii qui in foramine
et iuxta se intersecant incipiunt dilatari
et necesse est ut radii se intersecantes
in directe producti cum in tanta
distantia pervenerint quanta est ex alia
parte distantia solis dilatentur ad quantitatem
solis. Cum si anguli contra
se positi equales et latera ex altera
utraque parte pyramidis equate sunt
necesse est et bases equales esse
ut patet ex primo Euclidis 6 ex. Et ubi
et ex et eiusdem causam ante rotunditatis
diversi diversimode, nisi sunt
assignare quidem simpliciter solari attribuunt
rotunditati, ut sicut radius a
sole ita rotunditatis motiditate. Sed
hoc argumentum simpliciter assumentes quod tempore
eclipsis solaris hic incidentie sunt
noniculares secundum proportionem quam abscondit
luna a sole, igitur quod rotunditas
videtur esse a motore. Sed si hec causa
sufficeret incidentia ista rotunditatem
acciperet sic per foramen sicut longe

circumferentie eius rotunditatem videmus. Alii
subtilius causam attingentes solvunt
rotunditatis huius incidentie ponunt cau-
sam luminis radiorum ante intersectionem,
ut propinquam causam probant modo. Ac-
cipiatur foramen triangulare a b c ac-
cipiatur quoque superficies triangularis in cor-
pore solido e d f, et sit basis pyra-
midis trianguli incidentis per dictum fo-
ramen et latera f sua lateribus dicti
foraminis applicata quousque coniungantur in pun-
cto g intra foramine. Amplius ymagi-
nemur tum angulum in sole dictum tri-
angulo non penitus circumscribentem sed
paulo minorem neque tamen circumscriptum ab tri-
angulo, sed medie quantitatis inter angulum
circumscribentem triangulum et circumscriptum
ab ipso, et circulus circumferentia sua fere
illis angulis applicantem. Ab hoc circu-
lo procedunt pyramides rotunde quarum
una per penitus attingere usque ad an-
gusta foraminis impediente, potest tamen aliqua
pertingere forsitan ad punctum aliquod fora-
minis propinquiorem vel saltem in ipsa super-
ficie foraminis contentum, ubi gratia sit
punctus h. Certum est quod angulus pyra-
midis terminate in puncto h maior est
quam angulus pyramidis terminate in
puncto g, quia longe brevioris est pyra-
midis. Certum est autem quod radii bre-
vioris pyramidis ratione maioris
anguli quem continent ducti in continuum
et directum secabunt radios pyramidis
longioris, et qui ante intersectionem fu-
erunt extra vel inclusi post intersectionem
fiunt includentes. Igitur cum pyramis
brevior sit rotunda sequitur ut post
intersectionem dicta incidentia fiat ro-
tunditatem sicut patet in figura qualitercumque
per planiores figuras solidas de-

clarare. Patet etiam quoniam radii pyramidis
rotunde de facili cadunt in h et ibi se in-
tersecantes contra triangularem pyramide
se se dilatant. Amplius si accipiantur
radii a sole totaliter egredientes qui sunt
fortiores aliis radiis sicut q b et a q c ipsi
cadunt intra predictam rotundam pyramidem
eam secantes in punctis n et o. Quo post illam
intersectionem erit pyramis rotunda ex tribus
in angulo longa haberet etiam si sol esset
magne figure quadrate in ipsa tamen esset
aliquis triangulus qui posset foramen tri-
angulare directe respicere et triangulus
triangulum fere circumscriberet a quo posset pyr-
amis rotunda procedere et ibi rotunditas
solis neque esset causa propinqua neque re-
mota huius rotunditatis. Amplius secundum hoc
pyramis rotunditatem acquiret subito
sed in secatione istarum duarum pyramidum
in n o vel adminus a b, quia secundum hoc quod quod
ultra n o vel adminus a b esset rotundum
oppositum et quod quod circa triangulare eius contra-
rium tamen manifeste videmus quia videmus
lumen ipsum paulatim acquirere rotundi-
tatem. Dico ergo istam intersectionem ad ro-
tunditatem posse cooperari sed non totam
causam sed mutare sic figura



Sciendum ergo figuram sphericam luci esse cognatam et omnibus mundi corporibus principalibus esse consonam utpote nature universo salvativam que omnes partes suo medio proximissime coniungit. Unde stella in rotunditatem incidit. Adhuc ergo valet lux moveri et eam propter elatam distantiam paulatim acquirit. In parte autem eclipsis fit novacula potius quia impedit orientalis (?) occidentalis et secundaria lucis vel luminis diffusio in parte illa in qua radii solares absconduntur. Defracte enim principali luce necesse est secundariam deficere. Amplius si rotunditas esset convenientie tunc si sol eclipsaretur in parte orientali deficeret incidentia in parte occidentali et non in eadem parte cum sole. Amplius radii n x et r p applicant se lateribus foraminis et sequuntur figuram eius et tamen est quod isti eos aliquotiens includit qui rotunditatem possint radiositate non generare. Per modum ergo radiositatis ut dictum est impossibile est causam rotunditatis perfecte reperire etc.

6 **Omne punctum luminosi circumsphericaliter super medium radiare.** Hoc probatur quia si punctus lucis in dyaphano ponatur orbiculariter se diffundit. Cum autem ponitur puncto in superficie corporis densi medietas sphere preciditur spacii quantum scilicet abscondit densitas corporis in quo situatur, ergo restat sibi diffusio emisphericalis et hoc intellige in planis et sphericis superficiebus, quia in concavis alia est ubi concavitas prohibet lucem libere ampliari etc.

7 **Radios visibilium in penumbre medium illustrare.** Lucem enim non confundi in medio patet per umbras que mittuntur secundum numerum luminarium. Multe enim candele ad unum opacum tot faciunt umbras quot sunt candele etc.

8 **Lucem fortem orientem super visum et medium quedam visibilia occultare.** Hoc patet supra. Hec enim est causa quare stelle de die non videntur quia lucis solaris vehementia occupat totam capacitatem visus propter quod et omnes minores motus et tactus fiunt imperceptibiles propter concessum maiorum motuum. Unde quamquam ~~propositum quia sole presente~~ licet maneant radii stellarum in sphera solis, visui motus tamen non est sensibilis propter concessum fortioris impressionis quam patet proposito. Quia sole presente in meridie ille qui est in profundo videt stellas, predicularet suppositum quanto radii plus descendunt in profundum quam radii solis obliqui super punctum orientes propter quod eorum motus fit esse orto perceptibilis. Amplius tempore nocturno vehementis ignis in medio aeris intuentem circumstantia eorum que sunt ultra ignem propter candorem racione

9 **Lucem fortem super quedam visibilia orientem ipsa aliquando abscondere** existenti loco lucis tenuis. Hoc patet quia luce forti oriente super corpus sculptum subtilibus incisionibus sculpture non apparent propter concessum splendoris visui occurrentis impediente. Aliter vilia sunt que in tenebris posita lucentia videntur luci vero apposita disparent vel adminus non lucent ut squame piscium et ignis mediocris quod super tacta ratio est propter concessum fortioris impressionis etc.

Lucem fortem multa visibilia ostendere 10 que debilis occultat. Hoc possibile quia que in luce modica non ostenduntur quia in luce ad fortiorem ducta declarantur. Hec tamen proposito premisse videtur contraria. Si enim lux fortis ostendit qualiter abscondit. Sed lux fortis abscondit quod maiorem concedit quia tunc occupat totam capacitatem sensus.

Lucem igneam excitatam flammeam 11 radiantem maiorem nocte quam de die et de longe quam de prope apparere.

de die minor apparet claritas quam maiori claritate diffunditur vel confunditur, de nocte apparet maior quia tenebris circumpositis modo suo ambitu liberius penetratur. Item de prope minor apparet de nocte quam flamma diffusa circumdiffuso lumine discernitur, de longe maior apparet quia propter distantiam inter flammam et lumen forte propinquum flamme non distinguunt. Sed prenominatum unius grandius lucentis in dimidio circulo perpendiculariter in diviso radio putatur.

